


Boulduc


Ecclesia ante

11-272

A

11-272





DE



NOE



ECCLESIA ANTE PEGE



SEM qui est MI CHISE DIC

B.



CAINAN

LIBRI TRES:
IN QUIBUS INDICAT
 quis a mundi principio usque ad
 Moysen fuerit ordo Ecclesie, quæ
 Festa, quæ Tempa, quæ Sacrificia, qui
 Ministri, quæ Ritus & ceremonie:
 Et alia multa arcana ex fontibus
 præsertim sacri sermone
 exhausta.



HEBER



SETH

AUCTORE IACOBO BOULDUC
 Parisino Ordinis Minoritanæ Ca-
 pucconorum municipalis prædicatore.



ISAAC



ADAM



SVMP. CLAVDII LANDRY
 MDC. XXVI
 cum privilegio



JACOB

22287

17029259



Dele fang de llo de l'orden 186



40999

DOMINO

D. IOANNI

IACOBERTO DE

BARRAVLT VASATENSI

Episcopo, vigilantia, pietate, &
litteris insigni

Fr. IACOBVS BOVLVVC

*Parisinus ex ordine Minorum Capuc-
cinorum Predicator,*

Salutem & æternam felicitatem



QVANTVM *imma-
nis ac inanimis esse
colossus^a mysticum^a Daniel 3.
temporalium exem-
plar Imperiorum de-
derat Regi somnianti pro sua ele-
ganti*

* 2

ganti



ra PROGREDI *visa est* QVASI
a Cant. 6. AVRORA CONSVRGENS. *Quae*
dein robustior euadens, ac in legis
Mosaica pubertate iam nubilis
venustè admodum incedit ulterius
PVLCHRA VT LVNA. *Post per-*
fectas autem cum Verbo incarna-
to nuptias in lege Evangelica mi-
ra cum gravitate procedit ELEC-
TA VT SOL. *facta deinde innu-*
merabilium utriusque populi filio-
rum mater tanquam vxor sicut
b Bf. 127.3. *vitis abundans in lateribus do-*
mus Dei ^b, *cui sicut sagittæ in*
manu potentis, ita filij excusso-
c Pf. 126.4. *rum* ^c, *aduersus eius hostes auda-*
cter, intrepidè, fortiter, ac iugiter
militans omnibus est TERRIBI-
LIS VT CASTRORVM ACIES
ORDINATA, & *constantissimo*
pede

pede minimè unquam superanda
procedit, donec ad aeterna beatitu-
dinis brauium perueniat.

Proinde, quidni tenellos qui-
dem, at utique vel ab ipso primo
ingressus molimine constantes, mi-
nimèque titubantes Ecclesia gres-
sus non mirarer, mirandosque pro-
ponerem his maximè temporibus,
quibus illa virulenti serpentis ex-
tra modum infesta genimina cal-
caneo eius iugiter insidiantia^a, qui a Gen. 3.15.
volentes esse legis Doctores non
intelligètes neque quæ loquun-
tur, neque de quibus affirmant^b. b 1. Timot. 1.7.
Et verè, pessimèque nouatores no-
ua nouo modo faciunt omnia^c, c Apoc. 17. 5.
dum quæ piè iam à prioribus mun-
di sæculis veneranda seruabat an-
tiquitas suis incessanter dicteriis

* 4 detur

rescere, sed etiam illustrari spera-
bant, à te lucis beneficium expe-
ctant. Urget me insuper nimis illa
tua erga nostrum Ordinem tandiu
in multis probata benevolentia, nec
non singularis ac supra modum
suavis in me nuper effusa bonitas,
statui hunc alterum meum (homi-
nis plusquam climacterici) foetum
tua consecrare Celsitudini: qua
non quidem Regis Ægypti, sed
Regis Regum filia à Pharaonicis
incurfibus Moselulum istum in-
ter nuntiorum fasciculos ad lon-
ginqua praela commissum velut in
arcula scirpea undis expositum,
miserè vagientem, & à propria
matre temporum iniuria exulan-
tem, non tam temporum, quàm
hominum longissimè pulsum iniu-
riæ

ria tempestate benignè suscipere,
adoptare, tuique fauoris valido
fulcire patrocinio, & aduersus ob-
trectatorum linguas protegere, ac
conseruare dignetur.

Socrati, priusquam Platonem
in discipulum acciperet, id som-
nij oblatum esse ferunt, ut sibi in
sinum cygnum inuolasse putaret.
Ego verò ab illo tempore, quo se-
mel & iterum tuo me dignatus es
doctissimo ac suauissimo colloquio,
eodem quo tunc, nescio quo im-
pellente genio, unum ex huius li-
belli exemplaribus tibi pollicebar,
iugi mellea tua humanitatis re-
cordatione inquires animus te illum
à Deo ad me missum boni ominis
cygnum, vel potius Angelum de-
stinatum existimauit: cuius patro-
cinio

cinio annosa & primigenia Eccle-
siae veneranda maiestas in hoc co-
dicillo reuerenter hospitanda da-
retur. Quàm ardenti igitur Ze-
lo, nisi que potenti soles illam pro-
tegere, tam placido vultu hoc de
illa tibi oblatum ex animo susci-
pias munusculum, & datorem
grateris, amplectaris, ac foveas.
Vale.


Nos

Nos Frater CLEMENS A
NOTO Generalis minister
Ordinis Fratrum Minorum
Sancti Francisci Capuccinorum fa-
cultatē facimus R. PATRI FRA-
TRI IACOBO BOVLVVC Pa-
risino eiusdem Ordinis Theologo
quatenus opus ab ipso composi-
tum ECCLESIA ANTE LEGEM,
& à nonnullis viris doctis ex nostris
de mandato nostro reuisum, exa-
minatum & approbatū typis man-
dari possit, seruatis iis quæ aliàs ser-
uari debent. Datum Rom. in Con-
uentu nostro Sancti Bonauenturæ
die 7. mensis Martij 1625. Signatum
FR. CLEMENS Minister Genera-
lis, & sigillatum.

Nos

Nos subsignati Doctores Sacrae Theologiae in facultate Parisiensi testamur librum cui titulus est ECCLESIA ANTE LEGEM scriptum per R. PATREM IACOBVM BOVLDC Ordinis Capuccinorum nihil continere quod orthodoxae fidei aut bonis moribus repugnet, dignumque esse qui pro facili multorum sacrae Scripturae textuum intelligentia praelo committatur. Datum Paris. anno Domini 1625. die 15. Iunij. Signatum P. QVEDARNE, & de S. PERE.

Summa

 Os subsignati Ordinis Fratrum
Minorum Capuccin. Prædicatorum de mandato R. admodum
P. CLEMENTIS A NOTO Ministri
nostri Generalis perlegimus librum
cui titulus est ECCLESIA ANTE LE-
GEM à R. P. IACOBO BOVL DVC
Parisiensi Ordinis quoq; nostri Præ-
dicatore compositum: fidemque fa-
cimus eum multa cum eruditione
& non mediocri abstrusiorum sacrę
Scripturę vtriusque testamenti lo-
corum luce ad orthodoxę fidei ca-
nonem esse eliminatũ, nihilque quod
bonis moribus contradicat conti-
nere, & proinde dignum qui typis
excudatur, omniumque manibus
teratur. Datum Parisiis in cœnobio
nostro Annuntiationis B. Marię
Nonis Nouemb. anno 1625.

Fr. LAURENTIUS PARISINVS Prædicator
Guardianus Meudoni.

Fr. LEO PARISINVS Prædicator & S. Theo-
logię Lector in Conuentu nostro Paris. j

Summa Privilegij.

LUDOVICI XIII. Galliarum & Navarrae Regis Christianissimi Privilegio cautum est, ne quodlibet Libellum, cui titulus est, DE ECCLESIA ANTE LEGEM LIBRI TRES, IN QUIBUS INDICATUR QVIS A MUNDI PRIMORDIO, ID EST, AB ADAM VSQVE AD MOYSEN FVERIT ORDO ECCLESIAE, QVAE FESTA, QVAE TEMPLA, &c. à R. P. IACOBO BOVLDO Ordinis Capuccinorum Prædicatore compositum quouis caractere aut forma, seu integrum, seu eius partem excudere, aut alibi excusum vendere, aliove quocunque modo distrahere possit intra sex annos deputandos à die finitæ primæ impressionis, præter eos Typographos
aut

aut bibliopolas, quibus dictus R. P.
IACOBVS BOVLVVC de hoc
facultatem concesserit : sub pœna
confiscationis librorum, & mulctæ
quingentarum librarum, aliarum-
que contra eiusmodi fraudatores
definitarum in fusiori diplomate
eiusdem Christianissimæ Maiesta-
tis. Dato in Fonte-Bellaqueo, die
duodecima Iulij, anno millesimo
sexcentesimo vigesimo quinto.

De mandato Regis,

Signatum, RENOVARD.

**

Facultas




*Facultas Authoris data
Bibliopola.*

EGO huius libri Author sub-
gnatus virtute supradicti Pri-
uilegij Regis Christianissimi, facul-
tatem do CLAUDIO LANDRY
Bibliopola Lugdunensi typis man-
dandi ac vendendi hunc ipsum li-
brú DE ECCLESIA ANTE LE-
GEM, &c. idque pro hac duntaxat
prima editione. Datum Parisiis in
nostro Capuccinorum cœnobio,
quod dicitur Annuntiationis B. Ma-
riæ, die vigesima quarta mensis
Martij anno Domini millesimo sex-
centesimo vigesimo sexto.

FR. IACOBVS BOVLDC.

INDEX





INDEX CAPITVM.

Liber Primus.

- Cap. 1. **D**E principio Ecclesie à mundi exordio, & de festis & sacrificiis quæ ad eius adificationem ab Adam inuenta ordinatæque sunt. pag. 1
- Cap. 2. Quonam alio ritu præter oblationes & sacrificia coleretur Deus Adæ temporibus. 13
- Cap. 3. De Ecclesie profectu temporibus Patriarchæ Seth, & de eius sanctitate mirabili. 22
- Cap. 4. Eo quod qui filij Seth dicebantur erant propheta declaratur quid significet nomen Prophetæ. 33
- Cap. 5. Quod Prophetæ prioribus mundi seculis filiorum Dei nomine vocati sunt. 43
- Cap. 6. Quando, & vnde filij Dei ortum habuerunt. 48
- Cap. 7. De filiis & filiabus hominum, de quibus Gen. 6. 56
- Cap. 8. De præclaris & honorabilibus filiorum Dei nominibus. 62
- Cap. 9. Ostenditur ex Scriptura nomina Raphaim, ** 2

INDEX CAPITVM.

- phaim, Emim, Zuzim, &c. non homines gigantes, sed primos post diluuium mundi ac pietatis restauratores significare: & de illorum gymnasiis. 71
- Cap. 10. De Patriarcha Enos filio Seth qui coepit inuocare nomen Domini. 82
- Cap. 11. A predicto Deum inuocandi ritu ab Enosce inuento, necnon ex Hebraeo textu Genesis colligitur Enoscem constituisse sodalitatem religiosorum qui dicebantur Enoscaei, postea dicti Esseni. 91
- Cap. 12. De Cainan filio Enos, & de secunda ante diluuium peculiari filiorum Dei sodalitate, quae à Cainan Cineorum dicta est. 107
- Cap. 13. Origo, & veritas instituti Cineorum probatur ex Scriptura. 113
- Cap. 14. De Enoch pronepote Cainan, qui ab abauo in Cineorum societatem admissus legatione fungitur ad deprauatos Dei filios, & de libro eius qui defenditur. 120
- Cap. 15. In quo terrarum loco seu regione habitauerunt sancti Patriarchae & filij Dei tam ante quam post diluuium. 135

Liber Secundus.

- Cap. I. **Q**uam oportune missus à Deo sit Patriarcha Noë in secunda mundi aetate: quam magnifice Scriptura de illo loquatur:

INDEX CAPITVM.

loquatur : Instituitur à Deo caput omnium perfectorum : spatio fere 500. annorum cœlibem vitam egit. 149

Cap. 2. De congregatione filiorum Dei, qua ab Heber Hebræorum dicta primum nomen dedit Israëlitis descendens ab Abraham. 158

Cap. 3. Quod Sem primogenitus Noë dictus pater filiorum Heber fuit ille summus Pontifex, qui in terra Chanaan dictus est Melchisedech. 168

Cap. 4. Quo sensu Melchisedech dicitur sine patre sine matre sine genealogia neque initium dierum neque finem vitæ habens. 178

Cap. 5. De eternitate, ordine, & oblatione sacrificij Melchisedech secundum quæ figura fuit Christi. 190

Cap. 6. De altera filiorum Dei sodalitate post diluuium, qua dicitur Cenezæorum. 199

Cap. 7. De pietate & zelo Patriarchæ Noë & filiorum eius, ut post diluuium fieret partitio regionum ad quas filij Dei mitterentur : de secundo Cainan, cur ita vocatus : & de diuisione linguarum quando, & quomodo facta est. 213

Cap. 8. Quod omnes Philosophi tã Græcia quàm aliarum regionum à nepotibus Noë aliisque filiis Dei habuerunt principium. 226

Cap. 9. Exponuntur illa Noë ad tres filios suos verba, Maledictus Chanaan, seruus seruo

INDEX CAPITVM.

- feruorum erit fratribus suis, &c. 238
- Cap. 10. De diuisione terra promissionis inter filios Chanaan, de Heber, qui in supremo Pontificatu successit Melchisedecho; post cuius mortem Iebusci Ierusalem occupauerunt, qui inde postea ab Israëlitis, nempe per Dauidem expulsi sunt. 250
- Cap. 11. De multiplici Idololatria, varisque colendi Deos modis, & quando ortum habuit tam in Chaldea, quam in terra Chanaan. 262
- Cap. 12. Ostenditur ex scriptura quo pacto veteres absque vilo peccato suos Raphaim Deos vocabant, inter sydera referebant, pro Baalim, id est, tutelaribus habebant, atque in eorum Cherubim & Theraphim honorabant. & quid ista nomina proprie significant. 277

Liber Tertius.

- Cap. 1. **D**E duplici vocatione Abraham, & triplici eius exitu, primò ex Chaldea in Haran, secundo ex Haran ad visendam terram Chanaan, tertio ad manendum in ea: cur Deus urgeat hunc tertium, & quomodo Abraham in hoc tertio multa in Chanaan instituerit Hebraorum cœnobia. 295
- Cap. 2. De firma habitatione Abraha in terra Chanaan post suam per aliquot annos pere

INDEX CAPITVM.

- 238
 r fi-
 emo
 post
 cu-
 litis,
 250
 co-
 ha-
 terra
 262
 ete-
 aim
 ant,
 ant,
 him
 vrie
 277
- Cap. 3. De decimis datis ab Abraham Melchisede-
 cho: de prima stirpis Enac, id est, Tor-
 quatorum ordinis ab illo facta institutio-
 ne, & de eo quod Adam dicitur sepultus
 in Hebron. 316
- Cap. 4. De primo Dei cum Abrahamo celebri
 tractatu circa res Ecclesie futuras, de pa-
 cto multis cum ceremoniis inito, quas
 deinceps in consulendo Deum prophetae
 seruarunt: de secundo foedere pro nasci-
 turo Isaac, & circumcisionis signo: deque
 noua ex Hebron in Bethel transmigra-
 tione. 327
- Cap. 5. De tabernaculis qua fixit Abrahã iuxta
 ciuitatem Gerara: de foedere inito cum
 rege eius Abimelech: de nemore plantato
 in Bersabea, de sepultura Sara, de morte
 Abraham. 340
- Cap. 6. De peregrinatione & virtutibus Isaac,
 & de loco ac modo quo Rebecca consuluit
 Dominum pro infantibus in utero eius
 pugnantibus. 349
- Cap. 7. Quod Rebecca dormiens super ramuscu-
 los ad consulendum Dominum rem tunc
 à Prophetis & praesertim ab Abraham
 fieri solitam effecerit. 360
- Cap. 8. De Iacobo Patriarcha: de eius à pueri-
 tia pietate qua motus est ut fratris Esau
 primogenituram emeret, per quam fieret
 sacerdos secundum ordinem Melchise-
 dech. 370
- Cap. 9. De Iacobi ab irato fratre Esau fuga in
 Mesopo

INDEX CAPITVM.

- Mesopotamiam; de eius inde cum uxori-
bus & ampla familia reditu, & de The-
raphim qua Rebecca sub se abscondit.* 379
- Cap. 10. *De variis Iacobi in terra Chanaan man-
sionibus seu tabernaculis. de morte patris
Isaac, de venditione Ioseph, de natiuitate
Iobi, de egressu Iacob cum familia sua ex
terra Chanaan & ingressu in Egyptum.*
389
- Cap. 11. *De morte patriarcha Iacob, & de bene-
dictionibus seu prophetiis quas morti pro-
ximus singulis filiis protulit.* 398
- Cap. 12. *Alia expositio benedictionis data Neph-
thali, Ceruus emissus dans eloquia
pulchritudinis.* 413
- Cap. 13. *Alia expositio benedictionis data Issa-
char, circa hac verba asinus fortis accu-
bans inter terminos iuxta Hebr. inter
clathra duo.* 422
- Cap. 14. *Præcedentis capituli confirmatio per hæc
Debbora verba ad Issachar. vt quid ac-
cubuisti inter clathra duo qua diligen-
ter explicantur.* 432
- Cap. 15. *Duorum præcedentium capitulorum con-
firmatio ex Psalmista tam Iacobi Pa-
triarcha ad Issachar quam Debbora pro-
phetissa ad eandem tribum verbis persi-
mili sententia, si dormissetis inter duo
clathra.* 442

AVTHO



AUTHORIS
PRÆLOQVIUM
AD CANDIDVM
LECTOREM.

SIT tibi (AMICE LECTOR) libellus iste non solius Iobianæ apud me cladis, sed etiam duplicatæ à Deo prosperitatis nūtius, qui & optatum à te Iobi quondam à nobis editi complementum, & eiusdem auctas admodum tam in litterali quàm in tropologico sensu velut tacens diuitias indiget, quas à multo tempore paratas quidem tibi, sed infausta nimis (quam nouit Deus) sorte detentas ac præpeditas tanto deflet amarius quanto copia insignes & utilitate refertas ibi latere nouit, præter illas quas hîc velut loquens pro præsentî sibi proprio refert instituto. Nimirum, videbis hîc in Adamo primo omnium agricola^a in optimo frugum^b terræ frumento a Gen. 3.17. 4.12. inchoatum, & postea in vino à Melchise- b Ibid. 4.2.

a Gen. 14. 18. decho ^a perfectū panis & vini sacrificium. Videbis primum & antiquissimum nomen

b Gen. 6.4. *Nephilim* ^b à primo Deum, per humilem totius corporis prostrationem, adorandi

c Num. 13. 34. ritu donatum fidelibus ^c. Videbis, sicut totius orbis, in Sabbato ^d, ita hominis in

d Exod. 20. 8. anniuersariis ^e Natalitiorum seruata solemnia. Quibus ab Adam institutis, & crescente hominum multitudine piissimus

e Gen. 4. 2. Iob. 1.6. filius eius Seth pro sua sanctitate Deus appellatus animarum rectores & doctores,

f Gen. 6.4. Iob. 1.6. qui filij Dei vocabantur ^f, instituit: atque patri in suprema Ecclesiæ dignitate succedens *apud homines gloriam adeptus est, &*

g Eccli. 49. 19. *super omnem animam in origine Adam* ^g.

h Gen. 4. 26. Rem promouit filius eius Enos, qui *cæpit inuocare nomen Domini* ^h, singularem filiorum Dei societatem inchoans *Heroium*

i Gen. 6.4. *à mundo semotorum* ⁱ, diuinoque ministerio ac psalmodiæ iugiter vacantium, qui ab

k Ibid. illo *Enoscei* ^k, postea corrupto vocabulo Essæi, vel Esseni dicti propter insignem antiquitatem à Plinio ^l & Solino ^m *Gens aeterna*

l lib. 5. c. 17. m Polyhist. cap. 38. vocati sunt. De quorum instituti perfectione nullus non scripsit historicorum.

Peccatis autem simul cum Adami prole valde luxuriantibus prædictis religiosi alij vitæ practicæ, vel potius mixtæ, & humanæ

manæ

manæ societati magis dediti successerunt:
qui specialiter à Deo vocati & electi *ut*
Cain, id est, Cainitas, seu filios hominum
deglutirent^a, penitusque perderent, sicut ^{a Num. 24.}
institutor eorum Cainan, ita & ipsi ab ^{21.}
eo conuenienti nomine *Cinai* sunt appel-
lati. Isti sunt, qui cum professione filij Dei
essent, ac prædicatorum officio, Angeli,
Deique nuntij multifariam, ac vltra mo-
dum à sanctissima sibi à Deo data viuendi
regula deuiantes, dum ad filias hominum
turpiter ingrediuntur^b, nec non aliis mul- ^{b Gen. 6.4.}
tis sese peccatis inquinant, ansam præ-
buerunt fabulis de dæmonibus, hoc est,
malis Angelis, qui ex filiabus hominum
gigantea monstra procreassent. Ab isto
Cainan (ni fortasse Setho, Malaleel; isti
Iared, Iaredo, Mathusale, & isti Noë suc-
cesserit) acceptus ab auo Seth supremus
Ecclesiæ Pontificatus ad Noë cum eadem
viuendi regula deuolutus fuisse videtur,
& à Noë ad Sem, de quo, sicut de Seth,
scriptum est^c, quod *apud homines gloriam* ^{c Eccli. 49.}
adeptus est, & super omnem animam in ori- ^{19.}
gine Adam.

Tanta autem fuit huius Semi gloria: vt
inquantum summus Pontifex etiam in
Europa multa haberet sacra tabernacula,
ad

ad quæ pater eius Noë à Deo dilatandum
Iaphetum, atque in eis habitaturum præ-
^a Gen. 9. 27. dixerat ^a. Insuper tanta fuit, vt cùm my-
stico, supremæque dignitatis nomine Mel-
chisedech, *מלך שלום* autem Melech,
quod est Rex, appellaretur, post eius mor-
tem relatus (de more) inter sydera, hoc
est, supremo planetarum Saturno com-
paratus, in cœlo sub nomine Baal-Semes,
in terra autem in suo Theraph, seu ima-
gine sub nomine Molech, primò licitè,
quia modestè, postea fornicarie (nam, vt
^b 1. Reg. 15. 23. ait Samuel ^b, *Idololatria est, Theraphim trans-
gredi*, hoc est, Theraphimorum cultus ni-
mius idololatria est) diuinis datus sit ho-
noribus: quemadmodum de eo B. Ste-
^c Act. 7. 43. phanus ^c sic exprobrat Iudæis: *Et susce-
pistis tabernaculum Moloch & sydus Dei ve-
stri, Rempham*, seu Repha. Sem enim
post Noë & diluuium præcipuus fuit in-
ter Rephaim, qui nequaquam à mole
corporis sic appellati sunt: sed cùm essent
primi mundi restauratores, & iuxta vim
nominis, animarum curatores sanctissimi,
per eiusdem notionis vocabulum à Græ-
cis dicti sunt *Κεφαῖτες*. Insuper ab Hebræis,
Emim, Zuzim, & Zomzomim, id est, Re-
uerendi, Illustres & Sapientissimi. Quo-
rum

rum prisca sanctitas Dæmonis arte in omnem impietatem & idololatriam, sacratissimæ verò choreæ, de quibus Philo Iudæus ^a in turpissima degenerarunt Corybantium Bacchanalia.

a lib. de vita contēpl.

Quemadmodum autem huius professionis homines ante diluuium in duas Enoscæorum & Cinæorum diuidebantur veluti classes & militias; ita post cataclisimum diuersa sortiti sunt in sacro codice nomina. Ab Ascenez ^b enim Cenesæi ^c prius dicti, postea ab Heber eorum Archimandrita ^d Hebræi sunt appellati ^e (quod nomen post linguarum diuisionem generale factum est illis omnibus, qui seruatam apud illos linguæ sanctæ, ac veræ religionis integritatem amplexati sunt) sicut post Moysen Nazaræi, filij Prophetarum nec non Rechabitæ vocati sunt. Diuersæ etiam eorum scholæ fuerunt in Ægypto, India, Chaldæa, Græcia, aliisque multis orbis regionibus: quas omnes variis nominibus velut tot parietibus distinctas Balaam Propheta sub nomine *filiorum Seth à stella ex Iacob oritura*, nempe, Christo prædixit *disparietandas* ^f. Quod

b Gen. 10. 3.

c Gen. 15.

19.

d Gen. 10.

21.

e Gen. 14.

13.

f Num. 24.

17.

Ieroso

Ierosolymam, & adorauerunt filium Dei
 a Matth. 2. naturalem ^a, qui tanquam illarum om-
 1. nium disparietator *dedit omnibus potesta-*
 b Ioan. 1. *tem filios Dei fieri his qui credunt in nomine*
 12. *eius*^b, perfecit autem, quando mortuus est
 c Ioan. 11. *Dei, qui erant dispersi congregaret in unum*^c
 53. Christianorum gregem.

Porro in tertia atate Ecclesiae *Abra-*
 d Gen. 14. *ham Hebraeus*^d, id est, dicto modo filius
 13. Dei charissimus, postquam, iuxta illorum
 e Iudic. 4. in tabernaculis habitandi ^e ritum multa
 11. per Chananæam erexit cœnobia, & ma-
 i. Par. 2. 55. ximè in Hebron, *pater Enacim*^f, hoc est,
 Ier. 35. 7. primus inter fideles ordinis Torquato-
 f Ios. 15. 13 rum institutor quosdam Hethæorū prin-
 & 21. 11. cipes nouo hoc insigniuisset honore, à
 Deo præfectus ac constitutus est super
 g Gen. 15. Rephaim, Cinæos & Cenezæos ^g circa
 19. illud tempus, quo à Chodorlahomor
 aliorumque Regum cæde reuertenti Mel-
 h Gen. 14. chisedech obuiam egressus est^h. Qui qui-
 dem summus Pontifex Melchisedech cum
 tunc 560. esset annorum, non potuit in
 Abrahamitica (quam Paulus ad He-
 i cap. 7. 6. bræos ⁱ scribens antonomasticè vocat ge-
 nealogiam) inseri genealogia, vel in ea
 patris eius aut matris exprimi nomina:
 fed

Dei
om-
esta-
mine
us est
filios
um^c
bra-
filius
rum
ulta
ma-
est,
ato-
orin-
, à
uper
circa
nor
Mel-
qui-
cum
t in
Te-
ge-
ca
ina:
fed

sed bene Aaronici sacerdotes, qui per Le-
ui filium Iacob ibi mysticè viuentes ad-
ueniente Christi sacerdotio secundum or-
dinem Melchisedech cum suo cruento sa-
crificio mortui sunt, id est, defecerunt:
Melchisedech autem, qui *non genealogi-
zatus ex eis*^a mortuus esse videbatur, per ^aIbid. 8.
Christum, cui iurauerat Pater æternus^b, ^bPf. 109. 4.
contestatur in eo quia viuit, & viuet ad fi-
nem vsque mundi in suo sacrificio.

Abrahæ sanctissimus filius Isaac in sua
ex sterili matre conceptione, in parato
à patre de se spontaneo sacrificio, in diu-
tino quadraginta annorum cœlibatu pu-
rissimo, in vnica vxore, atque duorum
ex ea generatione populorum & in aliis
multis expressissima Christi figura non
nisi sacerdos secundum ordinem Melchi-
sedech per *χρηστότητα* filium suum Iacob
in frumento & vino stabiliiit^c sacerdotem. Gen. 27. 37.
Cui postea cum familia in Ægyptum ab-
eunti, ibique defuncto, in terra Chanaan
ad sanctissimum Iobum deuolutum vide-
tur supremum Pontificium, cum esset ex
stirpe Esau: cui patrem Isaac de hoc spem
maximam fecisse coniiicitur ex his verbis:
Viues gladio, & fratri tuo seruias: tempusque
(id est, tempus autem) *veniet, cum excu-
tias*

legis scriptæ tempus enituit (quod quidem A
 tempus in tres ab enarratoribus diuidi solet
 ætates, quarum prima est ab Adam vsque ad
 diluuium, quod contigit anno mundi 1656.
 secunda à diluuiio vsque ad Abraham, qui na-
 tus est anno mundi 2039. tertia verò vsque
 ad natiuitatem Moyfis, quæ fuit anno mundi
 2464.) ordo rerū exigit, vt ab Adam nostræ
 sumamus initium narrationis, & pro modulo
 nostro palam faciamus quid ille, qui per pec-
 catum suum tantam suæ posteritati cladem
 intulerat, tamque exitiosum illius à Deo Opt.
 Max. fecerat diuortium, ad inimicorum re- B
 conciliationem & perfectam ita separatorum
 contulerit reconciliationem & perfectam
 vnionem, quam ante peccatum opportunè
 admodum in suo viderat connubio, vero Ec-
 clesie typò, cum quod in sua ecclasi viderat,
 nempe filium Dei futurum eius sponsum his
 postea verbis exprimeret: *Quamobrem, re-
 linquet homo patrem suum & matrem, & adhe-
 rebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna* a.

2 Genes. 2.
 24.

*Adam mul-
 tarū artium
 inuentor &
 litterarum
 Hebraicarū.*

Ad hoc igitur iuuat in primis notare, quod
 nemo Catholicorum nō admittet: Adamum C
 insigni innumerabiliū rerum cognitione
 diuinitus donatum, scientiarumque multa-
 rum peritia instructum fuisse, quam per pec-
 catum amisisse non videtur. Sed præsertim
 accepit à Deo idioma Hebræum quo collo-
 quebatur, & litteras, quibus scribi ac legi
 posset. Vnde Sethi filij eius nepotibus dua-
 rum quidem columnarum in quibus sua in-
 penta inscripserunt (& vt puto, multa quæ ad
 religio

A religionem cultumque Dei attinebant) erectio tribuitur à Iosepho^a: minimè verò literarum aut scriptionis inuentio. Sed quæ magis ad rem faciunt, diuinumque cultum respiciunt etiam exteriorem, est prima de oblationibus & sacrificiis praxis atque notitia, quam ei iure tribuimus. Nam si quælibet gens quantumuis efferata lumine naturæ aliquam cognoscens diuinitatem statim nouit illam muneribus esse honorandam: quid de primo homine dicemus, qui verum Deum tam perfecte quantum in hac vita fieri potest, agnouit, & cum illo tam familiariter conuersatus est?

B *Credimus*, ait Hugo à S. Viatore^b, *Deum docuisse Adam cultum diuinum, quo eius beneuolentiam recuperaret, quam per peccatum transgressionis amiserat, ipsumque docuisse filios suos dare Deo decimas & primitias.* Idem habet S. Athanasius^c, & alij multi. Cùm autem ex eo quod scribitur de filiis eius, quod *Cain offerebat de fructibus terræ munera Domino, Abel autem de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum*^d, duo oblationum & sacrificiorum genera exercuisse colligimus: animalium, videlicet, quæ ideo postea magis in vsu fuerunt, quia oblata ab Abel placere Deo visa sunt: & frugum fructuumque terræ, quæ non ita frequentata leguntur, ob id (crediderim) quod à Cain oblata à Deo despecta sunt propter suam malitiam & impuritatem. Nihilominus tamen, quod dicitur, Deum non respexisse primo ad Cain, deinde, nec ad munera eius, satis aperte indi-

a Antiq. l. 1.
c. 2. vel 3.

Adā. primus
omnium Deo
sacrificium
obtulit.

b in Gene-
sim.

c in Epist.
de perfidia
Eusebij &
libro super
illo, *Omnia
michi tradi-
ta sunt.*

d Gen. 4. 4.

*Primum Ada
sacrificium
fuit ex fru-
gibus terra
praesertim ex
triticis.*

cat munera non displicuisse nisi in quantum A
 persona displicebat offerentis. Inde colligo,
 quod cum Cain primogenitus, & proinde
 sacerdos tale sacrificium de terrae frugibus
 non nisi exemplo patris cui in sacerdotio
 succedebat, obtulisse. A quo sicut arare ter-
 ram, ita & ex eius frugibus munera Deo of-
 ferre didicerat: atque in primis triticum non
 solum in natura, & quale in messe colligeba-
 tur: sed etiam in massam redactum farina-
 ceam, panemque decoctum. Tam antiqua sa-
 nè est panis inuentio, ut apud auctores de il-
 lius tempore non liqueat. inuenimus qui B
 a Genes. 27.
 29. dem Rebeccam coxisse panes^a: sed annis
 plus 100. prius legimus Melchisedech obtu-
 lisse panem & vinum^b: Item abundantia
 b Gen. 14.
 frumenti, vini, & olei quam in Orientalibus
 regionibus extitisse toties in Scriptura legi-
 mus facilis panificæ artis inuentio, nec non
 huius cibarij præ aliis necessitas ferè suadent
 illud cognomentum *pistoris* (quod Ioui, te-
 stibus Ouidio^c, & Lactantio^d Romani tri-
 buerunt, quoniam eius monitu panem ex
 e 6. Factorū.
 d lib. 1. c. 20.
 omni frumento quod habebant factum in
 hostium castra cum iactassent, soluta est ob- C
 sidio, desperantibus Gallis inopia subigi pos-
 se Romanos) vero Ioui Deo viuo potius esse
 tribuendum. Qui cum primum hominem à
 loco deliciarum eiecit, ut terram foderet,
 & araret vnde *panem educeret*, quo *cor illius*
 inter labores ærumnæque *confirmaret*^e, il-
 lum molendi, pinsendique artem docuerit,
 postquam de hoc cibo dixit ei: *In sudore
 vultus*

*Ars panes
pinsendi ab
ipso Deo da-
ta est primo
homini.*

e Psal. 105.
15.

- A** *vultus tui vesceris pane*^a. Vt idem bonus pater, qui per peccatum nudato vestes non indignatus est dare pelliceas: panem quoque, id est, communem & ad manum cibum esurienti tribueret iuxta illud: *Initium vite hominis aqua & panis, & vestimentum & domus protegens turpitudinem*^b. Hinc factum credo: vt Adam tantum agnoscens beneficium, velut alter Iacob diceret: *Quia dedit mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum: cunctorumque quæ dederit mihi, decimas offeram ei*^c.
- B** Iudicet obiter lector vnde sumere etiam potuerint originem vestes pelliceæ, quibus filij Dei, id est, prophetæ ac religiosi viri quales erant Elias^d, & Ioannes Baptista^e, & deinde vsque nunc in Ecclesia Doctores, canonici, imò Reges, præsides, vt olim Romani Consules, tanquam habitu decenti in toto vel in parte decorantur. Quantum vero ad panem non video in Scriptura, cur Melchisedech (quem Sem fuisse postea^f docebimus) sacrificium ex pane & vino Deo Altissimo obtulerit: nisi quod & primum Adæ in pane sine vino, cuius nondum erat vsus in prima mundi ætate, & alterum quod pater eius Noë post vineæ inuentionem illi adiunxerat, vno pariter conseruaret libamine: secundum quod postea filius Dei naturalis Christus futurus erat sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Præter quod panis sacrificium alia quoque ex animalibus offerebat: quæ placuerunt Abeli, & per eum, Deo: ideoque postea
- C**

a Gen. 3. 19.

b Eccli. 28.
29.c Gen. 28.
20.d 4. Reg. 1. 8.
e Matth. 3.
4.
Marc. 1. 6.Pellicæa quibus decorantur Reges, proceres, canonici, Doctores & alij originē trahunt ab Adæ.
f lib. 2. c. 3.

Vnde sacrificiū Melchisedech in pane & vino habuit initium.

à Moysè & Aaron potissimum electa sunt. A
sic cruentè in Abel & eius sacrificiis ; sed
priùs incruentè in sacrificio frugum terræ,
quæ primo obtulit Adam, *Agnus occisus est*

^a Apoc. 13. *ab origine mundi* ^a.

8. Sed quonam tempore, quibusve diebus il-
la offerebat sacrificia ? Respondeo quod ple-
rumque pro sua deuotione & pietate (quam
magnam fuisse postea ^b ostendimus) vel ho-
stias pro peccato, vel pro acceptis beneficiis
holocausta Deo offerre iudicabat opportu-
num. sed præsertim in duobus festis, quæ ab
illo instituta sunt : nempe, in die Sabbathi, ^B
qui mundi natalis erat, & in filiorum suorum
natalitiis anniuersariis. De primo festo sic

^c lib. de
hom. opific.

loquitur Philo ^c : *Postquam*, inquit, *uniuer-*
sus hic mundus perfectus est, iuxta perfectam
naturam senarij numeri, sequenti diei Sabbatho
pater honorem addidit, quem ubi laudauit, mox
sanctum appellare dignatus est. Est enim festus
non vnius populi, regionisue, sed vniuersum om-
nium: quæ sola digna est vt dicatur popularis
festiuitas, & mundi natalis. Quibus similia re-

^d in vita
Moysis.

^e lib. contra
Iudæos.

perit in libro de Decalogo, & alibi ^d. Quod
nonnulli negant : inter quos Tertullianus ^e, ^C
Vatablus sequens Abulensem, qui illa verba:
Compleuitque Deus die septimo opus suum quod
fecerat ; & requieuit die septimo ab vniuerso

^f Gen. 2. 2.

opere quod pararat ^f, putat dici per anticipa-
tionem, quod septimus dies sanctus fuerit
data lege, non prius. Sed Beda, Hieronymus
Pradus ^g, Pererius, Emmanuel Sa, Cornelius
à Lapide, Salianus & alij longè melius tenent

^g in cap. 10.
1. zech.

iam

A iam inde à principio Sabbathum celebratum, idque ab Apostolo ^a indicari. Sed apertius a Heb. 4. 5. etiam denotatur, cum dicitur: *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices* ^b. Hoc enim non est b Exod. 20. Sabbathi celebrationem instituere: sed quæ 8. iam in vsu erat, ne negligeret, admonere. Proinde fuit hoc de Sabbatho præceptum diuinum non naturale, sed positium.

Aliud festum ab Adam institutum & ob- ^{Natalisiorum} seruatum fuit diei natalis vniuscuiusque fi- ^{festi instituta} liorum suorum: in quo singulis annis ipse ^{ta ab Adam;} pro filiis, & quisque eorum pro se offerebant Deo sacrificia. Idque colligo ex iis quæ in nonnullis codicibus ita cum parente si leguntur, verbis: *Adam verò cognouit uxorem suam Heuam; que concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel (fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola) factum est autem post multos dies ut offerret Cain de fructibus terra munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum* ^c. c Gen. 4. 1. Quæ si iuxta archetypum sine parentesi legantur, facile quod dicimus apparebit. Et ^c Adam ipse cognouit Hhauah uxorem suam, & concepit, & peperit Cain, & dixit: *Acquisiui virum cum Domino. Et fuit in fine dierum, & adduxit Cain de fructu oblationem Domino: & Hebel adduxit etiam ipse de primogenitis pecudum suarum & de adipe earum.* Vbi Fagius cum ^{Diei nomen} Aben Ezra dies pro anno sumunt, voluntque ^{pro anno ple-} singulis annis certo & statuto tempore fra- ^{rumque sa-} tres istos munus suum ad certum locum, qui ^{mitur.}

cultui diuino publico destinatus esset, attulisse: vt ita annua solemnitas, qua ad colendum Deum publicè conueniebant, hac locutione denotetur. Confirmatur ex aliis locis, in quibus vox לממ *lamim*, id est, *dierum*

scap. 14. 28. sumitur pro annis: vt in Deuteronomio ², *Anno tertio separabis aliam decimam, &c.* Iuxta Heb. *Post finem trium dierum.* Item in Le-

uitico ^b, *Donec vnus impleatur annus, &c.*

39.

Aliquando vbi sermo est de aliqua anniuersaria solennitate, iungitur nomen לממ *lamimah*, quam *diei atem* non malè quis dixerit, vt cum agitur de anniuersa solennitate

azymorum: *Custodies huiusmodi cultum statuto tempore à diebus in dies* ^c. Pagninus vertit *quotannis*: posset reddi *de die in diei atem*, quasi vltima vox solennitatem diei, vel diem solennem significaret; diceremus Gallicè: *iour*

Exod. 13.
10.

Rationes quibus probatur Adā festum diei natalis instituisse.

pour iour: sed non satis expressè. Quod autem de non qualibet anniuersaria die, sed de natali, quam Cain & Abel oblationibus & sacrificiis annuatim celebrabant, intelligatur, multa suadent. Primo quidem matris Euæ pia & deuota gratiarum actio in natiuitate Cain, cum ait, *Possedi hominem per Deum*, hoc

tanquam ex sola Dei bonitate sibi concessum beneficium agnoscentis. Idemque, quasi de more fecit in natiuitate Seth, dicens: *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel* ^d, &c. Secunda, constat ex ordine narrationis; statim enim ac de illorum natiuitate dictum est, *Rursumque peperit fratrem eius Abel*, additur, *Factum est autem post finem annorum*, supple-

eorum:

A eorum: non solum indicans illos sacrificia offerre cepisse iam grandæuos: sed etiam præcisè annuatim id facere solitos fuisse. Deinde ex eo quod status & conditio vtriusque præmittitur, *fuit autem Abel pastor ouium*

& *Cain agricola*; tam ut indicaretur, quod Abel ut pastor ouium, greges, Cain ut colens terram de fructibus laborum suorum offerre soleret: quam ut breuiter significaretur, quomodo & quando negotiis temporalibus orationes, oblationes, & sacrificia interfere-
Orationes operibus tēporalibus intermiscenda, & quomodo.

B leges à patre eis datas. Præterea, si pro natali totius mundi, sub cuius generalitate creatio Adæ comprehendi videbatur; festum Sabbathi generale omnibus statutum est pro communi omnium rerum creationis beneficio: congruum etiam fuit, ut Adam, qui plusquam vllus hominum in se expertus erat quantum esset Dei beneficium fieri ad imaginem Dei, singulis etiam hominibus natiuitatis diem celebrandum instituerit. Ad quod videtur Christus allusisse cum dixit: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius:*

C *cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum* ².

Qui quidem mos laudabiliter à Paganis obseruatus passim legitur cum sa-
a Ioan. 16. 20.

cificiis, & oblationibus aliisque multis ceremoniis, non ex solo, ut credo, lumine naturali, sed ex consuetudine per traditionem ad eos vsque manata per filios, nepotesque
Gentiles diei natalis celebritatem ab Adâ per traditionem acceperunt.

Noë primos post diluuium orbis terrarum
 A 5 incolas.

incolas. De quo die natali intelligitur illa A
per ordinem vniuscuiusque diei sacrificio-
rum & conuiuiorum filiorum Iob celebri-
tas, cum dicitur: *Et faciebant conuiuium per
domos vnusquisque in die suo, &c. Cūque in or-
bem* (supple dierum anni) *transissent dies con-
uiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos,
consurgensque diluculo offerebat holocausta pro*
a Iob. 1. 4. 5. *singulis*^a. Vbi hoc amplè probamus: item-
que ostendimus illud quod de Elcana legi-
tur solito *ascendere de Ciuitate sua statutis die-
bus* (id est, quotannis) *vt adoraret & sacrifi-
caret Domino*^b, debere intelligi de singulis B
diebus natalitiis filiorum suorum, quorum
festa celebrare solebat, vt ex ipso contextu
manifestum est.

Ex dictis præterea colligitur aliquem tunc
fuisse locum ad sacrificandum destinatum:
præsertim cum priscis illis diebus tam fre-
quenter filios gignerent: & maxinè propter
festum Sabbati. Et confirmatur Hebræo
textu, vbi legimus Cain non obtulisse, sed
attulisse de fructibus terræ: fortasse quia quæ
adferebat pater Adam offerebat, siquidem
adducere pro offerre sæpe in Scriptura sumi- C
tur, quod afferrentur ad Dominum, quæ illi
ad sacrificium offerebantur. Exempli gratia:
vbi legimus, *offeret pro peccato suo vitulum
immaculatum Domino, & adducet illum ad
ostium tabernaculi*^c, id est, offeret. Quod &
d Leuit. 2. 2. alibi sæpe^d. Potest etiam idem colligi ex his
& 5. 12. Caini ad Abelem fratrem verbis quando vo-
luit eum occidere, *Egrediamur foras*^e. Non
solum

*Loca quadã
sacra cultui
diuino desti-
nata fuisse
Adã tempo-
ribus.*

^c Leuit. 4. 4.

^d Leuit. 2. 2.

& 5. 12.

^e Genes. 4. 8.

A solum enim indicant in aliquo peculiari loco fuisse, in quo sacrificauerant, & Deus sæpe signum aliquod dederat quod *respiceret ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respiceret*^a: sed locum fuisse

^a Ibid. v. 5.

sacrum, atque diuinis oblationibus dedicatum: præ cuius reuerentia noluit ibi fratrem occidere, sed in agro, id est, in loco profano: vnde statim addit: *Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Vix enim præ furore & excandescencia potuisse à cæde fratris temperare, cum adhuc simul essent in dicto loco,

B non obscure innuunt quæ sequuntur, præsertim iuxta Hebr. *Et fuit in esse eos in agro:* quasi dicat, statim ac fuerunt in agro, *consurrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.* Quamuis doceat Targum Ierosolymitanum, Cain cæpisse queri de diuina prouidentia, nonnulla etiam protulisse contra iudicium extremum, &c. Igitur loca quædam sacrificij ordinata, sed clausa iam extitisse nemini dubium esse debet. Insuper sub dio & aperta, qualis fuit postea in lege, & post

Locorum sacrorum forma.

C legem in templo, vbi erat altare holocaustorum, aperte colligitur ex eo quod legitur, *Deus respexisse ad Abel & ad munera eius*^b, &c. si verum est quod passim super hæc verba dicunt Patres & expositores, hunc respectum ad Abel, & non respectum ad Cain, &c. factum fuisse signo ignis de cælo missi in sacrificium Abelis, non autem Caini: & ignem hunc combussisse, & consumpsisse sacrificium

^b Gen. 4. 4.

cium

Quoniam si-
gno probari
ostensa sunt
munera A-
bel & d. con-
tra.

cium Abelis: Cain vero sacrificium intactum A
reliquisse. Vnde versio Theodotionis habet
ἐπετίθεισεν, *Inflammanit Dominus super Abel,*
& sacrificium eius; super Cain, non. Hoc enim
eodem ignis & conflagrationis victimæ si-
gno solet Deus probare & acceptare sacrifi-
cia, vt Gedeonis^a, Manue^b, Aaronis^c, Eliæ^d;
Dauidis^e, Salomonis^f, & Nehemiæ^g. Sed
quia non semper sacrificia conflagrabant tali
igne: sed sæpius igne à sacrificante accenso;
& Cain lamentari non poterat legitimè,
quod acceptum non esset eius sacrificium,
donec quod suum erat, compleuisset, quod B
est ignem victimæ supponere, vt patet ex vi-
ctimis, quæ ignis suppositione perfici vide-
bantur^h: non displicet quod passim picto-
res talem Dei respectum, & non respectum
solent repræsentare per sacrificia ardentia,
quorum vnus, nempe Abelis fumus sursum
fertur: alterius verò, nempe, Cain sacrificij
fumus contra naturam deorsum tendit. Cer-
tè ad hoc gratificationis signum alludere vi-
detur Psalter, cum aitⁱ: *Dirigatur Domine*
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, &c.
Sed præsertim Ecclesia in Canticis^k cum C
comparatur *virgula fumi ex aromatibus myr-
rhe & thuris, &c.* Præterea, iam illa loca fixa
& lapidibus, aut lateribus constructa fuisse
possumus deducere ex eo quod Cain dicitur
adificasse civitatem^l, siue hoc fecerit circa
annum vitæ suæ 300. vel 400. vt placet Abu-
lensi^m, siue multis post Henochum natum
annis, cum Cain esset annorum 500. vt vo-
luit

a Iudic. 6. 2.

b Iudic. 13.

20.

c Leuit. 9.

24.

d 3. Reg. 18.

38.

e 1. Par. 21.

26.

f 2. Par. 7. 1.

g 1. Mach. 1.

32.

h Leuit. 1. 7.

11. 17.

i Pl. 140. 2.

k cap. 3. 6.

Templa la-
pidibus con-
structa fuisse
Ada tempo-
ribus.

l Gen. 4. 17.

m quæst. 12.

in cap. 1.

Genes.

A luit Pererius ^a, siue vt placet S. Augusti-
 no ^b, circa septimam generationem cum iam
 admodum creuisset hominum multitudo.
 Nam longè ante potuit habere artem ædifi-
 candi domos, quam in ædificando templo
 etiam exercuit cum adhuc esset iuuenis, vt
 pote, 35. annorum, & antequam fratrem oc-
 cidisset: quam non ita potuit exercere in
 ædificanda ciuitate, nisi longo post tempore,
 cum, vt vult Augustinus, *illius hominis familia*
tanta numerositate cresceret, vt haberet iam po-
puli quantitatem, &c.

a lib. 7. in
 Gen. n. 70.
 b 15. de Ci-
 uit. cap. 8.

B

CAPVT II.

*Quonam alio ritu præter oblationes &
 sacrificia coleveretur Deus Adæ
 temporibus.*

NE M I N I dubium esse debet, quod si-
 cut Gentiles modum sacrificandi Diis
 suis à vero populo Dei didicerunt; maximè
 cum idololatria introducta non sit in mun-
 dum nisi longè postquam verus Dei cultus
 altas iam in cordibus hominum etiam per
 exteriores obseruantias radices egisset, vt in
 sequentibus videbimus: ita sanè quampluri-
 mas & ferè omnes falsæ religionis ceremo-
 nias ex eodem fonte hauserunt: atque in pri-
 mis illam, quam falsis suis numinibus cor-
 poris

c lib. 1. c. 11.

poris reuerentiam exhibebant. Quæ licet A
multiplex apud illos extiterit: illa tamen quæ
cum totius corporis in terram prostratione
fiebat cum maiorem præ se ferat deuotio-
nem, venerationem, nec non eius coram quo
fit, exaltationem, à primis veræ religionis
cultoribus dimanasse dubium non est. Va-
rius autem admodum apud exteros illos fuit
Deos adorandi & salutandi ritus. Opposito
namque prorsus modo quidam se habebant,
cum stantes, non de geniculis adorarent.

a lib. 12.
Epigr.

Quod docet Martialis ^a cum ait:

Multis dum precibus Iouem salutat

Stans summos resupinus vsque in vngues.

Item capite hoc faciebant aperto. Vnde Ser-
uius exponens illa Maronis ^b verba,

b Æncid. 3.

Purpureo velare comas adoperatus amictu,

Adorationis
exterioris
varij ritus.

Sanè sciendum est, inquit, sacrificantes Diis om-
nibus capita velare consuetos, ob hoc, ne se inter
religionem vagis offerret aliquid obtutibus, ex-
cepto tantum Saturno. Nimirum, egerant ali-
quid simile à Deo vero Israëlitis præcep-
tum ^c, quod imitari voluerunt. Quanquam

c Num. 15.

59.

d in verbo
Saturnia.

Festus ^d ita de hac loquitur ceremonia. Ita-
lici, auctore Ænea, velant capita, quod is cum C
rem diuinam faceret, in littore Laurentis agri
Veneri matri, ne ab Ulysse cognitus interrumpere-
ret sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspe-
ctum hostis euitauit.

e in Vitel-

lio.

Præterea corpus ad dextram in orbem
circumagebant: quod ex Suetonio ^e disci-
mus. Idem, inquit, miri in adulando ingenij
primus C. Cæsarem adorari vt Deum instituit,

cum

A cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus
esset, quam capite velato, circumuertensque se,
deinde procumbens, &c. Ad quem ritum per-
tinet, quod Val. Flaccus ^a scribit,

Vnde ubi sacrificas cum coniuge venit ad aras <sup>a in Argo-
naut. lib. 7.</sup>

Aesonides: vnaque adeunt pariterque precari

Incipiunt: ignem Pollux vndamque iugalem

Protulit: ut dextrū pariter vertantur in orbē.

Dextrorsum autem circumagi consueuisse
tradit Plinius ^b in hunc modum: *In ado- b lib. 8. c. 11.*

*rando dextram ad osculum referimus, totumque
corpus circumagimus: quod in laeuam fecisse Galli*

^B *religiosus credunt. De manus autem admo- c lib. 4. Me-
tiam.*

*tionem ad os, sic loquitur Apuleius ^c: Admo- c lib. 4. Me-
tiam.*

uentem oribus suis dextram, priore digito in ere-

tum pollicem residente, ut ipsam prorsus Vene-

rem religiosis adorationibus venerabantur. De

quo ritu plura in nostro Iob ^d. d cap. 31. 27.

Sedisse etiam veteres cum adorarent, testi-
monio est Tertullianus ^e his verbis; *Cum e lib. de o-
ratione.*

perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis

*residendo. Inde illud Propertij ^f, f lib. 2. Eleg.
19.*

Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit.

Et Tibullus ^g, g Eleg. 11. 1.
lib. 2.

^C *Illam mihi sancta est, illius dona sepulchro*

Et madefacta meis ferta feram lacrymis

Illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo.

Procubuisse vero & capita flexisse adorantes,
non illa modo ex Suetonij Vitellio superius
relata verba docent: sed & ista Liuij ^h cum h lib. 30.

*agit de Carthagenensium legatis, Qui ubi in
castra, & pratorium peruenerunt, more ado-
rantium, accepto (credo) ritu ex ea regione ex qua
oriundi*

oriundi erant (illa autem erat Phœnicia) pro-
 cubuerunt. Qui gestus verorum adoratorum,
 nempe Israëlitarum seu Iudæorum fuit; vt
 passim in Sacris occurrit. Et ferè semper ver-
 ba vsurpantur, quæ propriè cadere, ruere, &
 prosternere se significant. Abstineo ab ob-
 rumentibus nos exemplis, vt solum quædam
 ex illis proferam, in quibus habetur verbum
 Heb. נָפַל *naphal*, quod facit ad proposi-
 tum. Per illud Semei dicitur, *Se prostrauisse*

*Prostrationis
 in terram i-
 zus ex Iu-
 daïs est.*

a 2. Reg. 19. *coram Rege, cum iam transisset Iordanem* ^a, vt
 18. veniam peteret. Quam vim præsertim habet
 in Hiphil, vt: *Et iacui coram Domino quadra-*

b Deuter. 9. *deprecabar* ^b. Sic Eldras ^c *fleuit, & iacuit ante*
 15. *templum Dei.* Et multis aliis in locis ^d. Vnde

c lib. 1. c. 10.

d Gen. 44.

14.

Num. 20. 6.

2. Reg. 9. 6.

1. Cor. 14. 24.

e Ier. 38. 26.

& 42. 9.

f de vita

contemp.

g Gen. 6. 4.

& ipsæ preces *prostrate* vocantur ^e, quia à
 prostratis coram Deo fiebant. Et apud Phi-
 lonem ^f sunt certi monachi, quos ipse vocat
Ichetas, id est, supplices & decumbentes.

Hunc autem Deum adorandi ritum vel ab
 ipso Adam, vel eius tempestate inuentum
 fuisse colligo ex his verbis ^g, *Gigantes autem*
erant super terram in diebus illis; postquam enim
ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque
genuerunt. Vbi pro *gigantes* habetur vox
 נְפִילִים *nephilim*, hoc est, *cadentes*, seu *proster-*

Primi fideles ^h *nentes se.* Quo nomine tunc & longè poste-
 rioribus sæculis fideles, verique Dei cultores
 appellabantur à prostratione in terram: eo
 quod in orationibus & publicis religionis
 exercitiis Deum prostrati adorabant: eo mo-
 do quo nunc à Christo vocamur Christiani.

Itaque

A Itaque cum in prædicto Genesis loco iuxta Hebr. dicitur, *Nephilini erant in terra ipsis diebus, etiam postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, & genuerunt ex eis*, sensus est: *Cum coepissent homines multiplicari super terram, & tam ingens esset strages ac ruina peccati, ut qui inter fideles sanctioris erant instituti, ideoque vocabantur filij Dei suis carnalibus planè indulgerent desideriis, ita ut videretur defecisse sanctus, & diminuta veritates à filiis hominum* ^a: *omnis quippe caro corruerat viam suam*, supererant tamen adhuc

a Ps. 11. 2.
Gen. 6. 4.

B pauci *Nephilim*, adhuc nonnulli ex fidelibus, etiam postquam eo deuenissent filij Dei, ut contra sua vota mulieribus sectæ Cainitarum matrimonio iungerentur. Ad quem locum alludebat Christus in Euangelio ^b cum de suo secundo aduentu loquens, dicebat: *Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem* (id est, fideles) *in terra*? Paulo enim ante comparauerat diem aduentus sui ad iudicium cum diebus diluuij: *Sicut factum est, inquit, in diebus Noë: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias usque in diem, qua intrauit Noë in arcam. Quinam autem, & cuius instituti essent filij Dei, videbitur postea* ^c. Interim maneat pro comperto, vocem *Nephilim*, pro qua Vulgatus reddit *gigantes* re vera esse nomen, quo primi fideles communiter appellabantur. Quo autem sensu vocabantur *gigantes* ostendemus in sequentibus ^d.

b Luc. 18. 8.

c cap. 4.

d cap. 8.

B

Scio

Scio quod non deerunt, qui statim oppo-
 a cap. 13. 34. nent huic meæ sententiæ illud Numerorum^a,
 ubi semel (nec reperitur alibi) istud nomen
Nephilim ponitur pro monstrosæ procerita-
 tis hominibus. *Terra, quam lustrauimus*, aiunt
 exploratores reuerſi ad Moysen è terra Cha-
 naan, *deuorat habitatores suos, populus, quem*
aspeximus proceræ stature est. Ibi vidimus mon-
stra quedam filiorum Enac de genere giganteo,
quibus comparati quasi locuste videbamur. Cu-
 ius sententiæ vera intelligentia dependet ex
 notitia terminorum originalium, quorum
 translatio talis est. *Terra comedens habitatores*
 suos ipsa, & *omnis populus quæ vidimus in medio*
eius viri mensurarum. Et ibi vidimus *Nephi-*
lim filios torquis ex Nephilim, & fuimus in ocu-
lis nostris sicut locuste, & sic eramus in oculis
eorum. Cuius vt verum sensum assequamur,
 primò notandum est ac memoria retinen-
 dum nullum esse vocabulum Hebræum in
 Scriptura, quod ex se significet prodigiôsæ
 molis homines, nisi aliquid addatur quod id
 exprimat: sed nomina *Raphaim, Zuzim, Ne-*
philim, Enachim, Emim, & Zomzomim, quæ
 passim vertuntur *gigantes* esse honorifica no-
 mina, quibus primi fideles, qui tam ante
 quàm post diluuium primi fuerunt terrarum
 & regionum incolæ cognominabantur: qui
 ob eximiam & admirabilem sanctitatem per
 huiusmodi nomina ab illis, qui eis succeſse-
 runt vocabantur, id est, *fortes, celebres, pro-*
sternentes se, torquati, illustres, sapientes, vt po-
 b cap. 8. & 9. stea^b pluribus explicabitur. Et quia in præ-
 laudata

Nomina Ra-
 phaim, Zu-
 zim, Nephi-
 lim, &c. non
 propriè gigā-
 teæ molis ho-
 mines signi-
 ficant.

A laudata sententia quam exponimus, fit mentio de filiis torquis, id est, *torquatis*, breuiter dicendum, quod Abraham, cum olim habitaret in Hebron, ubi præter magnam quam habebat substantiam, pro sua sanctitate mirabili, & quia prophetarum, qui Hebræi cognominabantur caput & antistes erat, ab omnibus Hethæis, aliisque terræ incolis, qui tunc erant fideles (quod contra communem opinionem ostensuri sumus) ^a in maxima a lib. 2. c. 11. habebatur reuerentia, equitum (quos nos vocamus) sed potius virorum nobilium quen-

B dam ordinem instituit, quos torque donauit, & ipsi exinde *filij Enak*, id est, *filij torquis*, seu *enakim*, id est, *torquati* sunt appellati, vt amplius visuri sumus ^b. Et de istis sermo est, ^b lib. 3. c. 2. cum exploratores dicunt: *Ibi vidimus Nephilim filios torquis ex Nephilim*: quod de nobilioribus illius regionis intelligunt. Cum vero de iis, qui erant ex communi plebe, quos scriptura ^c de medio populi solet ap-

pellare, claris verbis exprimunt, non quidem prodigiosæ molis homines vidisse: sed longè proceriores, maiorisque mēsuræ, quàm communiter alij esse solent: & hoc vult phrasîs Hebræa, *viri mensurarum*, quasi diceret, magnæ mensuræ. ^c 3. Reg. 3. 8. ^{14. 7.} ^{4. Reg. 4. 13.}

C Simpliciter ergo referunt exploratores quid boni quidue mali viderint in terra Chanaan. Bonum quidem primis verbis referre videntur: ac si dicerent: Regio illa seu terra tam bona, tam pinguis, fertilis, ac deliciosa est, vt nullus ex illius incolis illam tantif-

per velit deserere, quia non credit meliorem A
 vnquam inuenire posse. Idcirco omnes il-
 lius incolæ ibi moriuntur, & ab eadem quæ
 illos genuit, deuorantur. Sic enim interpre-
 tor hunc Hebraismum, non in malum, vt ij
 qui de peste tunc ibi grassante interpretan-
 tur, vel potius diuinant. Deinde explorato-
 res prosequuntur: *Comperimus etiam eos. præ-
 sertim qui de populo sunt, magna esse stature cor-
 poris: vidimus etiam ibi multos nostræ religionis
 homines prisco nomine dicti Nephilim: sed &
 multos alios Nephilim, qui ex regionis nobiliori-
 bus ibi adhuc restant ex illo Torquatorum or-
 dine, quem Abraham pater noster olim ibi in-
 stituit.* Hoc sanè volunt ista verba: *Ibi vidi-
 mus Nephilim filios torquis ex Nephilim.* Ma-
 lum autem quod referunt hoc est: *& fuimus
 in oculis nostris sicut locusta, & sic eramus in
 oculis eorum.* Ac si dicerent: tam erant illi
 corpore procero, isti verò tam magnifici, vt
 nos eorum comparatione & corpore nani,
 & conditione pauperrimi ac vilissimi tam
 nostro ipso, quàm illorum iudicio videre-
 mur. Concludamus igitur, nomen Neph-
 lim, pro quo legimus *gigantes* primum & C
 commune nomen fuisse priscorum fidelium,
 qui sic dicebantur, eo quod in publicis ora-
 tionibus & religionis exercitiis frequenti-
 bus vtebantur totius corporis prostrationi-
 bus. Quod autem iste Deum adorandi mo-
 dus, & ceremonia Adæ temporibus primò
 vsurpata sit, & forsitan ab illo instituta, satis
 constat ex prælaudato textu Genesis³: *Ne-
 philim*

*Exploratorū
 terra Cha-
 naan verba
 ad Moysen
 expandūtur.*

A *philim* erant in terra ipsis diebus etiam post-
quā ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, &c.
Nam particulā etiam denotat plurimos *Nephilim*
longè prius fuisse: ex quorum tanto
numero nonnulli adhuc erant superstites il-
lo tempore, quo tantopere abundabat iniqui-
tas, refrigebat charitas^a, & multitudo filio-
rum hominum præualebat aduersus bonos. a Matt. 24.
12.

Porro facit ad huiusce adorandi ritus
commendationem illiusque sectatorum ho-
norem, & præ aliis aliarum nationum ado-
rationum modis exaltationem, quod inter
B omnes orandi habitus, magnæ cuiusdam ani-
mi demissionis, ac penitus sese deuouentis
habitus est. Sed & insignem eximiāque
erga supremam Dei maiestatem, humili-
ationem præ se fert, quæ suum statim prodi-
auctorem, & inuentorem Adam: cuius tanta
fuit de peccato commisso mæstitia, con-
tritio & pœnitentia, quanta præ cæteris mor-
talibus erat eius de altissima Dei maiestate,
potentia, & bonitate cognitio. Cuius suæ
cognitionis indicium, & amarissimæ ex to-
to corde contritionis argumentum maius ad
C extra dare non potuit, quàm sicut toto corde,
ita toto corpore coram tanta maiestate fre-
quentibus prostrationibus se à terra viuum
absorberi, quique viuus in infernum def-
cenderet dignissimum esse protestando, at-
que in sui criminis satisfactionem hunc ado-
randi ritum lege perpetua fanciendo: vt non
solum illum omnes eius filij diligenter ob-
seruarent: sed etiam ad perpetuam peccati

*Prostratio in
terrâ præstat
omnibus a-
liis adorandi
modis.*

*Cur & qua
de causa pro-
stratio in ter-
râ ab Adam
instituta.*

fui memoriam omnes fideles à tali pœnitentiæ signo *Nephilim* appellarentur. Illius autem prostrationis forma graphicè repræ-

Prostratio in terram quo modo fieret.

a Tobiaë 12. vlt.

b Psal. 118. 25.

c Pf. 43. 25.

d Genes. 17.

3. & 18. 2.

e Genes. 24.

48.

f Genes. 47.

31.

g Genes. 48.

12.

h Num. 16.

4.

i Ios. 5. 14.

k cap. 2. 20.

l Sap. 10. 1.

2.

sentatur per istas loquendi formulas: *Prostrati per horas tres in faciem benedixerunt*

Deum^a: *adhesit pavimento anima mea*^b, id est, tota persona mea: *Conglutinatus est in*

terra venter noster^c. eius verò praxis & frequentatio in hoc, quod pro minima quaque

re vel causa, qui verè pij erant, illam vsurpabant: vt Abraham^d, seruus senior domus

eius^e; Iacob^f, Ioseph^g, Moyse^h, Iosueⁱ, Iob^k, & alij multi. Vt quid ergo Deus tam

seriò pœnitenti non pepercisset Adamo? *fi-*

cut de illo scriptum est: Hæc (sapientia) illum qui primus formatus est à Deo pater orbis

terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit: & eduxit eum à delicto suo^l.

C A P V T I I I.

De Ecclesiæ profectu temporibus Patriarchæ Seth, & de eius sanctitate mirabili.

MERITÒ & optimè cum magna admiratione sapientissimus Salomon contemplatur sanctæ matris Ecclesiæ in suo profectu velut in progressu, processuque grauitatem & maiestatem: siue dicat, *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!*

A *Acipis!* ^a siue stupens ita fetur: *Quæ est ista* a Cant. 7.1.
quæ progreditur quasi aurora confurgens, pul-
chra ut Luna, electa ut Sol. terribilis ut castro-
rum acies ordinata b. Siquidem in hac prima b Cant. 6.9.

nundi ætate sub Adam, propter hominum paucitatem, non Sol meridianus, sed initium tantum diei & aurora fuit. In eius autem filio Seth, ac nepotibus Enos & priore Cainan Sed in virtute sua lucens extitit propter sanctissimam filiorum Dei, utpote, prophetarum, Doctorum ac religiosorum virorum focalitatem à Seth institutam, & à filiis eius B mirificè propagatam & illustratam: *terribilis* verò *ut castrorum acies ordinata* in subsequenibus piissimis, feruentissimisque filiorum Dei coryphæis Henoeh & Noë; post quorum multiplices fortissimasque aduersus filios hominum pugnas, quam terribilis ac veneranda esset ostendit sponsus eius militia cœli Dominus; qui de cœlo pluens insanos omnes aquis diluuij suffocauit, sponsæ suæ in puissima Noë familia coruscare faciens venustatem & maiestatem. Sed iam ab Adam ad Seth veniamus.

C Mira de hoc sanctissimo viro sub concisis admodum verbis Moyses indigitauit, cum de illo solo ex filiis Adam scribit: *Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth* c. Mirum sanè est, quod non c Gen. 5.3. dixit genuisse filium: sed tantum genuisse ad imaginem & similitudinem suam. Si enim de filiatione carnali sermo est, nonne Cain &

Abel homines erant vt pater eorum, & ab A
 eo geniti ad imaginē & similitudinem eius?
 At profectò de eadem filiatione intelligit,
 quæ non tam in corpore, quàm in anima Adæ
 per iustitiam originalem in sua creatione
 fuerat. Ideo præmisit ista de generatione
 Adam, verba: *Hic est liber generationis Adam
 in die qua creauit Deus hominem, ad similitudi-*

a Gen. 5. 1.
*Deus in for-
 ma hominis
 membra ha-
 bentis crea-
 uit Adam.*

b Pf. 44. 3.

c cap. 10. 8.

d in Col-
 mop.

nam Dei fecit illum ^a. Illam autem Dei ima-
 ginem in primo homine dupliciter confide-
 ramus: nempe in corpore, & in anima. Pri-
 mo modo censeo cum multis Patribus Deum
 in creatione Adam finxisse corpus cum na- B
 nibus aliisque membris, quod filij Dei poster-
 rioribus sæculis incarnandi (de quo dicitur
 quod est *speciosus forma præ filiis hominum* ^b)
 haberet similitudinem. Ad cuius instar &
 exemplar corpus eius efformauit. De qua re
 amplius tractamus in Commentariis nostris
 in librum Iob ^c: ibique Patres id sentientes
 non paucos nec mediocres citamus. Nunc
 sufficiat vnus Eugubinus ^d: *Accessit ergo fi-
 lius, inquit, ac Verbum Dei ad creationem hu-
 manam in forma, imagine, habituque humano
 gerens speciosissimam, diuinissimamque formam C
 & iucundissimam, omniumque humanarum for-
 marum pulchritudinem superantem. Hanc spe-
 ciem diuinamque pulchritudinem clementissi-
 mus, formosissimusque assumens quam erat post
 multa tempora vsque ad carnem & ossa assum-
 pturus, creabat hominem largiens ei speciem
 hanc tantam ipse primus archetypus: specio-
 sissimus ipse speciosissima prolis creator. Quan-
 tam*

A *tam qualémue credas fuisse primi illius hominis venustatem? quantum in ore decus? quas gratias insedisse, &c. Et hæc sufficiant de imagine & similitudine Dei in Adami corpore. Alia & præcipua fuit in anima, quam breuiter idem auctor tangit simul cum prima: Voluit, addit, Dominus hominem se referre & quantum ad corpus assumptum, & quantum ad spiritum: vt corpore corpus assumptum, anima vero spiritum qui Deus est, monstraret. Quid si mater Eua, cum ei quoque tam admirabilis mariti sui typus sæpe apparuisset, eius rapta*

B *pulchritudine, vi imaginatiuæ potentia tam pulchram in primo filio prolem produxerit, vt Dei similitudinem sibi referre videretur, & ideo de Cain nuper nato dixerit: Possedi hominem per Deum? Quasi dicat, ab eodem formatum Deo, ad cuius imaginem maritus meus formatus est. Aliter tamen ipsa philosophatur in natiuitate filij sui Seth: in quo animæ præsertim pulchritudinem considerat, & dona Dei maxima: & præsertim in hoc quod missus, constitutus ac destinatus à Deo est, vt in officio sacerdotis succedat,*

C *non maledicto Cain, cuius sacrificia & oblationes Deo admodum displicebant: sed innocentissimo & sanctissimo Abeli filij Dei naturalis posterioribus sæculis à Synagoga occidendi expressissimo typo. ideo in Sethi natiuitate imposuit ei nomen Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain^a. Quod si pia & deuota mater*

*Quo sensu
Eua dixit de
Cain primo
filio possedi
hominem per
Deum.*

a Gen. 4. 25.

Quo sensu dicitur Seth genitus ad imaginē & similitudinē ada. pater eius Adam ad veram in anima Dei A imaginem & ingentia dona spiritalia facile respexit, per quæ Seth Dei filio perquam similis futurus erat: idcirco dicitur, quod Adam genuit ad imaginem & similitudinem suam: ac si diceretur de Seth: Quemadmodum fecit Deus Adam ad imaginem & similitudinem suam: ita Adam genuit non tam filium secundum carnem, vel hominem, quam aliquid quod supra hominē est: quod tamen sibi perfectè assimilabitur iuxta imaginem & similitudinem in qua à Deo ipso creatus est.

Ratio cur Seth vocabatur Deus.

Et hæc videtur esse ratio, cur postea Seth B appellatus sit Deus, vt mox videbitur. Porro de hac Adæ in anima Dei imagine & similitudine pleni sunt expositorum & Doctorum libri. Solummodo nunc ponderare vellem ingentia data illi à Deo dona: nempe, sapientiam & scientiam, qua Deus intellectum eius ornauit; & gratiam & virtutes quibus ditauit voluntatem. Et illam quidem communiter Doctores probât ex impositione nominum animalium, quæ nisi ab eo, qui naturam ipsorum & proprietates nosset, peritè fieri non poterat: secundo, ex astrorum C cognitione & elementotum, quam in Adamo perfectam fuisse asserunt cum Pererio a. Cætera ita tenuit, vt amplitudine cognitionis, certitudine & firmitate mortales omnes antecederet. Cui Pererius b, Pineda c, Gregorius de Valentia d, & Abulensis e palmam concedunt, vt primo & maximo omnium mortalium doctori. Quod præsertim verificatur

Quædam dona recipit Adâ in sua creatione.

a in Genes. lib. 5. num. 23. & 24.

b lib. 5. numero 31.

c lib. 3. de reb. Sal. c. 10. §. 12.

d disp. 7. q. 2. parte 1.

e in cap. 4. 3. Reg. q. 7.

A ficatur in supernaturali scientia : qua eximie
 fuit præditus vt de Deo filios ac nepotes
 suos erudiret , & de vero Dei cultu doceret.
 cuius præclarum specimen vidimus in præ-
 cedenti capite. Sed specialiter S. Thomas <sup>a 2. 2. q. 3.
art. 7.</sup>
 docet hominem ante statum peccati habuisse
 explicitam fidem de Christi incarnatione,
 quatenus ordinabatur ad consummationem
 gloriæ. Quantum ad secundum , per quod
 voluntas Adæ perfecta est , nempe gratiam :
 cum communi Catholicorum sententia di-
 cimus Adamum diuina gratia statim ab ortu
 B fuisse donatum , vt cum ea promereri posset
 æternam beatitudinem , quæ ipsi quoque
 proposita fuerat , quasi corona iustitiæ. Quod
 probari solet ex Verbis Apostoli ^b , ex Augu-
 stino ^c , ex multis aliis Patribus : & ex Conc.
 Trident. ^d Cum qua prima gratia simul infu-
 sæ sunt illæ virtutes & dona Spiritus sancti,
 quæ gratiam perpetuè comitantur. Quarum
 officium est , tam superiores quàm inferiores
 animæ vires rectè componere , tam secun-
 dum Deum , quàm ex recta ratione. Iam au-
 tem videndum est quàm expressè repræsen-
 C tauerit Seth imaginem & similitudinem,
 quam pater eius Adam in sua creatione re-
 cepit.

Et quidem de eius institutione puerili ha-
 bet Iosephus ^e : *Hic à patre educatus , ubi eò e Antiq. l. 1.
 atatis venit , vt iam quid rectum est discernere cap. 3.
 valeret , virtutis studiis se totum deditit : & cum
 ipse vir optimus enasisset , etiam nepotes sui simi-
 les post se reliquit. Qui quoniam erant omnes
 bona*

De Sethi optima indole, virtutibus & sapientia. bona indole praditi, & patriam absque seditione incolebant, in perpetua foelicitate vitam exegerunt, & sideralem scientiam, ac coelestium rerum cognitionem excogitarunt. En quo pacto

Dua columna ab eius nepotibus a recta in quibus multa insculpta posteritati reliquerunt. idem Iosephus prosequitur enarrare. Ne autem inuenta sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quam pranoscerentur: scientes Adamum vniuersalem rerum interitum praececinisse: vnum incendio, diluuiio alterum, excitatis duabus columnis, virique sua inuenta inscripserunt. Vt si lateritiam diluuiio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & que inscripta continebat, spectanda exhiberet. Aiunt enim lapideam illam ab istis dedicatam, que & nostris temporibus extat in Syria. Sed & sanctissimus pater paternae sanctitatis aemulator acerrimus sic supernaturalia naturalibus & humanis diuina iungere nouit; vt facile mihi persuaderem illum inter multa alia nostrae redemptionis mysteria, quae à patre Adam, vel immediatè à Deo notificata sunt ei, fuisse Verbi diuini incarnationis arcanum: quod, & alia multa in duabus illis columnis insculpi curauit. Cuius notitiam ex illis facile habere potuit Balaam: quem cum Hieronymo^a & verum Dei prophetam, & eundem cum Eliu quartum

Seth de Incarnationis mysterio notitiam habuit.
a in qq.
Heb.

A **ex amicis Iob facimus**^a, insuper cum Sep- a Cōment.
 tuaginta ex regione Hus natum, quæ est in in Iob. c. 3.
 Syria, in qua Iosephus duas dictas columnas
 constituit. In quibus Balaam mysterium de
 STELLA ORITVRA EX IACOB legisse ve-
 rifimile est. Nec modica de hoc sese nobis
 offert coniectura, in hoc quod Balaam cum
 esset propheta, & de numero filiorum Seth
 (nam, vt mox videbitur, *filij Seth*, & *filij Dei*
 iidem sunt ac illi, qui postea prophetæ dicti
 sunt) coniungit mysterium de dicta oritura
 stella cum filiis Seth. Statim enim ac dixit:

B **ORIETVR STELLA EX IACOB**^b, addit, b Num. 24.
vastabitque omnes filios Seth (quæ verba po-^{17.}
 stea exponimus) & *erit Idumæa possessio eius.*

Quibus verbis videtur innuere illam vasa-
 tionem filiorum Seth futuram in Idumæali
 regione Hus: nempe in eadem Syria, in qua
 filij Seth floruerant, & columnas suas po-
 fuerant: ex quibus alij prophetæ & sapien-
 tes aliarum proximarum regionum, vt Magi
 apud Chaldæos multa sine dubio tam diuina
 quàm naturæ mysteria didicerunt. Quemad-
 modum Ægyptiorum litteras hieroglyphi-
 cas ex illis columnis filiorum Seth originem
 ducere diximus alibi^c. Ista ex iis confir-
 mantur, quæ scribit Diodorus^d: antiquissi-
 mos Ægyptios Isidi & Osiridi duas colum-
 nas erexisse (ad illarum forsitan instar) in
 quibus etiam rerum ab ipsis gestarum, atque
 inuentarum fieret mentio. Item ex iis quæ
 habet Plinius^e: *Epigenes*, inquit, *apud Baby-*
lonios septingentorum viginti annorum observa-
tiones

C **ORIETVRA STELLA EX IACOB**^c, In Iob.
 prælud. 2.
^d lib. 1.
^e lib. 7. cap.
 36.

tionēs syderum coëtilibus laterculis inscriptas A
docet grauis auctor in primis. Qui minimum
Berosus, & Critodemus 480. annorum. Ex quo
apparet aternus literarum vsus.

Porro sunt qui Sethum corpore vehe-
 menter auctum fuisse dicant, eo quod Me-
 thodius Patarensis Episcopus vocat eum *gi-*
gantem; vt refert Raderus in Chronico Ale-
 xandrino. Sed quo sensu id scripserit Me-
 thodius videbimus aliquando ^a. Idem ibi-
 dem num. 5. refert ex fragmento cuiusdam
 Chronici ex Palatina Bibliotheca Sethum
 40. anno ætatis subito raptum ab Angelo, &
 40. dierum spatio non fuisse visum, eoque
 tempore diuinitus didicisse filios suos pec-
 caturos, & mundum aquis inundatum iri, ac

Seth luce
cœlesti toto
corpore cir-
cūsum per
totā vitam
fuisse absur-
dum non est.

^b Heres. 40.

præter paucos periturum. Venturum etiam
 salutis auctorem Christum, eaque parentibus
 exposuisse. In illo autem cum Angelo con-
 gressu cœlesti splendore circumfusum, quem
 per reliquam vitam tenuerit. Quæ quamuis
 Raderus vereatur ne ex Sethianorum Hære-
 ticorum libris excerpta fuerint, qui raptum
 ferebant Sethum, vt refert Epiphanius ^b: ego
 cum ex supra dictis, aliisque multis quæ de
 isto sanctissimo viro passim leguntur apud
 Patres, illa pro maiori parte verisimillima vi-
 deam: quod de raptu ac de luce eum illu-
 strante dum vixit dicitur non omnino absur-
 dum existimo: cum etiam id ex mox dicendis
 non modicam vim accipiunt, sanè non mi-
 norem eius quàm summi post Adam in Ec-
 clesia pontificis fuisse dignitatem suadet no-
 bis

bis

A bis insignis locus Ecclesiastici ^a, vbi sicut a cap. 49. 19
 Sem post patrem Noë dicitur *apud homines
 gloriam adeptus super omnem animam in origi-
 ne Adam*, & proinde longe maior sanctitate
 & auctoritate fuisse videtur Enocho, qui po-
 stea, cum ministraret coram Domino raptus
 est, vt aliquando ^b dicemus: & Moyse, cuius ^b infra c. 14.
 facies *cornuta*, id est radiosa, *facta est, ex con-
 sortio sermonis Domini* ^c, vsque ad mortem, vt ^c Exod. 34.
 cum Ambrosio ^d multi existimant. Et for- ^d 29.
 tasse ex facie Seth radiosa ansam acceperunt ^d in Pf. 118.

B ueniens quoque fuit, vt qui in anima tam
 expressam Dei creatoris sua sanctitate & sa-
 pientia referebat similitudinem, peculiari
 etiam ad extra claritate rudibus populis con-
 spicius appareret: & eum, qui sanctissimo
 Abeli à Deo substitutus erat, qui post Ada-
 mum Ecclesiæ Dei, & ciuitatis sanctorum
 caput erat futurus Christique Domini nostri
 figura, talia quoque vitæ rudimenta poneret
 quæ tanto fastigio responderent. Quod non
 obscure indicat Scriptura ^e, cum ait: *Seth* ^e Eccli. 49.
*apud homines gloriam adeptum fuisse super om-
 nem animam in origine Adam.* ^{19.}

C enim in Ecclesia Pontificatum post Adam &
 ante diluuium mihi sapiunt ista verba.

Cæterum qui in Genesi ^f vocantur filij ^f cap. 6. 4
 Dei Sethi posteritatem permulti antiqui,
 recentioresque sentiunt: vt meritò commu-
 nissima, verissimaque sententia reputetur. Et
 certè præter Theodoretum ^g, & Cassia-
 num ^h, qui ea de re ex professo disputant, ^g quæst. 47.
^h Collat. 8.
^{c. 11.}

ita

a Hom. 21. ita sentit S. Chrysoſtomus ^a, qui & feriò A
 in Genef. aliam expoſitionem de Angelis impugnat.
 b de Ciuit. S. Auguſtinus ^b, Cyrillus ^c, Rupertus ^d,
 lib. 15. c. 23. Albinus Flaccus ^e, Procopius Gazæus & alij
 c lib. 3. in multi illam complectuntur, vt iterum dice-
 Gen. & lib. mus. Nihil tamen prohibet quin de filia-
 9. in Iulia. tione ſpiritali hoc poſſit, & fortaffe debeat
 d lib. 4. c. 12. intelligi. Vix enim admitti poteſt illos dun-
 e quaſt. 95. taxat fuiſſe filios hominum & filios Dei, qui
 in Genef. à Cain & Seth carnali propagatione nati
 ſunt: cum aptius nomen filiorum vtriuſque
 pro diſcipulis & ſectatoribus ſumi videatur,
 quacumque ex ſtirpe nati ſint. Nam quem- B
 admodum pater Adam ſuos quodammodo
 ſpirituales filios habuit omnes veri Dei cul- B
 tores, quos appellauit *Nephilim*; & iſti ſtatim
 fidelium ſæcularium repræſentabant: ita Seth
 filius eius ſtatim Eccleſiaſticorum inſtituit,
 quos generali nomine donauit filiorum Dei:
 ſicut poſtea filius eius Enos monaſticæ vitæ
 fundamenta poſuit: cuius ſectatores & pro-
 feſſores ab eius nomine Enoſcæi ſunt ap-
 pellati. Quod autem filij hominum nõ fue-
 runt ſoli, qui à Cain ſecundum carnem ſunt
 oriundi, inde patet: quod cum omnes ex C
 Caini progenie diluuiò perierunt, & tamen
 longè poſt diluuium fuerint, qui non pro
 hominibus ſimpliciter ita nominarentur: ſed
 pro quadam ſectâ peſſima, nempe Cainita-
 rum, vt in ſequentibus videbitur: ſequitur
 quod tale nomen non ſumitur in Genefi pro
 illis qui carnali propagine à Cain descende-
 runt: ſed pro illis qui Caini vitam moreſque
 ſectati

Quo ſenſu
 filij Dei &
 filij hominũ
 dicuntur in
 Genefi.

a cap. 3. 14. tales Prophetæ in libro Iob ^a, & alibi ^b con- A
 12. 17. *sules, & consiliarij, sed propriè consultores nun-*
 b Esa. 1. 26. *cupantur: eo quod de negotiis sibi propo-*
 Mich. 4. 19. *sitis Deum consulebant; iuxta cuius oracu-*
Consultores
vocatur pro-
pheta & cur. *lum dabant responsa quærentibus. Secunda*
significatio de illo est, qui ex officio coram
Deo psallebat, cantabat, atque etiam adhibi-
tis musicis instrumentis cum quadam agita-
tionem, & ad instrumentorum modulationem
temperata saltatione, & nonnunquam pro-
stratione corporis, certis quoque diei horis,
in proprio, vel ad hoc destinato decentique
habitu modulabatur. Sic legimus Saulem B
Regem expoliatum vestimentis suis inter pro-
phetas prophetasse & cecidisse (per mixtas, in-
ter psallendum & saltandum prostrationes)
nudum (nudatum veste laica & vestitum
Ephod, quod erat psallentium prophetarum,
vt de Rege Dauid à Michol tanquam nudo
 c 1. Reg. 8. *deriso & saltante coram arca legimus ^c) tota*
 20. *die ac nocte ^d. Sic Asaph & Heman dicun-*
 d 1. Reg. 19. *tur prophetasse in cytharis, cymbalis, & psalte-*
 24. *riis: & Idithum dicitur prophetasse in cythara*
 e 1. Par. 25. *super consistentes & laudantes Dominum ^e. Ad*
 1. & 3. *hanc prophetiæ speciem referri crediderim* C
 f cap. 3. 8. *illos, qui vel ad benedicendum vel ad male-*
 g Num. 23. *dicendum diem natalem, vt in libro Iob ^f,*
 7. 24. 5. & 15. *vel in funeribus aut alio quodam tristi, vel*
 10. 21. 23. *læto euentu sæpe dicuntur assumere parabo-*
 Esaia 14. 8. *lam ^g (quod vel simpliciter enuntiando, vel*
 Mich. 2. 4. *ex vi verbi originalis eleuando vocem fieri*
 Habac. 2. 6. *solitum fuisse alibi ^h multis ostendimus) sæ-*
 h in Iob. c. *pe ex abrupto pro rerum exigentia versibus*
 3. 8. & in c. *suas*
 27. 1.

A suas aut benedictiones aut maledictiones componendo. Ex illis erant mulieres illæ, quæ vocantur *Euangelizatrices* apud Psalmitam^a, qui ibidem asserit olim illarum *militiam* seu sodalitatem fuisse *multam*, id est, in maxima multitudine. De quarum numero fuit Maria soror Moysis, Debora & aliæ. Ad quarum instar psallebant filiæ illæ Ierusalem cum reuertetetur percusso Philistæo David egressa de vniuersis urbibus Israël cantantes chorosque ducentes in occursum Saül Regis in tympanis letitia & in sistris.^b Ex illis quæ erant *lamentatrices*, quæ *sapientes* etiam dicuntur, nempe in arte cantandi, psallendi, lamentandi, benedicendi, maledicendi, &c. de quibus Ieremias^c. Quæ nonnunquam ut viri prophetæ, sine cantu & sine metro assumebant parabolas ad melius quod volebant suadendum. Qualis erat illa mulier Thecinitis vocata à Ioab ad suadendum Regi David reuocationem Absalonis^d. Iuxta hanc secundam prophetiæ speciem tantummodo puto communiter mulieres in Scriptura dici prophetissas: licet ex speciali priuilegio quædam in prima significatione tales extiterint: ut facile crediderim fuisse Mariam sororem Moysis, Deborah, Holdam & aliam, quæ proprio nomine non exprimitur: sed tantum, sicut Debora^e, vocatur *Mater in Israël*^f. Prima vero, iuxta expositionem S. Hieronymi sicut duo fratres eius Moyses & Aaron, appellatur *pastor* apud Zachariam^g, cum dicitur: *Et succidi tres pastores in mense vno.*

a Ps 67. 12.
iuxta Heb.
Mulieres Euangelizatrices quæ dicuntur.

b 1. Reg. 18.

c cap. 9. 1.
10.

d 2. Reg. 14.

4.
Quo sensu mulieres communiter in Scriptura dicuntur prophetissæ.

e Iudic. 5. 7.
f 2. Reg. 20.
19.

g cap. 11. 8.

Utrumque enim nomen *Matris Israel* & *pa-* A
storis indicat illas eodem modo super Israël
 fuisse pastores sicut prophetas primæ classis.
 De Holda cur idem cogitari debeat, videbi-
 mus in sequentibus ^a.

a lib. 2. c. 4.

Tertia significatio huius nominis *propheta*
 importare videtur poëtas & vates, quos Eth-
 nici diuino spiritu afflari putabant: & sic
 b Tit. cap. 1. Paulus^b Epimenidum vatem appellauit pro-
 prium Cretensium prophetam. Quarto, pro-
 phetare nonnunquam accipitur pro facere
 12. miracula, iuxta quem sensum cadauer Elisæi
 prophetæ dicitur prophetasse ^c quod alte-
 rius cuiusdam mortui corpus illatum in se-
 pulchrum Elisæi repente contactu eius ad
 vitam excitatum sit. Quintò, propheta dicitur
 ille, qui vel docendo vel scribendo, vel
 concionando sacras Scripturas interpretatur. B

c Eccli. 48.

14.

Quales illi fuisse videntur, de quibus Apo-
 stolus ait: *Qui prophetat hominibus, loquitur*
ad edificationem, & exhortationem & consola-
tionem ^d. Item cum dicitur: *Erant autem in*
Ecclesia, que erat Antiochie Prophetæ & Do-
 ctiores, in quibus Barnabas & Simon ^e. Cum
 autem ex iis quæ postea dicturi sumus con-
 stet Prophetarum ordinem & institutum
 quendam fuisse sanctorum hominum con-
 gregationem à Deo in bonum & ædifica-
 tionem Ecclesiæ ab initio mundi constitu-
 tam; *Propheta* nomine dictæ professionis
 virum generaliter intelligendum censeo: cui
 Deus cum bene vellet, & valde illam dilige-
 ret, sua illi affatim largiebatur charismata
 singulis

d 1. Cor. 14.

3.

e Act. 13. 1.

A

B

C

A singulis ea pro sua voluntate distribuens. ita vt pro vniuscuiusque dono alij ad consulendum Dei oracula, alij ad psallendum diuinisq; die ac nocte vacandum laudibus decantandis; alij ad benedictiones & maledictiones pro variis euentibus, locis, ac personis annuntiandas destinarentur: alij dono miraculorum essent conspicui: alij ad docendum alios: alij ad prædicandum mitterentur: alij denique etiam corporum sanationibus, vel cum expedire viderent, illa à morte suscitando, vacarent. Ita vt mystico

B illi ac sanctissimo Prophetarum corpori verba Apostoli optimè conuenirent: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia: primum Apostolos (id est, missos) secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias, curatum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes, &c.* ^a Denique generali *Prophetarum* nomine Ecclesiasticorum ordinem, quem *Clerum* nominare solemus à priscis intellectum fuisse arbitror. quem cum Deus tantis opitularetur charismatibus, eisque libenter arcana sua reuelaret, nobilissimo, illustrissimo & augustissimo *filiorum Dei* titulo illustrare dignatus est.

Generaliori quoque, & fortasse genuino sensu illi dicebantur filij Dei, qui à parentibus ex aliorum filiorum numero selecti diuino mancipabantur obsequio ad sacerdotis, aut cantoris, aut prædicatoris, aut etiam inferioris ordinis munus obeundum. Qualiter sanctissimus Patriarcha Seth (à quo

C 3 filij

a 1. Cor. 12.
28.

a Num. 24.
17.

b Genes.

c Luc. 3. 23.

filij Dei nomen filiorum Seth^a accepisse videtur) à matre Eua ad sacerdotium selectus destinatusque est, quando imposuit ei nomen Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*^b. Et hoc est cur tam in libro Genesis, quam in Euangelio Lucæ genealogia Christi filij Dei naturalis ex huiusmodi solummodo veris Deoque mancipatis filiis, non semper ex primogenitis vt multi putarunt, contextitur: imò pauci in ea sunt primogeniti. Quæ quidem genealogia apud Lucam in hoc sensu ritè dici potest genealogia filiorum Dei, quam Christus naturalis Dei filius terminat ac perficit. Quod sanè intendit S. Lucas, cum non, vt Matthæus, gignendi verbo vitur, sed sub tali forma illam digerit, *vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leni, &c. qui fuit Adam, qui fuit Dei*^c, nempe filius.

Ex illis autem qui in ea nominantur, quidam fuerunt Sacerdotes, summique Ecclesiæ Pontifices vt Adam, Seth, Noë, Sem, Heber, Isaac, Iacob, vt postea videbimus: inter quos referendos existimo Malaleel, Iared & Mathusala. Alij fuerunt doctores, & religiosi alienam à mundo vitam ducentes, vt Enos, vterque Cainan, Henoch, Noë, Heber, Abraham. Alij fuerunt Dei præcones & oraculorum consultores: quales videntur fuisse Lamech, Sale, Phaleg. Alij Dei quidem sed minoribus, laicisque sunt addicti ministeriis, vt Aminadab, Naasson & Iesse pater Dauid. Quorum primus in suæ pietatis vel etiam ministerij

A ministerij argumentum, secto mari rubro (vt multi post Iudæos asserunt) cum cæteræ tribus cunctarentur, ac transire timerent magna fide roboratus post Moysen & Aaron dux fuit tribui Iudæ: quæ sic à Psalmista ^a a Ps. 113. 2. dicitur: *facta sanctificatio eius* (quo nomine vocari solet arca testamenti ^b) id est, velut ^b Leuit. 16. arca Dei, quæ postea in transitu desiccata Jordanis viam fecit Israëlitis ^c. Secundus in solennitate dedicationis altaris primus omnium oblationes Deo fecit ^d. Tertius ex ordine fortasse fuit Enoscæorum, de quibus postea ^e. Nam de eo legimus ^f, quod *erat* ^e cap. 11. *vir senex veniens* (id est frequentans) *inter* ^f 1. Reg. 17. 12. *Enoscim.*

En quomodo in genealogia Christi ducta ab Adam vsque ad Dauid Regem, qui inter filios Dei nominantur tam sacrificia offerendo, quàm aliis modis Deo ex officio ministrasse videntur. In altera verò eius parte ducta à Dauide vsque ad Ioseph virum Mariæ, nullus omnino sacerdos esse conuincitur: quia Christus non de lumbis Leui, nec secundum eius ordinem; sed de lumbis Sem, qui est Melchisedech, & de lumbis Regis Dauid de tribu Iuda oriundus, futurus erat Rex & sacerdos tam secundum instituti, ac sacrificij Melchisedecis formam, quàm secundum eiusdem genealogiæ ordinem & seriem ^g. Et idcirco S. Matthæus ponit reges ^g Ps 109. 4. temporales regni Iuda à Dauide vsque ad ^g Hebr. 5. 6. Salatiel: S. verò Lucas vnicum Regem Dauid: à quo per Nathan vsque ad Ioseph vi-

rum Mariæ seriatim ponit eos, qui (quacumque alia simul temporali dignitate fulserint) cum sacerdotes esse non possent aut Leuitæ, eo quod non essent ex tribu Leui, aliis, variisque, sed laicis in domo Dei vacabant ministeriis. Ex quibus fuerunt in primis Simmaa, Sobab & noster Nathan^a, quos ex Vria Gabaonita (qui honestiori vocabulo, sicut & Obededom dicitur Herthæus^b) pepererat Bersabee antequam Dauidis vxor fieret: quosque Dauid laicis quidem, tanquam à Gabao-

a 2. Reg. 5.

14.

b 2. Reg. 6.

10. & 11. 4.

Nathinæi à Nathan sic appellati.

c 2. Reg. 8.

ult.

d lib. 1. c. 18.

17.

e Torniel-

lus anno

mūdi 2987.



num. 5. & 6.

naaculo præfecerat officiis. Vnde ab ultimo, nempe Nathan nostro, Nathinæi nomen simul & originem trahere potuerunt. Nathan enim, qui secundum Lucam filius est Dauid vnus ex illis fuisse videtur, de quibus legimus^c, *filiy autem Dauid sacerdotes erant*: non quidem propriè, cum ex tribu Leui non essent, sed inter laicos tabernaculi ministros omnium dignissimi, illisque tantò superiores, quantò laicis præstant sacerdotes. Erant fortasse illi, qui Regi in tabernaculo oranti erant à latere velut apud nos magni (quos vocamus) elemosynarij. Sic enim interpretor quod expositionis gratia de iisdem dicitur in Paralip.^d *Porro filiy Dauid primi ad manum Regis*. Quæ quidem filiatio non tam adoptionis est (vt quidam^e putant) quàm disciplinæ, magisterij, vel institutionis. Ita vt in tota apud Lucam genealogia, quæ maximè filiorum Dei est, ita mysticè debeat intelligi: vt patres, vel etiam naturales vt Abraham,

A ham, Isaac, Iacob, Iudas, &c. non vt tales considerentur à S. Luca : sed in quantum filios suos aliquo modo spiritualiter Deo genuerunt, vel in tali, aut tali in Ecclesia ministerio constitui curarunt. Matthæus autem solam carnalis generationis seriem contemplatus est propter Hebræos, quorum pater & caput fuit Abraham : per quem à Leui Aaronicum illorū trahebatur sacerdotium ^a. a Heb. 7. 5.

Præterea S. Lucas, qui veram Ecclesiæ à mundi principio doctrinam ad Christum vsque traductam fuisse volebat ostendere, non legalem (vt multi perperam existimant, cum legis Mosaicæ ac Aaronici sacerdotij translatio per Christum penitus fieri debebat ^b) sed spiritalem, & quodammodo mysticam texere debuit filiorum spiritualium, seu discipulorum Dei genealogiam. Et sic infinitæ soluuntur perdifficiles quæstiones, quæ fieri solent circa duas istas Matthæi, & Lucæ genealogias. Et præsertim, quo pacto vnus & idem homo possit esse eiusdem hominis naturalis ac legalis filius. Quæ quidem concurrentia mox & facillimè reperietur, si non de legali & carnali, sed de spirituali & carnali intelligatur : vt patet in hîc subiecta arbore. ^b Heb. 7. 16. ^{12.}

1770



- Iesse. — Obed. — Booz. — Salmon. — Naafon. — Aminadab. — Aram. — Efron. — Phares. — Iudas. — Iacob. — Ifaac. — ABRAHAM — Thare. — Nachor. — Sarug. — Reu. — Phaleg. — Heber. — Sale. — Cainan. — Arphaxad. — SEM, qui est Melchisedech. — Noë. — Lamech. — Mathufala. — Henoch. — Iared. — Malalcel. — Cainan. — Enos. — Seth. — ADAM.

In huius arboris stipite, seu trunco Matthæus & Lucas omnino conueniunt: sicut paulò post in Salatiel & Zorobabele iterum coincident. Nam omnes istorum patres tam secundum spiritum, quam secundum carnem: & filij tam doctrinam, vel in domino Dei munia, quam naturam à patribus acceperunt. Sunt autem in hoc stipite 33. generationes usque ad Melchisedech exclusiue noue: totidem à Melchisedech exclusiue usque ad Abraham usque ad Dauid exclusiue duodecim.

A

CAPVT V.

Quod prophetae prioribus seculis filiorum Dei nomine vocati sunt,

NOMEN filiorum Dei primo datum beatis illis spiritibus qui dicuntur Angeli omnes ferè agnoscunt ex illis Dei apud

Iobum ^a verbis : *Cum me laudarent astra* a cap.38.7.

B *matutina & iubilarent omnes filij Dei. Vbi Chaldaeus habet, & iubilant omnes turmae Angelorum.* Angeli dicuntur filij Dei.

Atque confirmari videtur ex eo quod in Daniele ^b legimus : *Species (specie & maiestate insignis) quarti similis filio Dei, id est, Angelo.* b cap.3.92.

Nam velut exponendo subdit Rex Nabuchodonosor : *Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos.* Et certè peculiari quadam ratione Angelis potiùs quàm hominibus nomen filiorum Dei conuenit.

Primò, quia illi priùs adoptionem filiorum receperunt : secundò,

C quoniam in rerum gerendarum alacritate & obedientia, exequendisque iussis, sunt similimi filiis : tertio sunt optimè affecti erga res humanas. In quo Deo apprimè assimilantur : ideo nos illis à Deo Patre nostro custodiendi & regendi tradimur, tanquam pueri fratribus grandioribus.

Ex hac veritate ferè omnes expositores (quibus ego antea ^c adhaeseram) erroris an-

c in prima edit. nostrorum commentariorum in Iob.

fam

fam acceperunt exponendi etiam de Angelis A
 quod in Iobo ^a legitur: *Quadam die cum
 venissent filij Dei vt assisterent coram Domi-
 no, &c.* cum reuera de congregatione pro-
 phetarum debeat intelligi. Sed ex eodem
 fonte longè crassiores, imò horribiles & ab-
 surdissimæ ortum habuerunt expositiones
 horum verborum, *Videntes filij Dei filias ho-
 minum quod essent pulchra, acceperunt sibi vxo-
 res ex omnibus quas elegerant* ^b. Quidam enim
 tenent fuisse Angelos, & Angelos esse cor-
 poreos, qui tunc primùm suum cum filiabus
 hominum luxuriæ peccatum admiserunt, B
 propter quod cælo deiecti fuerunt. Ista est
 Iosephi ^c, Philonis ^d, Iustini ^e, S. Clemen-
 tis ^f, & Tertulliani ^g: qui docet Dæmones
 tunc primùm docuisse mulieres conficere sti-
 bium, brachialia, aliósque fucos. Item La-
 ctantius ^h, sed & Caietanus probabile cen-
 set Angelos sua habere corpora. Alij dicunt
 filios Dei fuisse Dæmones, qui secundum
 naturam, & per creationem filij Dei ex se
 suaque natura & corpore generarint instar
 hominum, vt voluerunt Platonici, & Fran-
 ciscus Georgius ⁱ, vel potius vt Burgensis C
 & Franciscus Valesius ^k esse Dæmones: qui
 incubi cum validissimis mulieribus coëun-
 tes gigantes genuerunt. Sed iam meritò vt
 multipliciter erronea exploditur ista senten-
 tia, quæ tamen exponetur postea ^l. Tertia
 opinio de hominibus intelligit, vt filij Dei
 sint filij potentum, vt vertit Symmachus,
 Chaldaeus & Pagninus. Ita vt filia hominum
 vocentur

a cap. 1.6.

b Gen. 6.4.
 prima sen-
 tentia.

De filiis Dei
 varia & ab-
 surda sen-
 tentie.

c lib 1. ant.
 c.4.

d lib de gi-
 gantib.

e Apolog. 1.
 f lib. 3. Stro-
 mat.

g lib. de ha-
 bitu mulie-
 rum.

h li. 2. c. 15.
 Secūda sen-
 tentia.

i Tom. 1.
 proble. 74

k Sac. phi-
 losop. c.8.

l cap. 13.

Tertia sen-
 tentia.

A vocentur plebeix, quibus proceres & magnates per potentiam & tyrannidem sint abusi. At nec ista vera est interpretatio.

Quarta sententia est, vt filij Seth hoc nomine appellati sint. Primò ob sanctitatem, iustitiam, temperantiam, aliasque virtutes, per quas Dei imago in eis, quasi in filiis suis resplendebat: quemadmodum exponunt Chrysostomus, Cyrillus, Theodoretus, Rupertus, & Hilarius in psal. 32. Secundò, vt iuxta phrasim Hebræam, qua insignia & eximia in suo genere Dei esse dicuntur: vt *montes Dei, cedri Dei, homo Dei*: id est, altissimi & insignes in suo genere. Et sic *filij Dei* appellati sunt filij Seth, quia robusti, nec non viribus, forma, pulchritudine & statura erant insignes. E contrario filij & filix Caini vocabantur filij & filix hominum, tum quia erant peruersi & terræ affixi: tum quia corporis robur, formam & staturam eneruarant. Vnde Pererius pro comperto tenens filias hominum esse filias Cainitarum, norat de istis dici non filios, sed filias generasse, eo quod vis generandi per profusam libidinem

Quarta sententia.

B debilitata non filios, sed ferè tantùm filias generare potuerit. Debilis ratiocinatio, planèque subtilior philosophia. Tertio addit Theodoretus & Suidas Seth à pietate & sapientia Deum appellatum fuisse. hinc eius filios vocatos *filios Dei*. Quod certè ex Scriptura confirmari posse videtur: siquidem cum Balaam a multa de Christo prædicens, a Num. 24,

Filij Seth vocati filij Dei, & cur.

C & inter alia de filiis Dei loquitur, id est, de 17.

Pro

Prophetis, quos huc & illuc dispersos filius Dei naturalis factus homo, per mortem suam in vnum congregare debēbat^a, vt postea^b declaraturi sumus, vocat eos *filios Seth*. *Vastabitque*, inquit, *omnes filios Seth*. id est, filios Dei, qui erant in plures classes, quasi tot parietibus distincti erant in vnum congregabit. Sed de his postea.

a Ioan. 11.

53.

b cap. 4.

c Cōtra Iulian. lib. 9. *Seth & Enos filius eius olim Dij vocati sunt.*

Præterea Cyrillus Alexandrinus^c tenet Dei nomen etiam Enosci filio Seth datum fuisse. Verba illius sunt: *Hic Enos cepit inuocare nomen Domini Dei. nam quoniam summa virtute præditus erat, merito laudabatur, & vocabulo Dei ab iis qui tunc erant honoratus est: nominatus est enim Deus omnis iustitiæ & virtutis existens studiosus. Propagatum autem est & ab illo genus vsque ad Noë tempora, qui erat iustus. placuit enim Deo, secundum quod scriptum est de illo: igitur genus quod ex Cain paternos mores imitatur nefariam & abominabilem imitando vitam. Qui verò ex Enos nati, cui nomen erat Dei, vsque ad Noë tempora genitoris secuti sunt vestigia, boni, scilicet, & iusti. Et cur non tales clarescerent? neque enim erant promiscua genera; & separabantur à profanis pueri, quos & filios vocabant Dei. Erant enim, vt dixi, ex sanguine Enos, qui cognominabatur Deus. hæc Cyrillus. Quibus non parum suffragatur dictum Christi, illos vocatos Deos, ad quos sermo Dei factus est^d, nempe Prophetas, qui à seculo sunt^e: De istis enim eorumque discipulis loqui videtur. De quibus etiam est illud Psalmistæ^f, *Deus stetit in synagoga**

d Ioan. 10.

35.

e Luc. 1. 10.

Act. 3. 21.

f Psal. 81. &

6.

A *nagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.*
 Et Elias Cretensis ^a declarat sic appellatos ^{a in Orat. 5.}
 homines, qui non humano more ambula-
 runt. Ad quod etiam spectare videtur quod
 magi & arioli responderunt Regi Nabu-
 chodonosori: *Sermo quem tu queris, ô Rex,*
gravis est, nec reperietur quisquam, qui iudicet
illum in conspectu Regis, exceptis Diis, quorum
non est cura hominibus conuersatio ^{b.}

^b Dan. 2. 11.

Cùm igitur Seth & Enos filius eius in
 hoc sensu Dij sint appellati, congrua sanè est
 illorum sententia, qui *filios Dei* eos interpre-
 tantur, qui ab istis duobus viris oriundi
 erant. Melior tamen adhuc illa apud me est,
 quæ tenet filios Seth ita vocatos propter
 iustitiam & admirabilem sanctitatem; per
 quam imago Dei in illis, velut in eius filijs
 relucebat. Iuxta filij Dei naturalis in Euan-
 gelio ^c doctrinam, qua monet nos dilectio-
 nis & charitatis perfectionem acquirere, ^{45.}
ut simus filij Dei.

^c Matth. 5.

In hoc tamen ista quarta sententia videtur
 deficere, cùm solos illos filios Dei nuncu-
 patos esse putat, qui ab istis duobus viris
 C carnali propagatione descendebant. multos
 enim ex illis oriundos impios, nefarios, sce-
 leratos tamque honorabili nomine indignis-
 simos extitisse non dubitauerim: imò de eo-
 rum numero per quos *omnis caro corruperat*
viam suam ^d: quique Deum ita ad iracun-
 diam prouocauerunt, *ut homines disperderet*
cum terra. Propterea nos illos duntaxat filios
 Dei olim nuncupatos fuisse censemus, qui
 sæcula

^d Gen. 6. 13.

*Quinam fi-
 liorum Dei
 nomine vere
 intelligantur.*

secularium vanitatum, & mundanorum hominum inimici alienam prorsus ab eis vitam ducentes, singularem & omnibus admirabilem vitæ sanctimoniam profitebantur, siue à sanctissimo Seth, siue etiam ab impiissimo Cain carnalem ducerent originem. *In veritate comperi*, ait Petrus ^a, *quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Sed de his ampliùs postea.

CAPVT VI.

Quando, & unde filij Dei ortum habuerunt.

IMPIVS Cain post commissum fratricidium, cum esset *vagus*, & *profugus super terram* ^b, magis mente & animo quam corpore talis fuisse videtur. Etenim de vagatione corporis eius dicitur, quod *egressus a facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden, & ibi edificauit ciuitatem*, ^c *quam vocauit nomine filij sui Enoch*. Quibus verbis non ita corpore vagus describitur, quin aliquando in illa ciuitate fixam haberit habitationem: sed ad eius spiritualem corporali longè peiorem diuagationem atque à Deo elongationem attinet quod de eo scriptum est, recessisse à sapientia, id est, à vero Dei cultu. Postquam enim Sapiens ^d de patre

^b Gen. 4. 12.

Cain quo sensu dicitur vagus & profugus super terram.
^c ibid. vers. 16.

^d Sap. 10. 1. 2. & 3.

A patre eius Adam ita loquutus est: *Hæc* (sapientia, seu verus Dei cultus, cognitio & religio) *illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus custodivit. Et eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia: statim declaravit quo pacto Cain à paterna pietate virtutisque studio deviauit, maximè post occisum fratrem Abel, & à vera religione apostatauit. Ab hac (sapientia) ut recessit iniustus in ira sua* (Græcè *δὲν ἔσται δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀδύνατον*)

B *per iram homicidij fraternalis deperit. Ex prioribus autem verbis non obscure colligitur,*

Adam primum omnium patrem post peccatum sanctam, iuxta divinæ sapientiæ leges, duxisse vitam. Imò ex aliis locis, postquam multiplicati sunt homines cum quibusdam suæ familiæ piæ & à mundo semotam egisse facile colligi potest. Primò cum dicitur:

Cain egressus foras ^a, & non nisi in agro fratrem Abelem occidisse, nisi sumatur sicut antea expositum est capite primo. II. Quod ipse Cain, licet impius, sed primogenitus ideoque sacerdos, atque in iis quæ erant

C *ad Deum optimè à patre educatus & instructus pro maximo existimavit exitio à sacerdotio expelli à Deo, coram quo solebat ministrare. Et hoc est (credo) quod querendus dixit Domino: Ecce eiicis me hodie à facie terre, & à facie tua abscondar* ^b. id est, me miserum! non ampliùs sacerdotio fungar in conspectu tuo. Quem sensum dum

^a Gen. 4. 8.

Adam post pactum sanctam & solitariam vitam egit.

^b Gen. 4. 14.

D

postea

postea comperi acceptatum fuisse à doctissimi- A
 mis viris Saliano & Torniello, gauisus sum.

a in Chrono-
 nolog.

Vidi etiam postea Genebrardum ^a non ad-
 modum discrepantem, dum exponit de loco
 vbi erat cœtus piorum, quem Deus solet
 respicere & fauore prosequi. Ratio autem
 mea erat: quia non ignorabat Cain quod
 postea Dauid dilucidius ait: *Quò ibo à spiritu
 tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in
 cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades:
 si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero,*

b Ps. 138. 7.

&c. ^b Sed optimè nouerat, quod à Deo
 maledictus ministrare ei ampliùs non pote- B

rat. III. Pietas & vitæ tranquillitas in Adæ
 familia post discessum Caini elucet in hoc,
 quod cùm Abel (qui in suis sacrificiis gratus
 fuerat Deo) mortuus esset, Eua, quem pri-
 mum post Abelem habuit filium, appellauit
 Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro*

c Gen. 4. 26.

Abel, quem occidit Cain ^c. nempe, filium Seth
 iam inde loco Abelis instituens, constituens,
 & destinans in iis quæ erant ad Deum. Et
 hoc velle videtur Chrysostronus ^d. *Seth ve-*

d Homi. 20.
 in Genes.

*rò, inquit, quod sibi natura negatum erat, id
 mentis dexteritate consequitur, nempe, in se C
 translatum primogenituræ ius. IV. Ex hoc
 quod iste Seth iuxta matris dictum & vo-
 tum, sicut sacerdotij fratris Abel, ita pietatis
 hæres, sanctissimèque viuens filium habuit
 Enos, quem ita pietatem docuit, vt pri-
 mus sit de quo scripsit Moyses cœpisse inuo-
 care nomen Domini ^e: id est, (ferè omnium
 suffra*

e Genes. 4.
 26.

A suffragiis) publicum instituit Deum colendi ritum. de quo amplius in sequentibus ^a. a cap. 6.
 V. Prisca illa ab Adam præsertim dum vixit, pietas in eius familia colligitur ex mysticis nominibus ab illo per Seth & Enos descendentium. exempli gratia, Malaleel, *laudans Deum*: Iared, *descendens*, quasi diceret humilians se: Henoch, *dicatus*, quasi religiosus fuerit: vel *inclinans*, quasi prostratus (more tunc visitato vt iam vidimus ^b) Deum adorans: Lamech, *humiliatus*, eandem ob causam.

B Istorum igitur sanctissimus viuendi modus & institutum, quo viri isti à mundo semoti cum Deo familiariter conuersantes toti eius se mancipabant ministerio; tunc vocabatur *ambulare cum Deo*: vt ex tribus constat locis libri Genesis. Quorum primus est: *Ambulauit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusalam* ^c: sic enim legimus iuxta Hebr. Secundus est cum dicitur quod Noë *vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit* ^d. Vbi iuxta prototypum habetur *iustus perfecti*, quasi diceret omnium perfectorum æquus moderator & rector, vt amplius in nostris supra Iobi librum commentariis ^e ostendimus. Tertius locus est cum Abraham priusquam benedictionem in femine & circumcisionis mandatum recipiat, præcipitur ei à Deo, vt *cum Deo ambulet*, & vt sit perfectus (id est, ex numero perfectorum) & *ponat fœdus suum inter se & illum*.

Ambulare cum Deo est eius seruitio mancipari.
 c Genes. 5. 22.
 d Gen. 6. 9.

e in cap. 11. 4.

a Genes. 17. *lum*^a. Quibus verbis Deus manifestè indi- A
 1.2. cat nolle tantum fœdus cum illo percutere,

*Exigit Deus
 ab Abrahamâ.
 ut fiat ex
 numero per-
 fectorû pri-
 usquam cum
 illo pacisca-
 tur.*

b Ioan. 1. 42

c Genes. 6.

12.

*Per viâ Dei
 corruptam
 quid signifi-
 cetur in Ge-
 nesi 6.*

d lib. 3. in
 Genes.

to emisso profiteatur institutum. In cuius
 professionis signum statim *cecidit Abraham
 pronus in faciem* (nempe more filiorum Dei
 adorando :) deinde Deus mutat ei nomen,
 quemadmodum Christus postea fecit Petro,
 vocans eum ad Apostolatum^b. Deinde prom-
 missiones effert, pactumque ferit. Et ista cum
 Deo ambulatio, eumque colendi modus *via
 Dei* videtur nuncupari cum dicitur : *Cumque
 vidisset Deus terram esse corruptam* (*omnis
 quippe caro corruerat viam suam*) dixit ad B
Noë, &c.^c Istorum namque verborum ta-
 lem esse sensum existimo : quod homines
 terrenis ac carnalibus addicti deliciis om-
 nem pietatem extinxerant, verumque Dei
 cultum ac religionem corruerant. Ita vt
pronomen suam, non ad carnem, sed ad
Deum referri, & generaliter de diuini cul-
 tus, non de naturalis vsus coëundi corrup-
 tione specialiter debeat intelligi.

Ista verè est *Dei via* à mundo, mundanis-
 que penitus aliena, qua cum Domino iugiter C
 ingrediendo & egrediendo familiariter con-
 uersantur domestici, & filij eius charissimi:
 quos S. Cyrillus^d vocat *sanctissimum genus
 solum per se viuens, nullo se vitio commiscens, quod
 pie in Christo religionis pulchritudo sincerissima,
 que inter eos resplendebat, dignum laude planè
 reddebat.* Hanc autem piissimam & sanctif-
 simam

A simam viam Dei planè corruptit, atque multiplici vitiorum & hæreseon sorde fœdauit *via Cain*: id est, Caini & sectatorum eius institutum diuino cultui ex diametro oppositum. De quo sic Apostolus Iudas ²¹, prout ex antiquissimi Prophetæ Enochi libro se indicat accepisse. *Va illis qui in via Cain abierunt.* Ut autem sciremus errores & hæreses quas ista via continebat, & docebat, addit: *Hi sunt in epulis suis macula conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuose, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sidera errantia; quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.* Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: *Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum.* In quibus S. Iudæ verbis tria potissimum sunt consideranda: quibus Caini viæ, sectæ, ac disciplinæ notantur errores præcipui, qui viæ Dei apponebantur, illamque corrumpebant. Cum enim Cainitas vocat *nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, & sidera errantia*, inquietum illorum animum ad vanitates effusum, & filiorum Dei solitudinis inimicum indicat, ad instar Caini eorum magistri & coryphæi, quem paulò ante mente magis quam corpore vagum, profugum, & inconstantem fuisse ostendimus. Secundò cum

a in Epist.
verf. 11. 14.

15.
Via Cain
via Dei op-
posita quid
importet.

Nubes sine
aqua & si-
dera errantia
quid signifi-
cant apud
S. Iudam.

Cainita cur
vocetur ar-
bores bis
mortuæ.

vocantur *arbores bis mortuae*, non obscurè indicat illos semel & iterum planè fuisse confusos: hoc est doctrinam illorum & sectam extinctam, destructam, extirpatamque fuisse prioribus mundi temporibus. Prima quidem vice, vt postea ^a videbimus à filio Enos dicto Cainan: cuius affeclæ ab eius nomine Cinæi sunt appellati; qui ad hoc præsertim à Deo missi dicuntur vel suscitati, vt hanc sectam delerent: quemadmodum ista ad illos à Baalam directa verba demonstrant iuxta Hebræum: *Robustum est habitaculum tuum, & pone* (al. posuisti) *in petra nidum tuum. Quinimo fuisi* ^B *ad depascendum Cain, donec Assur captiuete* ^b. Ab illis ergo Cinæis Cainitarum via, seu secta, si non penitus, saltem pro maiori parte deleta, & tanquam arbor mala eradica- ta primo fuisse videtur: secunda autem vice penitus à Deo euulsa est per totius mundi cataclisma, vt mox apparebit.

Tertium in epistola S. Iudæ notandum quod Enoch prophetasse, hoc est palam annuntiasse & more prophetarum prædicasse dicitur, illud est: *Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes,* ^C *& arguere omnes impios, &c.* Hac enim de extremo iudicio prædicatione Enoch Cinæus Cainanique discipulus iuxta suæ professionis institutum profligare tentabat, ac radicitus euellere vnum ex præcipuis Cainitarum dogmatibus, quo à Cain magistro edocti vltimum iudicium vnquam fore negabant. Quod autem

^a cap. 11. &
12.

*Cinæi inruina-
nam Caini-
tarum à Deo
missi.*

^b Num. 24.
21.

A autem talis hæresis Caini fuerit, quam posterioribus etiam post Christum temporibus Gnostici, Dorboriani, Manichæi & alij sectati sunt, patet ex eo quod Paraphrastes Chaldaicus Ierosolimitanus ^a de causa dissentio- a in cap. 4.
nis inter Abel & Cain scribit his verbis: Genes.

Cum egressi essent ambo in agrum, respondit Cain: Non est iudicium nec iudex, nec seculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis: nec Dei misericordia creatus est mundus: nec Dei misericordia regitur mundus, eo quod suscepta est oblatio tua cum beneplacito.

B *Respondit Abel, & dixit ad Cain: Est iudicium, est iudex atque seculum aliud, merces etiam bona pro iustis, & pœna pro impiis: misericordia quoque Dei conditus est mundus, atque misericordia illius gubernatur. Quia enim maiora fuerunt opera mea tuis, suscepta est oblatio mea cum beneplacito. Ad quam peruetustam hæresim allusisse videtur S. Iob, cum longam ac prolixam cum tribus amicis disputationem, quasi causæ suæ iudicium ad supremum iudicem reuocans terminat his verbis: Fugite ergo à facie gladij, quia ultor iniquitatum gladius est:*

C *& scitote esse iudicium* ^b.

b Iob. 19.

Igitur paulò post Abelis primi veræ fidei, cultusque Dei propugnatoris mortem, natus est Seth: de quo recens nato, quasi ad Dei post Abel causam protegendam misso mater eius Eva Deo gratias agens protulit: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain* ^c. A quo Seth perfecti fideles & viam c Gen. 4. 25.

D 4 sunt

^a Num. 24.
17.

sunt filij Seth^a: & propter eximiam illius A
sanctitatem, iustitiam & puritatē, ipse, Deus,
ipsius autem sectatores & discipuli, filij Dei
nuncupari cœperunt: quemadmodum in præ-
cedenti capite diximus. Ex quibus patet,
quando, & vnde filij Dei ortum habuerunt.
Nunc autem ordo rerum exigit, vt aliquid
de filiis hominum dicamus.

C A P V T VII.

De filiis & filiabus hominum, de quibus B
agitur Genes. 6.

QUINAM isti fuerant, & cur tale nomen
sortiti sint deducendum est ex illis ver-
bis: ^b Cum cœpissent homines multiplicari super
terram, & filias procreassent, videntes filij Dei fi-
lias hominum quod essent pulchrae, acceperunt
sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque
Deus: non permanebit spiritus meus in homine in
eternum, quia caro est. Gigantes autem erant su-
per terram in diebus illis. Postquam enim ingres-
si sunt filij Dei ad filias hominum, illaeque genuerunt; C
isti sunt potentes à seculo viri famosi. At
vtique iuuat multa ex huiusce loci textu ori-
ginali detegere mysteria, & in primis ea, quae
ad rem præsentem conferunt. Hebraea autem
talem à nobis versionem exigit. Et fuit cum
cœpit homo ad multiplicandum super facies terrae
& filiae nate sunt eis. Et viderunt filij Dei filias
hominum quod pulchrae ipsae, & acceperunt sibi
uxores

A uxores ex omnibus quas elegerunt. Dixit que Dominus, non erit ut in vagina spiritus meus, cum homine ad seculum, ipse caro. Cadentes fuerunt in terra in diebus ipsis. Et etiam postea quam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, & genuerunt eis. Isti strenui qui à seculo Enoscei nomine. Cur autem talem demus translationem, patebit in sequentibus ^a. Nunc perspicio eosdem homines, qui carnalibus planè sunt addicti voluptatibus tribus synonymis vocari nominibus, *carnis, filiorum hominum, & hominum ad seculum*, vel *sæculo*, supple

Cainita vocabatur caro, filij hominum & homines ad seculum.

Abel & Cain

Abel & Cain

B deditorum. Itaque, quemadmodum phrasi Hebræa filij Orientis illi dicuntur, quos latine Orientales dicimus, & filij maris, quos maritimos. & filij Assyriorum, pro Assyriis: Ita filij hominum dicuntur qui nihil aliud quam humana sapientes, *humani* ritè possunt appellari: qui vero nuncupantur *homines ad seculum*, illi sunt qui sæculari & quæ huius mûdi sunt toto sectantes affectu præsentisque duntaxat bona vitæ cognoscunt. Hi sunt filij hominum *gravi corde, diligentes vanitatem, quærentes mendacium ac dicentes in cordibus suis: Quis ostendit nobis bona?* ^b Quorum princeps & coryphæus Cain nuper fratri suo Abeli dicebat: *Non est iudicium, nec iudex, nec seculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis, &c.* Qui autem per autonomasiam caro vocantur, illi similiter Cainitæ erant, quos S. Iudas nominat *despicientes confusiones suas.* Qui igitur in viam Cain abibant, seu ambulabant, hoc est, doctrinam eius sectabantur,

b Pf. 4. 3. 4

caro erant, id est, enormiter & sine modo
 carnales ac luxuriosi: erant filij hominum,
 id est, humani sapientiam illam duntaxat
 profitentes, quæ intra rationis & modicæ
 hominis capacitatis continetur limites: erant
 homines ad sæculum, vel sæculo, vel sæculi,
 id est, sæculares. Isti à sanctissimi Iobi ami-
 co & viro propheta doctissimo Eliphaze
 suis depinguntur coloribus, cum Iobo im-
 properat, quasi vnus esset ex illis, qui olim
 viam sæculi sectantes dicebant: *Quid nouit
 Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes
 latibulum eius, nec nostra considerat, & circa
 cardines cæli ambulat. Nunquid semitam sa-
 culorum (al. viam sæculi) custodire cupis,
 quam calcauerunt viri iniqui?* ^a Vbi latè osten-
 dimus illam viam sæculi quam calcauerunt viri
 iniqui, esse sectam Cainitarum. Et satis ex
 se patet, si conferamus verba Caini ad fra-
 trem Abel paulo ante citata, nec non illa
 quæ Iudas Apostolus ^b habet ex libro Enoch,
 (vnde etiam Eliphaz haurire potuit) de iis
 qui in viam Cain abierunt, cum istis verbis
 Eliphazis.

Itaque *viam sæculi*, id est, mundanorum ho-
 minum secta, est via Cain & sectatorum eius,
 qui dicuntur homines ad sæculum. Iidem-
 que filij hominum dicebantur, quia huma-
 nam & terrenam sapientiam, animale, & dia-
 bolicam, ex qua zelus & contentio, inconstantia
 & omne opus prauum, profitentes, spernebant
 eam quæ de sursum est, primum quidem pudica,
 deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consen-
 tiens,

^aIob. 22. 12.
 14. 15. & 16.

Via Cain apud S. Iudã
 quid sit.

^bEpist. vers.
 31. 14 & 15.

A tiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. ^a Et quemadmodum a Iac. 3. 17. illos omnes dictos olim fuisse putamus filios Dei, qui à Seth vel ab Enos & Cainan filii eius instructi disciplinæ ac doctrinæ illorum adhærebant, etiamsi ex Cain originem carnali propagatione traherent: ita omnes, qui ambulabant & ibant in viam Cain, licet ex Seth oriundi essent, filij hominum nuncupabantur. Cum quibus, tanquam cum hæreticis nullum filiis Dei licebat habere consortium: multò minùs per matrimonium

*Diluuij im-
missi causa
qua.*

B affinitatem contrahere. Proinde iratus est Deus, atque in tantum excauit, vt omnes homines per diluuium delere statuerit: eo quod omnis caro, id est, omnis homo ita corruerat Dei, veræque religionis viam: vt etiam ij, qui nomine & professione filij Dei erant, sui status oblit, & carnali affectu ducti matrimonium cum filiabus hominum, Cainitæ sectæ mulieribus, quod facere nefas erat, contraherent.

Inde nobis lumen emicat ad dignoscendum, vnde nomen *Gigantum*, de quibus miramur tam in profanis, quàm in sacris leguntur codicibus, veram ducat originem: quam utique de proximo nobis indigitat Psaltes ^b, cum ^b Psal. 48. 1. ait: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigenæ & filij hominum, &c.* Satis iudicans terrigenas, & filios hominum esse synonyma: nempe eos qui terræ incolæ terram sapiunt, illosmet esse, qui ita sunt homines, vt non nisi humana sapiant,

*vnde nomen
Gigantum
nomen ha-
buit.*

a Pl. 4. 3. 4.

Terrigenæ
nomen quid
importat.

b cap. 12.

c in Pl. 48.

d lib. de gi-
gantib.
e 31. de Ci-
uit. cap. 23.
f cap. 9. 18.
g in Batra-
cho.

h cap. 6. 3.

sapient, qui sunt *gravi corde, diligentes vanita-* A
tem & querentes mendacium^a. Iuxta quem

sensum, quod in priori Psalmo per no-

men *Adam*, vile quid sonans in Hebræo est

אדם בן אדם Bene Adam, Græci transfulerunt

γηνώμεν, & iuxta eos Vulgatus noster *terri-*

gene: vim nominis Adam optimè ponderans

ab argillofa, limosa, rubràque terra, quam

importat. Et ne quis crederet ab initio è

terra homines pullulasse (qui error vnde

ortum habere potuerit, vide infra^b) ac fa-

tos nonnullos fuisse, addidit ibi Psalmista

בן אדם בן אדם Bene isc, id est, *filij viri*: vt homines B

ab Adam originem trahentes, se terrigenas

esse cognoscerent. Docent hoc Chrylосто-

mus, & Basilius^c. Hinc facile deducitur vn-

de nomen Græcum γίγας sit deriuatum: qua-

si dicas, γίγας terrigena. Quod etymon non

solum placuit Philoni^d, & ab Augustino^e

indicatum est: sed etiam in libro Prouer-

biorum f Septuaginta pro Hebræo רפאים
Rephaim, Latine gigantes verterunt γίγαντες.
 Agnouit & Homerus^g, cum dixit:
 — γίγαντων ἀνδρῶν ἔργα γίγαντων
 — *virorum terrigenarum opera gigantum.* C

Hinc fabulæ de gigantibus, qui terræ dice-
 bantur filij ab irata Ope, seu terra editi in
 Deorum vltionem. Nimirum, qui à terre-
 no Adam progeniti אדם בן אדם Bene Adam, id
 est, terrigenæ quidem erant: sed præterea
 propter inordinatum ad mundi vanitates,
 carnisque delicias affectum, & caro, & ho-
 mines ad seculum appellantur in Genesi^h. Et
 homo,

A homo, inquit Origenes, cum *sancti* nominantur Dij^a in dedecus accipitur^b. Præterea idem Origenes, Hieronymus, Augustinus, Item Nicetas Choniata^c, dum tractat præsentem locum Genesis *filios hominum* in plurali numero in deteriorem sumunt partem pro carnalibus: quod nos ex ipso textu apertè deduximus. Isti ergo sunt, qui solutis fabularum inuolucris, olim Diis bellum intulerunt, ac è cælo detrudere voluerunt. Ad quas fabulas concinnandas Poëtæ diuinæ de Babylonicæ turris^d ædicatoribus vltionis,

a Pſal. 81. 6.
bibidem.

c 4. Theſauri ortho-
doxa fidei
cap. 12.

d Gen. 11.

B vel potiùs confusionis historiam vſurparunt: vt Iosephus^e & Eusebius^f, & Alcuinus^g Auitus^h obseruarunt. At consultè multi ex veteribus grauiſſimi, sanctiſſimique Patres *gigantum* nomine inuſitata mole & proceritate corporis homines negant intelligi: sed solum superbos, impios, sæuos, terræque, hoc est, terrenis tam mundi, quàm carnis voluptatibus affixos hoc iudicari censent vocabulo. Ex illis sunt Philoⁱ Iosephus^j, Chryſoſtomus^k, Damascenus^l, Cyrillus Alexandrinus^m, & ex profanis Macrobiusⁿ, & Strabo^o. Non nego tamen illis temporibus, atque tam ex bonis, ac studiosis, quàm ex illis sceleratæ vitæ hominibus quosdam prodigiôsæ molis corporeæ extitisse: quod tamen de nullis particularibus ausim asserere, nisi ex adiunctis pateat ex scriptura: vt postea videbimus. Sed iam de aliis gigantibus in bono sensu, dicendum.

e Antiquit.
lib. 1. c. 5.

f 5. de præp.
Euang. c. 4.

g lib. 4.
Carm. de

orig. mûdi.

h lib. de gi-
gant.

i 1. Ant. c. 5.

k in catena
Genef.

l ibidem.
m 9. contra

n lib. 1. cap.
20.

o lib 17.

CAPVT VIII.

*De præclaris & honorabilibus filiorum
Dei nominibus.*

TANTA erat primis illis temporibus, præsertim dum Adam, Seth, & Enos vixerunt fidelium virtus & sanctitas (quæ etiam per sanctissimum & perfectissimum Noë post diluuium in sua planè reuixit familia) vt in vtraque mundi ætate vsque ad multa sæcula illi fideles, & præsertim filij Dei, qui omnis virtutis institutum præ cæteris profitebantur, insignia apud omnes pro gentium & regionum, quas primò incoluerunt, diuersitate sortirentur nomina. Exempli gratia: à Moabitibus vocabantur מֹבָאִים *Emim*^a; ab Ammonitis מֹמְבִימִי *Zamzumim*^b; à Chananæis מֹרְפָאִים *Rephaim*^c: ab Hamæis^d (Ham est vrbs illa, quæ alibi^e dicta *Ham-math-dor*, & aliquando *Emath*, postea dicta est Epiphania, in qua vel ipse Cainan Cincæorum pater vel insignis quidam alius eorum Archimandrita prioribus sæculis sedem habuit vt videbimus) vocantur מֹרְפָאִים *Zuzim*: hoc est (mea quidem sententia) *Reuerendi, sapientissimi, restauratores, & illustres*. Sic assignatorum locorum censeo textus originales esse intelligendos. Quorum primus est: *Ne angusties Moab, neque te misceas cum eis bello:*

^a Deut. 2.

10. 12.

^b ibid. v. 20.

^c Gen. 14. 5.

^d ibid.

^e Ios. 11. 32.

A bello : quia non dabo tibi de terra eius hereditatem , quia filiis Loth dedi Hus hereditatem. Emim antea (nempe longè antequam Loth ibi habitaret) habitabant in ea , populus magnus & multus , & excelsus sicut Hanakim . Rephaim reputabantur etiam ipsi sicut Hanakim , & Moabite vocabant eis (dativus favoris & honoris) Emim . Alter textus Genesis est huiusmodi : Venit Chedorlahomer , & reges qui cum eo , & percusserunt Rephaim in Asteroth Carnaim , & Zuzim in Ham , & Emim in sanè Chiriathaim . Quæ verba amplius exponen-

B tur in sequenti capite . Sed quare , inquires , ista nomina passim ab interprete nostro per nomen *gigantum* reddita conspiciuntur ? Ratio apud me est , quod cum videret filios Dei , viros sanctitate conspicuos & omnibus admirabiles ab initio mundi vocari גיבורים *Gibborim* ^a (quæ vox nonnunquam pro portentosa molis corporeæ hominibus posset accipi) quasi virtute & sanctitate ad miraculum vique potentes & gigantes essent : in eodem giganteæ sanctitatis sensu omnes illas voces accepit & transtulit . Imò , eadem

C prorsus mente vocem נפילים *Nephilim* , ^b id est , *cadentes* (quam à prosternendo se in terram priscorum primorumque fidelium , ut nunc à Christo Christianorum , commune & generale nomen fuisse diximus ^c) verit *gi-*

Cur Vulgatus nomina Nephilim, Zuzim, Rephaim, &c. verit gigantes.

a Gen. 6. 4.

bibid.

c sup. cap. 2.

Chri

Christiano quærenti, cur in templis nostris
 S. Christophorus Martyr sub tam proceræ
 ac giganteæ magnitudinis imagine describa-
 tur; respondeamus, hoc factum ob eius exi-
 miam virtutem, insignemque animi fortitu-
 dinem, quæ sub tali symbolo graphicè re-
 præsentatur. Quemadmodum pius & doctus
 Cardinalis Baronius ^a iure tenet, & sapienter
 admonet; ad hoc quosdam ex hymno vetu-
 sto versus ita referens:

*Elegansque statura, mente elegantior,
 Visu fulgens, corde vibrans, & capillis rutilas,
 Ore Christum, corde Christum Christophorus
 intonat.*

Imò faciliè crediderim, Ninum Regem Ba-
 bylonis Nembrothi patris sui eximias virtu-
 tes & sanctitatem cum posteritati commen-
 dare vellet, id fecisse per ingentis molis sta-
 tuam sub Belis, id est, domini nomine: quæ
 rudibus populis primæ idololatriæ anlara
 dedit non modicam. De qua pluribus po-

^b lib. 2. c. 11. stea ^b.

Sed prorsus operæpretium est vim & signi-
 ficatum vocis *Gibborim* declarare, ut quod di-
 ximus meliùs innotescat. De qua ut vnus ^c
 numeri est, quamque Vulgatus passim reddit
gigantem egimus iam in nostris super Iobum
 commentariis ^c. Vbi laudamus Procopium
 Gazæum ^d abunde probantem hoc nomen
 haud gigantem, id est, magnæ molis homi-
 nem significare: sed alacrem, robustum, ma-
 gnanimum: & tandem deducimus, facere
 aliquid ut gigantem nihil aliud importare
 legitimè,

*Cur in Ec-
 clesiis S. Chri-
 stophorus
 portentosa
 molis corpore
 representat-
 ur.*

^a in Mar-
 tyrolog. die
 25. Iulij.

^c in cap. 16.

15.

^d in cap. 3.

Esaia vers.

2.

A legitimè, quàm magno animo, ac strenuè rem aliquam aggredi, & pro locorum exigentia eleganter, venustè, appositè, ac decenter aliquid agere. Proinde sicut consulte noster *Nomè Hebr. Gibborim* Interpres in loco Genesis quem agitamus, illam vocem non *gigantes*, sed *potentes* transtulit: ita nos putamus per illam significari admirabilem in exteriori præsertim homine *filiorum Dei*, de quibus sermo est, venustatem, grauitatem ac religiosam modestiam, quam alio magis proprio haud possum exponere quàm *strenuorum*: vel etiam (si pro

Nomè Hebr. Gibborim quid propriè importat.

B Christiana latinitate liceret) heroim, emphasim quoque ponderando litteræ Γ , quam sequitur \aleph Ghimel dagelatum: ac si diceretur; *Isti sunt illi Heroës, qui à seculo Enoscei nomine*. Siquidem pronomen *isti* refertur ad filios Dei, de quibus immediatè priùs est actum: vt postea \aleph constabit apertius: quos ^{a cap. 10.}

omnes giganteæ molis extitisse nemo sanus asserturus est. Sed sensus est, eos qui filiorum Dei vitam profitebantur ad miraculum vsque fuisse graues, ingenuos, strenuos, magnanimos, in omnibus decenter, religiosè, &

C grauiter incedentes: præsertim ob genuinam & maximam quam præ se ferebant sanctimoniam. Non alio vtique sensu, quàm quo eadem vox alibi ^{b 1. Reg. 11.} pro huiusmodi viris accipitur, vbi legimus: *Cum sancto sanctus eris, & 26. cum robusto perfectus*, Hebraicè verò $\text{עִם גִּבּוֹר יִתְּמַם}$ Ghim gibbor thamim thithammam, id est, *cum strenuo (vel Heroë) perfectus (vel perfectè) perfectus eris*. Præmissum antè

E fuerat,

fuerat, גִּבּוֹר תְּחַתֵּךְ גִּבּוֹר תְּחַתֵּךְ *Ghim bhasid thubha-* A
sad, id est, *cum sancto sanctus eris*. Vbi prorsus
 notandum est, in illo versiculo vnum esse
 nomen, quo passim & specialiter in scriptu-
 ra nominantur illi, qui sanctiores inter He-
 braeos habebantur, & ad sanctam *filiorum Dei*
 sodalitatem attinebant. Illud autem est,
Hhasidai, quod importat benignos, miseri-
 cordes, mansuetos, beneficos, atque erga om-
 nes pietate plenos. Nomen autem *gibbor* si-
 gnificat eum, qui illa omnia venuste, con-
 gruè & grauiter exercet. Confirmatur ex

a Pf. 17. 26. eodem in Psalmis ^a repetito tmemate: *Cum* B

sancto sanctus eris, & cum viro innocente inno-
cens eris. Vbi eadem prorsus sunt origina-
 lia. Nisi quod *gibbor* est in regimine גִּבּוֹר
Ghebar, quod à גִּבּוֹר *Gheber* in statu absoluto
 nullatenus gigantem, sed vtique virum si-
 gnificat. Similiter, quis hoc nomen pro

b Pf. 88. 10.

enormis molis homine sumet vbi Psaltes ^b
 de Christo loquens, ait: *Tunc locutus es in*
visione sanctis tuis (Hebr. לְחַסְדֵיךָ *lahhosidera*)
& dixisti, posui adiutorium in potente (*Gibbor*)
& exaltaui electum de plebe mea? Nam si ver-
 ba bene considerentur, idem est *Gibbor* ac C
electus de plebe, quales erant *bhasidai*, & etiam
Gibborim: qui specialiter dicuntur separati à
 sæculo, id est, à sæcularibus hominibus, cum
 iuxta translationem nostram dicitur de filiis
 Dei: *Isti sunt strenui, qui à sæculo* (supple, se-
 parati sunt, vt videbimus ^c)

e in cap. 10. *Exoscai nomi-*
ne. Itaque nomen *Gibbor* pro eodem sumi
 notum est, ac nomen *bhasid*, sanctus, pius,
 & no

A & nomen *Tham*, quod est simplex, integer & perfectus. Quod vltimum nomen in penultimo Psalmistæ loco Scholium quoddam Græcum vertit *ὡς καὶ χειρὸς ἰσχυρῆς χαρισθῆναι*, *Cum gratioso gratiave pleno gratiosum te reddes.* Atque idem vox *gibborim* in præsentis Genesis loco importare videtur.

Ad hoc confert quod in libro reuelationum S. Methodij (quem citant Petrus Comestor ^a, Abulensis ^b, Tornielus & Salianus ^c) Nembrod appellatur *vir gigas*, & *in multis eruditus à Deo.* Quasi qui à Deo tan-

B quam Propheta eruditus esset, gigas appellaretur, vel idem esset. Sed placet Methodij verba referre, qui fuit Episcopus, Martyr & scriptor egregius, de quo meminit Hieronymus ^d. Cum igitur agit de quodam Ionitho, quem vnum ex Noë filiis fuisse dicit, *Hic Ionithus, inquit, accepit à Deo donum sapientie ad omnes artes: qui non solum literarum & aliarum artium, verumetiam omnis Astrologie primus fuit inuentor. Ad hunc descendens Nembrod, qui erat vir gigas, & in multis eruditus à Deo, accepit à Ionitho consilium, in quibus in-*

C *fluentiis astrorum incipiendum esset ei regnare super terram, &c.* Quamuis autem Salianus post Pererium hæc non tam Methodij scripta, quam commenta Rabbiorum existimet: placet tamen Tornielli mediocritas, qua ex illo auctore à se commemorata adeo esse dubia & incerta putat: vt pariter neque profus probari nec improbari posse videantur. Præsertim cum illa quæ prioribus maxi-

^a Hist. Eccl. cap. 37. Genes.

^b in cap. 10. Gen. quæst.

^c Chroniq. anni mundi 1756.

^d De Script. Eccles.

Nembrod bono sensu gigas appellatur.

mè capitulis scribit non aliunde sumpſiſſe A
videtur Methodius, quàm ex libro Enoch:

a cap. 4.

Propheta
olim gigantes
vocabantur.

cuius veritatem, sanamque doctrinam propugnamus in ſequentibus a. Et ego dico ex iis quæ probanda videntur, illud eſſe, quod gigas olim diceretur, qui in multis eruditus à

Deo erat: quales erant prophetæ, quos ex filiorum Dei numero, vel ipſos fuiſſe iam vidimus, & iterum mox videbimus. Non enim in malam, ſed in bonam utique partem poſſunt, & (ut cenſeo) debent accipi illa de Nembrod verba, *Et erat robuſtus* (Gibbor)

b Gen. 10. 9. *venator coram Domino.* b Vix etenim ſemel c, D

c Gen. 13. 13. & non niſi cum adiunctis id requirentibus iſta phraſis *coram Domino* in malam partem ſumitur: ſed ſemper in bonam. Sicut de

Ioanne Baptiſta legitur: *Iſte puer magnus coram Domino* d, & alibi ſæpe. Adde quod nomen *Venator* ſicut Hebr. *ויצד* *iſaid* in gloria ſenſu poteſt accipi. Quemadmodum ſumitur, nec non verbum eius radicale in illo

e cap. 16. 16. Ieremiæ e: *Poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Sermo enim de prophetis eſſe videtur: qui diuina C
quadam arte & eloquentia ad inſtar piſcatorum & venatorum animas aucupantur, prudenterque ſuis illaqueant, capiuntque re-
tibus. Quemadmodum S. Hieronymus exponit de Apoſtolis, qui dicuntur à Chriſto

f Matth. 4. 19.

piſcatores f. Per *venatores* autem multi intel-
ligunt Eccleſiaſticos prædicatores, viroſque religioſos, qui bonis concionibus & exem-
plis

A plis venantur homines & Deo acquirunt. Itaque verba de Nembrode in bonum dupliciter exponi possunt. Quasi esset *Gibbor*, hoc est, de numero filiorum Dei, qui vocantur *Gibborim*, multum idoneus, & eloquentia valens ad venandum homines ad Deum. à quo in multis eruditus est, vt dicebat Methodius. Vel etiam hoc modo: Venustus & egregius erat venator & potens in sermone in iis quæ sunt ad Deum. Denique, quocumque modo intelligatur, non video in malam partem hanc capi posse sententiam: neque
 B vnquam consentire potui illis, qui ex isto tantum loco pessima quæque meditantur & scribunt de Nembrode, quasi inter illos prodigiosæ staturæ homines pessimus & sceleratissimus extiterit.

Constat igitur ex dictis, cur & in quo sensu *filij Dei*, id est, primi illi sanctitate conspicui viri ab Adam, Seth, & Enos edocti nominibus giganteam magnitudinem præferentibus appellentur. Proinde boni, quæso, consulat vir doctissimus, meique pro sua bonitate amantissimus P. Salius, si his quæ
 C plurima citat in suis Annal. Ecclesiasticis ^a ad probandum, Adam ipsum, Euam, Cain, Abel, Seth, & alios ex primis Patriarchis procerissimæ corporis staturæ fuisse, minimè consentiam, & ea tanquam parum firmæ planè reiiciam. Locorum enim, quæ ad hoc profert, siue ex sexto capite ^b Genesis de *potentibus à seculo viris famosis*, siue de maximo Adamo inter Enakim in Hebron sepulto ^c,

^a Ann. mūdi 104. num. 9. 10. & 11. Salius in probatur.

^b vers. 4.

^c Ios. 14. 15.

siue de *gigantibus nominatis illis, qui ab initio* A
fuere statura magna, de quibus loquitur
 a cap. 3. 16. Baruch ^a. Longè enim alia sunt sensa legi-
 tima, quorum saltem aliqua in sequentibus
 explicaturi sumus. Quæ autem alia citat ex
 patribus vix aliter quàm in sensu nostro
 intelligi posse videntur. Vnica inter alias
 plurimum valet apud me ratio, ad negandum
 primos homines tantæ corpulentæ & pro-
 ceritatis extitisse. Quia si hoc ad humani
 corporis elegantiam aut perfectionem con-
 tulisset, omnes homines etiam post Adæ B
 peccatum non vno, vel quinque, vel decem,
 viginti aut pluribus sæculis: neque in vna
 solùm regione, sed vbique terrarum, & sem-
 per vsque nunc & postea cum illa procerosa
 mole nati fuissent. Et quemadmodum rari,
 paucique leguntur, qui à mundi principio
 vsque nunc tales in mundo prodierunt: ita
 rari & proinde prodigiosi fuissent nostræ
 quantitatis homines. At contrarium per se
 constat: ergo. Præterea, diuinæ sapientiæ,
 quæ quod pro totius mundi decore, vel uti-
 litate melius est, agit, lex videbatur exigere
 vt hominis anima omnium dignissima & C
 nobilissima non ingentem mole carnis, satis
 ex se grauis, massam, nec è contra, formica-
 lis, aut paulò maioris, sed planè mediocris
 quantitatis corpus haberet, per quod pro sui
 dignitate promptas & agiles operationes
 eliceret. Similia habet Philosophus ^b, quem
 laudat Abulensis ^c eandem mouens ac sicut
 nos definiens quæstionem. Proinde conclu-
 dendum

*Gigantea mo-
 lis primos ho-
 mines existi-
 zisse falsum
 est.*

b lib. 2. de
 anima.
 c in cap. 3.
 Deut. q. 2.

A dendum sanctissimos illos Patriarchas primos tam humani generis, quàm diuini cultus propagatores aut reparatores sæpe in sancto eloquio *gigantes* nominari, & primò ab illis cultas regiones ad eorum commendationem, perpetuamque memoriam, *terras gigantum*,^a & incolas *de stirpe eorum*^b nominari: sed in illo sensu quem diximus: quia virtute, sanctitate, animi magnitudine, constantia, ac bonis operibus gigantes erant, omnibusque mirabiles.

^a Deuter. 2.

^{20.3.13.}

^b Ios. 11. 4.

^{13.12.}

B

C A P V T I X.

Ostenditur ex Scriptura nomina *Raphaim, Emim, Zuzim, &c.* non homines gigantes, sed primos post diluuium mundi, ac pietatis restauratores significare; & de illorum gymnasiis.

C **E**X antea dictis prudens lector facile poterit deducere septem esse nomina hebræa quæ in Scriptura vna passim *gigantum* voce translata pro priscis illis sanctitate Reuerendis viris qui quarundam regionum primi fuerunt incolæ accipi debere videntur. Illa autem sunt *Nephilim, Gibborim, Enacim, Raphaim, Emim, Zuzim, & Zomzomim.* De duobus primis iam egimus, nec non de

E 4

tertio

a cap. 2.

b lib. 3. c. 2.

Primi post
diluuiū mū-
di, & vera
pietatis re-
stauratores
vocati sunt
Raphaim.

c Esa. 19. 22.

Iob. 5. 18.

Pl. 102. 3.

tertio quædam tetigimus ^a, quæ diffusius A
tractantur in sequentibus ^b. Quartum quod
cæteris frequentius reperiri videtur, fortes,
vel medicos, aut restauratores importat, qua-
les animarum debent esse pastores: quo sen-
su verbum originale **רָפָא** *Rapha* plerum-
que ^c capitur. Sed præsertim ita vocati sunt,
quia sicut Iesus & Iosue à saluando nomina
aptissima sortiti sunt: ita isti, quia in diui-
sione gentium post diluuium missi sunt à
Noë, vt simul cum genere humano verum
Dei cultum in mundo restaurarent, vocati
sunt Raphaim ab Hebræis, à Græcis autem B
Θεραπευται vel **κηρῆτες**, id est, curatores à
verbo **κέρω**, quod est curo. Erant autem va-
tes, vnde **κηρῆτων ἑδρα** dicebatur si quando
quis numine afflatus loqui videretur, Iouis-
que habebantur nutritij, nempe quia diuino
cultui vacabant: & ab iis patria Iouis Cure-
ta, & per Syncopen Creta nomen accepit.
Quam veram, genuinam, & à spiritu Sancto
intentam esse notionem iudicabit lector ex
sequentibus. Quintum reuerendos valet.
Sextum, quasi **רָזִים** *rizim*, illustres significa-
re posse putarem, à nomine **רָזָה** *riz*, quod C
denotat splendorem in illo Esaie ^d loco *vt
deliciis affluatis in omnimoda gloria eius.* Iuxta
Hebr. *in splendore gloria eius.* Septimum
originem habere gestit à verbo **רָמָה** *ramam*,
quod est cogitare: vnde nomen **רָמָה מְזִי-
מָה** *mezim* ^e pro cogitatione, cura, versutia, in-
tellectione, prudentia, solertia, cautela, cal-
liditate abstinendi se à malo. Ita vt dupli-
catum

d cap. 66. 11.

e Prou. 1. 4.

2. 11. 5. 2. 8.

12.

A catum nomen *Zamzumim*, vel *Zomzomim* non solum sapientes, sed sapientissimos ac prudentissimos importaret. Quod autem ista nomina non in malam, sed in bonam profusus sumi debeant partem, nec pro hominibus ingenti sua mole corporea alios valde territantibus, sed pro iis, qui propter sanctitatem, sapientiam & grauitatem mirabilem sui in aliis magnam excitabant reuerentiam: non, inquam, mali fuit ominis, aut infamiae, sed gloriae potius & honoris manifestè constat ex his Dei verbis ad Moysen ^a: *Non pu-*

Gigantum nomen in scriptura honoris est, non infamia vel mali ominis.

^a Deut. 2. 2. 10.

B gnes contra Moabitas, nec incas aduersus eos praelium, non enim dabo tibi quidpiam de terrarum, quia filiis Loth tradidi Ar in possessionem Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus & validus, & tam excelsus, ut de Enacim stirpe, quasi gigantes (Heb. Raphaim) crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabite appellant eos Emim. & paulo post ^b idem dicit de Ammonitis: *Non dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filii Loth dedi in possessionem Terra gigantum* (Heb. Raphaim) *reputata est, & in ipsa olim habitauerunt gigantes* (Raphaim) quos Ammonite vocant *Zomzomim*, &c. In quibus verbis multa breuiter tanguntur. Et primo, quod prisca & primi illarum regionum incolae fuerunt illi qui dicebantur *Raphaim*, id est, restauratores, sensu iam dicto. Secundo, isti *Raphaim* vocantur *populus magnus, validus, excelsus*, &c. quod non de magnitudine & excellentia aut fortitudine corporali, vel tempo-

^b vers. 19. & 20.

rali ; sed de spiritali nempe virtutis & sa- A
 pientia esse intelligendum inde colligitur ;
 quod data à Deo fuerunt istae regiones filiis
 Loth propter sanctitatem patris , & ablatae
 à possessoribus, non quod ab excellentia vel
 magnitudine temporali ; sed quod à primo-
 rum Raphaim virtute defecissent. Deinde ex
 hoc quod comparantur cum Enacim , id est,
torquatis : quorum ordo , & status virtutem
 ac verum Dei cultum profitebatur potius,
 quam nobilitatem , aut magnitudinem tem-
 poralem. Non enim valde potens in tem-
 poralibus erat Abraham : sed pietatis planè B
 studiosus, quando hunc ordinem instituit, vt
 videbimus ^a. Termini quoque originales
 spiritalia plerumque respiciunt , vt multis
 facile exemplis posset ostendi : quae etiam
 nunc significare censemus. Tertium quod
 sub istis verbis continetur, est, nomen Ra-
 phaim sicut ceteris frequentius (vt nuper
 diximus) in Scriptura reperitur, ita post Ne-
 philim & Gibborim (quae vigeant ante di-
 luuium) omnium esse antiquissimum. De
 Enacim quidem vltimum omnium esse , &
 circa annum mundi 2118. Abrahæ verò 80. C
 initium habuisse, constabit postea ^b : de aliis
 tribus Emim, Zuzim, & Zomzomim, patet
 ex hoc quod aduentitia sunt , seu apposita
 nominis Raphaim. Nam quia isti mundi
 primi restauratores sanctissimi erant & sa-
 pientissimi , his honorabilibus dabantur no-
 minibus, vt in præcedenti capite diximus,
 & patet ex locis nuper citatis. Ex quibus
 quartum

a lib 3. c. 2.

b vbi suprâ.

A quartum elicitur, quod cum Deus loquendo
 Israëlitis, qui optimè nouerant Enacim ab
 Abraham instructos & institutos fuisse, fa-
 tis eorum fidem, virtutem, ac pietatem com-
 mendat, dum illos facit *similes filiorum Ena-*
cim, cum Abraham fidei nostræ & Israëlita-
 rum pater typus eorum & exemplar talibus
 verbis constitui videatur. Quintò sciendum
 tria prædicta nomina Raphaim, Emim, &
 Zomzomim seu Zuzim quæ in regionibus
 Ammonitarum & Moabitarum viris sancti-
 tate, sapientia, & grauitate spectabilibus do-
 nabantur, in aliis quoque Chanaanitidis re-
 gionibus, præsertim circa Cælasyrïam, &
 Galilæam eiusdem professionis hominibus
 esse donata. ita vt per totam Chanaanitidem
 illos fuisse dispersos facile videre sit.

*Raphaim
 multus in lo-
 cis institue-
 runt gymnasia
 doctrina
 & pietatis.*

- Quinimmo longè ante Abraham illos in
 multis ciuitatibus habuisse pietatis, ac vir-
 tutis gymnasia colligo ex duobus Scripturæ
 locis. Primus est iste iuxta Hebræum, *Venit*
Chedorlahomer, & Reges qui cum eo, & percuf-
serunt Rephaim in Asteroth Carnaim, & Zu-
zim in Ham, & Emim in Saue Chiriathaim ^a. a Gen. 14. 5.
- C Prima vrbs quæ vocatur Astaroth, illam
 est regni Basan (quod prisco nomine Hus
 dictum puto) metropolis, in qua Og rex
 Basan *ex stirpe Raphaim* ^b habitabat ^c, quan- b Deut. 3.
 do cum regno vitam amisit occisus ab Israë- 11.
 litis. In illa Iob (quem in nostris Commen- c Ios. 12. 4.
 tariis ^d dicti Regis Og auum facimus) habi- d cap. 1. 1.
 tabat suorum tempore certaminum: & in §. 5.
 qua frequentes filiorum Dei, sanctorumque
 Raphaim,

a cap. 14.

b cap. 6. &
2. 1.

c vbi supra.

d de loco
Hebr.e 4 Reg. 14.
28.
1. Par. 18 3.
2. Par. 8. 3.
f lib. 3 c 12.Sane colle-
giū fuit pro-
phetarū qui
dicebantur
Raphaim.

Raphaim, quorum erat habitatio, conciones fieri solitas non solum ex iis quæ postea dicemus colligitur: sed etiam ex semel, iterumque ibi factō conuentu filiorum Dei, id est, Prophetarum, *ut assisterent coram Domino* de quo mentio fit in principio libri Iob^b. Et hoc sufficit ad intelligendum quoniam essent illi Raphaim, quos Chodorlahomor percussit in Astaroth-carnaim. Secunda vrbs est Ham, quam in præcedenti capite, sed amplius in nostris commentariis^c ostendimus esse Emath, quæ posterioribus sæculis dicta est Epiphania, de qua sic loquitur Hieronymus^d, *Emath in Esaiā Damasci ciuitas, quam oppugnauit Rex Assyriorum: que nomen dedit regioni Emath, quæ post montem Libanum versus Euphratem extenditur*. Vnde introitus Emath in Cœlesiria, seu Aram Sobab: de qua passim in Scriptura^e. Quæ regio vel vrbs patris Cinæorum quondam fuisse videbitur postea^f. In his ergo duabus Ciuitatibus habitabant Raphaim & Zuzim (nempe Cinæi) qui à Rege Chodorlahomor percussi sunt: dicitur enim: *Et percusserunt Raphaim in Astaroth-carnaim, & Zuzim in Ham*. At non sic de tertia Ciuitate: sed his verbis, *& Emim in saue Chariathaim*. Cui non in Chariathaim, sed in saue eius, nisi quia propheta illi Reuerendi non intra, sed extra ciuitatem habitabant? Quæritur ergo quisnam locus sit qui vocatur saue? Ego quod à nemine non contemptum video dignum planè quod requiratur ac diligenter colligatur

A colligatur existimo. Puto igitur nomen *שְׂרָיָה*
sciaueh derivari à verbo *שָׂרָה* *scianah* quod
 est *proficere, utilem progressum facere*: ut quod
 de populo Iudæorum legimus dictum ab
 Amam Regi Assuero: *Optimè nosti quod non
 expediat regno tuo ut insolescat per licentiam* ^a *a* Esther 3.
 Hebr. *non conducent, non utile est*. Et quòd ^b
 habemus, *Ut eram dignus non recepi* ^b, Pagni- ^b Job. 33.
 nus transfert, *non profuit mihi*. Ego igitur ^c

hanc vocem libenter sumerem pro loco, in
 quo fit progressus, & profectus in litterarum,
 maximèque in virtutis ac sapientiæ stu-
 dio: ac proinde *Saue Chariathaim* esset colle-
 gium, seu gymnasium illius vrbis: itaque si-
 cut doctores & prophetæ qui percussi sunt
 à Chodorlahomor in Astaroth & in Emath
 habitabant in illis vrbibus: ita qui occisi
 sunt in Cariathaim non intra ciuitatis mœ-
 nia; sed in collegio quod erat extra, mane-
 bant. Confirmatur. Tum ex hoc quod vox
 hebræa Cariathaim significat lectiones, ut
 idem sit Saue Cariathaim ac gymnasium le-
 ctionum: tum ex eo quod in eodem capite ^c
 fit mentio *vallis*, seu campi, *Saue, que est val-*
^c Gen. 14.
^d 17.
lis Regis, nempe Melchisedechis Regis Ieru-
 salem, ut ibi expriment Septuaginta; estque
 illa quæ alibi ^d dicitur *vallis gigantum*, sed
 sæpius per nomen Hebræum *vallis Raphaim* ^e,
 & iterum *vallis regis* ^f. De qua sic Masius ^g,
 Vallis aut campus Raphaim aut gigantum
 prope ad Ierusalem pertinuit. Videtur autem
 ad meridiem versus ab Ierusalem planicies
 illa sic porrecta iacuisse, ut extremitas ipsius
 Aquilo

^c Gen. 14.
^d 17.

^d 2 Reg. 23.
^e 13.

^e Iosue 15.9.
 18.16.

^f 2. Reg. 5.18
 22. & alibi.

^f 2. Reg. 10.
 18.

^g in Iosue
 cap. 15.

Aquilonaris propè abesset ab ora vallis Emō, A
 ca quæ ad occidentem spectat : atque ibi
 montem extitisse, quem nescio qua coniectu-
 ra ductus Zieglerus, Achaldema fuisse nihil
 dubitans, statuit. Hæc ille. Cum igitur video
 eundem campum seu planiciem quæ dicitur

a lib. 2. c. 3.

Raphaim esse campum Regis Melchisede-
 chis (quem postea ^a summum Ecclesiæ faci-
 mus Pontificem) vehementi nimis suspicio-
 ne trahor, vt credam appellari quoque *val-*
lem, seu *campum Saue*, eo quod piissimus ac
 sapientissimus Rex collegium Raphaim id
 est, prophetarum ibi instituerit ad instar il-
 lius quod erat iuxta ciuitatem Cariathaim B
 in finibus Aquilonaribus terræ Chanaan:
 illud autem gymnasium fuisse per totum il-
 lius vallis tractum. Quemadmodum prophe-
 tarum, seu religiosorum Cinæorum in ta-
 bernaculis habitantium sub Archimandrita
 Haber collegium longè latèque protende-
 batur per vallem quæ ab ipsis vocabatur *val-*

b Iud. 4. 11.
 c lib. 3. c. 9.

lis Sennim ^b. de qua non pauca dicturi su-
 mus ^c. *Vallis* ergo *Saue*, erit vallis collegij Ra-
 phaim à Rege Melchisedeche fundati: vnde
 quos ad dignitates eueheret, vel ad prædi- C
 candum mitteret, tanquam ex seminario,
 exciperet.

Vrbes in qui-
bus olim ha-
bitabāt Ra-
phaim non
aliis postea
data sunt
quàm Leni-
tis.

Alio adhuc minime debili prædicta fir-
 mantur argumento. Quod est, illas omnes
 vrbes, quas tot sæculis ante Moysen posside-
 bant illi Raphaim, Emim, Zuzim & Ena-
 chim, vel in quibus habitabant, post Israëli-
 tarum regressum ex Ægypto & ingressum in
 terram

A terram promissionis non aliis à Iosue datas fuisse quam viris Ecclesiasticis; nempe, tribui Leui, quæ non certam aliquam partem terræ Chanaan, sicut aliæ tribus, habuit: sed certum vrbium numerum hinc inde per illas electarum, quæ essent velut *φροντιστήρια* pietatis, in quibus Dei colendi, sacrorumque rituum doctrina optimè & opportunè seruetur: ac vnde ciuitates vicinæ aliarum tribuum cœlestis disciplinæ semina, sanctiorisque vitæ exempla petere possent. Exempli gratia: vrbs *Astaroth*, in qua prius habitabant Raphaim assignata est Leuitis in dimidia tribu Manasse ^a *Ham* quæ temporibus Iosue vocabatur *Hammath-dor*, in qua fuerant Zuzim, data est Leuitis in tribu Nephthalim ^b: in qua quantum & dignitate & numero prophetæ floruerint, in sequentibus videbitur. Item, vrbs *Cariatthaim*, in cuius Saue propheta: percussi fuerant à Chodorlahomor, data est Leuitis, qui erant in eadem tribu: illa autem tunc dicebatur *Chartan* ^d, quamuis sub antiquo nomine legatur in *Paralipomenis* ^e. Idem dicendum de *Hebron*, in qua instituti sunt *Enacim*: assignata namque est Leuitis, qui erant in tribu Iuda & Simeon, & erant ex filiis *Aaron* per familias *Caath*, & quibus prima sors egressa est ^f. Similiter *Dabir* in eisdem sita tribubus iisdem Leuitis à Iosue tradita est ^g. Cuius peruetustum nomen importat secretissimum oraculum, & veluti sacrosanctum ac penetrabile adytum. Quod aliud istius vrbis nomen

Cariatth

^a Iosue 11.

^{27.}

^b Iosue 21.

^{32.}

^c lib. 3. c. 9.

^d Iosue 21.

^{32.}

^e lib. 1. c. 6.

^{76.}

^f Iosue 21.

^{11.}

^g ibidem.

Cariatb-sepher exponit, quasi fuerit *ciuitas A*
literarum, vel *ciuitas scribarum*. Quia, inquit

a in Iosue
 15. v. 13.

Mafius^a priscorum Patrum veluti archiuum
 fuerit, id est, tabellarium: in quo multa ve-
 tustatis monimenta, post orbis diluuium re-
 posuerint, cum in vicina Hebrone homines
 illi primi habitarent. Est enim Hebron Da-
 biræ propinqua vrbs, quæ antiquior Tani Æ-
 gyptiorum annis septem, hoc est vetustissi-
 ma. Eodem prorsus pacto cogitandum de
 ciuitatibus Sichem, & Manaim tot à Deo in
 persona Patriarchæ Iacob nobilitatæ prodi-
 giis. Quarum prima in tribu Ephraim: altera B

b Iosue 21.
 21. & 37.

inter Gaditas Leuitis donata est^b. Denique
 Gabaon, Anatoth, & Almon quæ ad vallem
 gigantum, seu Raphaim attinent, datæ sunt
 Leuitis in tribu Beniamim^c. Ex qua tanta
 nominum, rerum, ac temporum concordia
 id prorsus concludendum esse videtur, præ-
 dicta nomina *Raphaim*, *Zuzim*, *Emim*, &c.
 nullatenus pro prodigiosa molis corporeæ
 hominibus & in malam partem esse sumen-
 da: sed planè in bonam, & pro primis san-
 ctissimis illis à Noë post diluuium missis

c Iosue 21.
 17.

terrarum incolis; qui pro sua virtute, sa-
 pientia, & grauitate mirabili huiusmodi ho-
 norificis dabantur titulis: qui & prima sa-
 pientiæ ac pietatis multis in locis erexerunt
 gymnasia. Ex dictis lux emicat mirabilis ob-
 scurissima B. Stephani^d sententiæ qua sic
 Amos prophetæ^e priscam Israëlitarum in
 deserto idololatriam exprobrantis verba re-
 fert, & exponit, *Nunquid victimas, &*
hostias

d Act. 7. 47.
 e cap. 5. 26.

A *hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israël? & suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus Dei vestri Rempham figuras quas fecistis adorare eas.* Exponit, inquam, quodammodo post Septuaginta additione nominis *Rempham*, sed propriè (iuxta quosdam) *Repha*, quod est hebræum singulare nominis *Rephaim*, q. d. Non mihi sed in veritate Diis alienis offerebatis hostias, quando inter sacrificiorum solemnia eleuatis sursum oculis perfidè nimis non me verum Deum, sed sydus Dei vestri *Repha*, hoc est

B *Sydus illius viri qui fuit olim vnus ex Rephaim, diisque vestris, adorabatis.* Si quis autem quærat quisnam fuerit iste *Repha*: puto fuisse *Sem* filium *Noë* qui pro sua singulari & eximia sanctitate, nec non suprema in Ecclesia dignitate prisco more, sicut *Seth*, Deus appellatus est. Post mortem verò inter sydera repositus, & in planeta Saturni adoratus, *Baal Semes* est appellatus. Similiter, quoties urbem aliquam aut locum ^a *Betsames* legimus appellatum, non solaris astri (vt multi putant) sed Patriarchæ *Semi* nomen debemus agnoscere, in cuius honorem talis locus fuit ædificatus. Idem de idolo quod dicitur *Baal Semes* siue in dicto Saturni planeta, siue in eius figura: quæ in prima institutione vel applicatione magnum illum Chananæorum *Repham* solummodo referebat. Circa quam postea *Ammonitæ* fornicantes turpi sese polluerunt idololatria, Et quia ipse *Sem* *נֶחֱמִי* *נֶחֱמִי* vocabatur

a Iosue 15.
10.19.38.21.
16.& alibi.

a Gen. 14.
17.

tur מֶלֶךְ *melech* a eo quod esset Rex iustitiæ A
vel etiam מֶלֶכֹם *Melchom*. Id est *Rex eorum*:
successu temporis, qui sanctitate & potestate
Deum referebat, pro vero & æterno Deo
perperam habitus est, etiam ab Israëlitis, qui
Ammonitas imitando non tam in sydere Sa-
turni, quàm in humana statua sub hoc vlti-
mo nomine pro supremo numine colue-
runt. Quamuis B. Stephanus de sola illius in
solari sydere adoratione loquatur, non de
aliqua imagine quam domus Israël deferret
in deserto. Sufficiat textum hebræum ita
vertere. *Et exaltabatis cum attentione Molech B*
vestrum & cum intentione imagines vestras, sy-
deus Deorum vestrorum quos fecistis vobis.

C A P V T X.

*De Patriarcha Enos filio Seth, qui
cæpit inuocare nomen Domini.*

A Manè temporum, quo Deus in Adam
& per Adam Ecclesiæ suæ vineam C
plantavit in priscorum illorum *Nephilim*
vitibus, non cessavit novos semper ad eam
colendam *mittere operarios* b. Ecce hora diei
tertia, in mundi principio miserat Seth san-
ctissimum Adæ filium, qui *Nephilimorum*
iam augetenti multitudini Pastores, Recto-
res, prælatosque prouideret, qui animarum
curam agentes, illos in officio continerent,
suâque

A suaque doctrina & exemplis instruerent, & ædificarent: & præterea in iis quæ ad Dei cultum attinent diligenter intenderent. Ideo circa annum mundi 250. (vt mea fert opinio) cum ipse esset annorum 120. quosdam ad hoc elegit, instruxitque viros, quos vel ipse *filios Dei* nominauit, vt illi quid Deus ab eis exigeret, in ipso solo nomine conspicerent: vel à populo, propter magistri sanctitatem, qui (vt vidimus^a) Deus appellabatur sic nuncupati sunt. Sed cum genus humanum mirabiliter in dies propagaretur, crescente

Propheta quando & à quibus filij Dei vocati sunt.

a cap. 5.

B etiam filiorum hominum cum numero malitia, & zizaniorum, quæ à principio per Cain inimicus homo in medio tritici seminauerat, nimio scenore bonum semen iam ferè suffocante, circa horam sextam: anno, dico, mundi circiter 395. Sethi verò 266. misit Deus alios operarios in vineam suam, sub moderamine filij Seth nomine Enos.

Nimirum, postquam in doctrina & disciplina patris multum profecisset, annorum (vt congruum mihi videtur) 160. quo pro sua ætate veneranda, longa rerum experientia,

Enos filius Seth quo mundi anno cepit in vocare nomen Domini.

C morum grauitate, & firmata iam sanctitate suorum facilius discipulorum beneuolentiam ac reuerentiam conciliaret, altioraque sui sanctissimi instituti ad Christum vsque duraturi fundamenta iaceret, & tandem vt fortiùs, faciliùsque filiorum hominum sectam impugnaret, penitùsque deleret, vel sanctitatis exemplo ad virtutem, verumque Dei cultum benignè alliceret, filios quo-

que Dei in purissima patris Seth doctrina A
conferuaret: statuit nonnulla prioribus ad-
huc rudioribus ac simplicioribus aui, patris-
que legibus & obseruantis addere decreta,
nouas leges statuere, & quasdam ordinare
ceremonias, præsertim psalmodiam insti-
tuens, nec non formam & modum inuo-

*Moyſes cur
tam concisè
loquitur de
Enos.
a Gen. 4. 26.*

candi Deum. Et hoc est quod Moyſes, qui
quid eſſet inuocare Deum optimè nouerat,
tam concisè collegit his verbis: *Iste cepit
inuocare nomen Domini* ^a. Quæ verba, id eſt,
noui iſtius in Eccleſia ritus institutionem
quam important, R. P. Salius refert in an- B
num mundi 250. Enoscis verò decimum
quintum. Sed propter rationes iam poſitas,
& quia ipſe dictus Pater, hoc quod ex Scri-
ptura non conſtat de tempore ad illud re-
duxiſſe fatetur, potiùs ne tot annos ab Eno-
ſcis natiuitate vſque ad annum mundi 326.
rerum vacuos tranſcurreret, quam quod ali-
quid velit aſſerere: nos non aſſerendo, ſed
duntaxat, ac ſimpliciter opinando prædictæ
noſtræ hæremus ſententiæ. Sed iam viden-
dum quid ſit *inuocare nomen Domini*.

*Inuocare
nomen Do-
mini quid
ſit.*

Verbum *inuocandi* generaliter accipi po- C
teſt pro eo quod eſt religionem profiteri,
gratias agere Deo, laudare, votum emittere
vel ſoluere, ſacrificare, iurare, denique im-
portat & continet omnem externum Dei
cultum. Sicut idem videtur contineri ſub
nomine iuramenti, cùm dicitur: *Laudabun-
tur omnes qui iurant in eo* ^b: nec non ſub no-
mine teſtamenti, vt vbi dicitur: *Congregate*
illi

^b Pfal. 9 2.
11.

A *illi sanctos eius qui ordinant testamentum eius super sacrificia* ^a. In hac generali notione ^a Pf. 49.9. non censeo sumi cum dicitur, quod Enos *cepit inuocare nomen Domini*. Cum in hoc sensu iam ante Enos religionem profiterentur tam Nephilim, quam filij Dei. Sacrificia quoque erant in usu, externusque Dei cultus vigeat à mundi principio, ut vidimus ^b. Secundo igitur modo sumitur hoc ^b cap. 1.2. & verbum prout importat simul cum celebratione implorationem nominis Dei, ut laudantes inuocent ^c, & implerent, atque orationi operam dantes debitis ad extra ceremoniis voce ac gestibus adhibitis ordiantur à diuini nominis exaltatione. Nam inuocatio ut ordinata sit, à Dei laudibus inchoanda docet Ambrosius ^d, exemplo Dominecæ orationis, cuius initium *Pater noster*, &c. ^d lib. 6. de sacram. c. 5. Et argumentatur Chrysostrmus ^e: Si uertur seruus dominum suum sine honoris præfatione nominatim appellare, non committendum, ut quis Angelorum Dominum temerè & contemptim ubique iactet, ipsosque præstantiores cum timore & honore magno ^c Hom. 7. ad popul. C Sanctum ter nominare ^f glorificando & laudando. ^f Esa. 6.3.

Sed Enoscis, Cainan, Henoeh, Noë, Abrahamæ, Iobi aliorumque veterum Patriarcharum Deum inuocandi formam & ordinem habemus insignem in Moyse ^b sub istis uerbis: ^g Exod. 34. Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit ⁶. *Moyse coram eo, & ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multa*

miserationis ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem, & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Festinusque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans, ait: Si inueni, &c. In qua celeberrima inuocatione tria potissimum notanda sunt.

Inuocationis forma & modus quis. Primum, apparitio aduentusque Dei in nube seu turbine, in qua prophetis psallentibus & nomen eius inuocantibus apparere solitum multa probant Scripturæ loca: præsertim apud Psalmistam, *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuël inter eos (sacerdotes) qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos*^a.

a Pf. 98.6. II. Duodecim gloriosa nomina & magna epitheta, quibus Deus compellatur & compelli in inuocatione solebat, vt patet ex aliis similibus locis^b: & hoc proprie dicitur inuocatio.

b Num. 14. 17.18. & 19. Exod. 33.19. III. Est humillima totius corporis in terram prostratio, quæ est adorationis forma, quam Adam primò inuenisse & posteris tradidisse vidimus^c. Vnde possumus colligere Enos ad iam priùs vsitatam in oratione publica prostrationem, addidisse præsertim inuocationem à sacerdotibus filiisque Dei faciendam: quam facilè secuta est hymnorum, psalmorum & canticorum compositio, atque illorum, psallentiumque ordo & dispositio.

c cap. 2.

Enos quid prioribus Ecclesia ceremoniis addiderit.

A dispositio. Hanc autem talem fuisse, vt cum filij Dei, seu prophetæ ad psallendum congregarentur, in orbem, seu circulum se disponerent: & Deus plerumque in medio circuli statim appareret in forma nubis, fere constat ex istis Psalmistæ a verbis: *Quis in nubibus equabitur Domino similis erit Deo in filiis Dei? Deus qui glorificatur in concilio Sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.* Quibus verbis tota videtur res inuocationis concisè, sed graphicè describi: qualem etiam ab Enolce institutam, B vsurpatamque crederem. Primo enim agitur de concilio, seu concione, seu cœtu & congregatione Sanctorum כְּדֹסִים *kedosim*: quo nomine per antonomasiam prophetæ solent appellari: vt in Iob b. Aaron quoque summus Sacerdos sanctus appellatur c: Leuitæ similiter *Sancti Domino* d. Quo nomine Psalmista intelligit generaliter omnes Dei ministros Leuitas, Sacerdotes, Cantores, Prophetas & alios, qui ex munere congregantur ad standum seu ministrandum coram Domino: quos omnes antiquissimo *filiorum Dei* nomine comprehendit. Secundò, comparat pulchritudinem Dei in nube apparentis cum aliis nubibus: & dicit nubem, in qua solet apparere in medio filiorum Dei, quæque solet vocari *maiestas Domini* e quascumque alias nubes pulchritudine superare. Tertio, comparat terribilitatem, hoc est, maiestatem Dei cum grauitate ac mirabili modestia *filiorum Dei*: quæ tanta erat, vt

a Pl. 88. 7. 8.

Olim psallentes in gyrum disponebantur.

b cap. 51. 15.

15.

c Pl. 105. 16.

d 2. Paral. 35.

3.

e Exod. 40.

35.

Num. 14.

22.

2. Paral. 7. 4.

ideo *Gibborim*, hoc est, grauitate ac venusta-
 te præstantes vocarentur, vt iam vidimus ^a.
 Quartò, manifestè ostendit prophetarum
 cuneum disponi solere in rotundo seu cir-
 culo & Deum in medio eius in columna
 nubis apparere solitam dū inuocarent eum,
 aut psallerent. Et quod talis horum sit sen-
 sus verborum indicat quod immediatè sub-
 iungitur quasi per expositionem; *Domine
 Deus virtutum* (Hebr. *militiarum*) *quis similis
 tibi? potens es Domine, & veritas tua in cir-
 cuitu tuo*: Sacerdotes enim & alij templi mi-
 nistri passim in Scriptura ^b milites Dei vo-
 cantur: in quorum medio describitur Deus
 tanquam potentissimus imperator in medio
 sui exercitus: cui nullus militum dignitate
 comparari potest: sicut prius dixerat nubi
 suæ maiestatis nullam aliam conferri posse.
 Deinde prophetas qui sunt diuinæ & æter-
 næ veritatis quasi vasa & reconditoria vo-
 cat per metonimiam *veritatem Dei*, qui ab
 illa circumdatur cum à prophetis psallenti-
 bus ita dispositis vndique coronatur. Et cer-
 tè, cum Iob & altercantes cum eo amici, qui
 sicut ipse, erant prophetæ (vt in Commenta-
 rio nostro ^c videre est) post longam dispu-
 tationem iudicantur à Deo de turbine ^d, id
 est, de nube, in qua priscis illis sæculis, ne-
 mine eorum de apparitionis nouitate turba-
 to, quia solitum erat, & Deus se in illa velut
 in throno sedentem iudicem constituens li-
 tem dirimit, & *stans in synagoga* (nam mul-
 tos ibi alios viros celebres adfuisse sæpe do-
 cemus).

^a sup. cap. 8.

^b Iob 25. 3.
 Esa. 24. 21.

^c in cap. 1.
^d Iob. 38. 1.

A cernus) *Deorum in medio Deos diiudicat* ^a, a Ps.81.1.
 quod frequenter fieri non obscure indicant
 Dei verba, *Thronus meus in columna nubis* ^b: b Eccli.24.
 quanto magis sua prophetis eodem modo
 reddet oracula in columna nubis, cum ordi-
 ne debito circa eam dispositi inuocabunt no-
 men eius? Proinde, vt indubitanter credam
 sic Deum sæpe locutum Samuëli Prophetæ
 dum cum *cuncto prophetarum* ^c plerumque ^{c 1.Reg.10.}
 inuocabat Dominum, licet disertè alibi ni-
 hil tradant diuinæ litteræ vnde affirmari
 possit, sufficit mihi illud Psalmistæ ^d: *Moy-* d Ps.98.7.
^B *ses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuël*
inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant
Dominum, & ipse exaudiebat eos, & votis po-
stulantium annuens, vel postulata negans
in columna nubis, in qua prius apparuerat,
loquebatur ad eos ^e. Quod sanè nihil aliud est, ^{c cap.7.11.}
 quam supremi iudicis munus exercere in
 throno nubis. Denique sic dispositi filij
 Dei in circuitu dum inuocabant nomen Do-
 mini videntur repræsentari in Apocalypsi ^f
 per Angelos (qui & filij Dei sunt, & quos
 in suo choro prophetæ imitantur) quos om-
^C *nes vidit* Apostolus *stantes in circuitu throni,*
qui ceciderunt in conspectu throni in facies suas,
& adorauerunt Deum, dicentes: Amen. Hoc
 totum eximiè declarat Philo ^g cum loquitur ^{f lib.de vita}
 de modo quo sanctissimi illi religiosi dicti ^{contemp.}
 Therapeutæ (id est, curatores, quod etiam
 valet Hebræum Raphaim) psallentes erant
 dispositi, *Tum ille præses assurgens hymnum*
in laudem Dei primus canit aut recens à se

compositum, aut desumptum ab aliquo vatū A
 veterum. Extant enim huius generis carmina
 prisca versu trimetro, & hymni cum suis accen-
 tibus inter sacra canendi ante altaria, vel à stan-
 tibus vel à choreas ducentibus moderatis variis
 flexibus atque reflexibus, &c. Et paulo post:
 Vbi omnes consurrexere, duo chori sunt in me-
 dio cœnaculo, alter virorum, alter fœminarum.
 Cuique suus Incentor præficitur honore præstans
 & canendi peritia. Denique cantant hymnos in
 laudem Dei compositos variis metrorum carmi-
 numque generibus, nunc ore vno, nunc alternis
 non sine decoris & religiosi gestibus atque ac- B
 centibus modo stantes, modo prorsum, retror-
 sumue passum mouentes, utcumque res postulat.
 Deinde postquam uterque chorus seorsum ex-
 pleuit se his deliciis, velut amore diuino ebrj
 vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitati-
 onem illius olim instituti in rubri sinus littore,
 quando correpti numine viri pariter ac mulie-
 res, & in vnā choream conglomerati hymnis
 gratias Seruatori Deo canebant, præcinente viris
 Moyse propheta, Mariamne verò prophetide
 fœminis. Ad horum maximè imitationem hic
 Therapeutarum, Therapeutidumque chorus com- C
 positus, & mixtis ad graues virorum acutis fœ-
 mineis vocibus concinnè temperatus concentum
 reddit suauissimum, verèque musicum. Hacten-
 us Philo. Quod si istis Therapeutis Ma-
 riam in psallendo imitantibus tribuamus
 tympanum, quo illa, de prisco utique mo-
 re, utebatur, illos sanè licebit nobis perspi-
 cere indignè prorsus delitescentes sub Græ-
 corum

A corum fabula de Curetibus, seu Idæis Dactylis, & Corybantibus, quos Iouem aluisse ferunt, & ne vagitu puer proderetur, id est, ne Deus in mortales irasceretur, clypeolis æneis inter se concursantes, æris tinnitu, & numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est Saturnum celauisse, id est, suis hymnis ac psalmis iratum numen sæpe placasse.

C A P V T X I.

B *A prædicto Deum inuocandi ritu ab Enos inuento & ex aliis indiciis, nec non ex Hebræo textu Genesis colligitur Enoscem instituisse sodalitatem religiosorum, qui dicebantur Enoscæi, postea dicti Essæi vel Esseni.*

C **Q**UAMVIS psallere, hymnosque cantare Deo in publicis cōuentibus nunc non ita peculiare sit religiosis & monachis; quin aliis Ecclesiasticis, utpote, sacerdotibus in parochiis, & Canonicis in suis Ecclesiis collegiatis etiam primò & principaliter pertinere videatur, etiam iuxta priscum Enoscis institutum, quod primum, sine dubio filii Dei, qui priùs fuerant à patre Setho ordinati,

a cap. 7.
Enoscaorum
 institutu cō-
 muni aliorū
Ecclesiasti-
corum vita
 strictius erat,
 in tribus.

b Hebr. 11.
 37.
 c 4 Reg. 1.
 8.
 d Matth. 3.
 4.

e lib. 15. de
 Ciuit c 21.
Augustini
 de Enos en-
 comium.
 f lib. de re
 lig. domib.
 tit. 19. c. 151.
 a lib. 3. de
 doctrina fi-
 dei cap. 1.
 art. 1.

dinati, proposuit. Nihilominus patet ex A
 præcedentibus ^a strictiorem quandam vitæ
 normam instituisse, quæ suam à communi
 filiorum Dei modo viuendi distinctam for-
 mam præ se ferebat, idque in tribus quæ
 collegimus iam ex illis iuxta Hebr. verbis:
Isti sunt illi strenui qui à seculo Enoscai nomine.
 Primum est, quod ob singularem, maiorem-
 que præ cæteris filiis Dei ad extra grauita-
 tem, & fortasse etiam in vestitu (quem pro-
 pter primi Adæ diuinis manibus confecti
 vestimenti reuerentiam, in toto vel in parte
 pelliceum fuisse ferè probant verba Pauli ^b B
 de *pellibus caprinis* antiquorum: item zona
 Eliæ ^c & Ioannis vestimentum ^d) mutatio-
 nem, cum quadam emphasi, quæ apparet in
 Hebræo, dicebantur *Gibborim*. Secundum
 est, quod vbi alij filij Dei more nostrorum
 Ecclesiasticorum cum populo, & sæculari-
 bus morabantur, & conuersabantur: isti à
 mundo segregati monasticam vitam age-
 bant. Quod breuiter continent ista verba,
Qui à seculo. Tertium, quod vbi discipuli
 Seth & Ecclesiastici generaliter dicebantur
 filij Dei: isti ab institutoris nomine vocan- C
 tur *Enoscai*. Horum secundum agnoscere
 videtur Augustinus ^e, cum dicit: *Enos tam*
sanctum fuisse, ut vani nominis gloriam non
quassisset in terris. Ad tertium respexit Tho-
 mas Waldensis ^f, cum ait: *Enos primum me-*
ruisse originem fuisse in forma religiosorum per-
sectorum in statu nature. Quod ante dixerat
 pluribus alibi ^g. Et certè, istos priorum sæ-
 culorum

A culorum religiosos *perfectorum* nomen habuisse constabit ex sequentibus ^a.

a lib. 2. c. 1.

Notandum igitur, quod octo filiorum Dei peculiare sodalitates, seu congregationes in Ecclesia fuisse legimus: quarum duæ fuerunt à mundi principio, hoc est, à temporibus

Filiorum Dei octo fuerunt sodalitates speciales ab Enos usque ad Christum.

Enos usque ad diluuium, nempe Enoscæorum & Cinæorum: duæ à diluuiio usque ad Moysen, nimirum Cenescæorum & Hebreorum: à Moysè verò usque ad Christum, quatuor: scilicet, Nazarcæorum, filiorum Prophetarum, Rechabitarum & Essenorum. Quibus

B iungere possemus Saducæos & Phariseos, qui eiusdem erant instituti: & præsertim Pharisæi, de quibus ait Christus: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei*, &c. ^b Sed

b Matth. 23. 2.

quia de perfectione & prima institutione filiorum Dei nunc agimus, à qua Pharisæi multum deflexerant; Saducæi verò erant hæretici, & Esseni iidem erant (vt videbimus) re & nomine ac Enoscæi: Rechabitæ autem solo nomine differebant à filiis Prophetarum idcirco duas duntaxat à Moysè usque ad Christum peculiare filiorum Dei congrega-

c lib. de vita contemp. d 2. de bello lud. c. 7.

C tiones extitisse dicendum est: *Nazarcæorum*, videlicet, & *filiorum Prophetarum*. Sed iuxta instituti nostri & temporis seriem ab Essenis sermonis initium ducendum est.

e Tom. 1. Annal. f de Scrip. tor. Eccles. g lib. 1. hist. c. 16. & 17. h Heres. 29. i de Instit. cap. 5.

De istis amplissimè tractat Philo ^c post Iosephum ^d, quos Baronius ^e tenet fuisse Christianos vt asserunt Hieronymus ^f, Eusebius ^g, Epiphanius ^h, Cassianus ⁱ, Chrysostomus ^k, Beda ^l, Sozomenus ^m, & Nicephorus.

k Hom. 4. in Acta. l Præfat. in Marcum. m lib. 1. hist. cap. 16.

a lib. 2. c. 55. phorus^a. Scio alios aliter opinari, & vetustiores Essenos illos fuisse, quorum mox patebit rectitudo sententiæ. Ego Christianos quoque fuisse censeo: sed qui multos ab Essenis mutuabantur psallendi, Deumque colendi ritus: & consultè credit Abulensis ab Essenis libenter Christi receptam doctrinam, quos ne verbo quidem Christus reprehendisse vnquam legitur: cum Phariseos & Saducæos creberrimè, asperrimè iustissimè-

Christus & Ioannes Essenorum vitam obseruauerunt.

que arguerit. imo propter piissimum, sanctissimum & antiquissimum filiorum Dei, ad Christum venturum naturalem Dei filium analogiam habens, institutum tandiu, tamque fideliter ac religiosè seruatū in eis, facillè crediderim Christum ipsum & Ioannem eius præcursores Essenorum duxisse vitam, vt ex mox dicendis apparebit credibile. Atque vt ab illorum incipiamus nomine, dum in illo referendo tam anxij, variique ac dubij reperiuntur expositores, vt nonnulli Essæos, alij Iessæos, alij Essenos, alij cum Iosepho Ossæos, & alij Hestæos nominent: quis non videt ad vetustissimum ac legitimum *Essæorum* nomen omnia ista auide propendere? Certè multo facilius erat isti sodalitati Christi temporibus recentius & longè posterius *Hassideorum* nomen in sua integritate seruare,

b Antiq. lib. 13. cap. 18.

c Ps. 4. 4. 11.
2. 15. 10. 49.
5. 51. 11. 88.
20. 132. 9. &
144. 17.
d Ps. 49. 5.

quod pro eiusdem instituti viris passim legitur in Psalmis, e quam tam inconstanti nomine eos appellare. De Hassidæis illud est; *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia*. Item, *Posuerunt*

morticina

A *morticina seruatorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ* ^a. a Pf. 78.2.
 Vbi Genebrardus, *Sancti*, ait, *hoc loco vocantur professione religionis & fidei, & non tantum ratione fidei & morum*. Posterioribus licet temporibus huius sodalitatis homines hoc etiã nomine vocati sint apud Iudæos *הַסִּידִים* *Hafidim*, vt mox constabit.

Alio quoque nomine nūcupabantur nempe, *הַשִּׁינִים* *Hascionim*. In cuius etymone quærendo anxiantur admodum interpretes, atque rostro vnguibusque trahentes quidam
 B deducunt à verbo *שָׂנָה* *sciãna*, quasi fecundantes sint, id est, secundi ab *Hafidæis*. Alij trahunt ab *חִשְׁבֹן* *Hhoscien*, quod significat *rationale iudicij* appensum in pectore summi Pontificis ^b. Nonnulli verò deriuant à Chal- ^b Exod. 25: *dæo* *חִסְיָנָה* *Hhesinab*, id est, fortis ac robustus. 7;

At cesset, quæso, anxietas, vbi tanta veritatis similitudo se prodit. Ab illo namque tempore, quo huiusmodi viri à primo eorum institutore *Enos* vocati sunt *Enoscei*; & qui postea aliqua præ aliis erant eminentia, *In nomine Essenorū quo pacto & quãdo alteratio facta est.*

Enoscim, vel *Eniacim* appellati sunt, & vox
 C *אֲנֹשְׁעִים* *Enosce* præter Metathesim passa est in punctis alterationem: ita vt pro *Enoscim*, legeretur *Hascionim*. Quod autem posterioribus sæculis sic vocarentur *Esseni*, testis est Iosephus Goriomdes in ea historia quam Hebraicè conscripsit de rebus Iudæorum, qui sic habet ^c: *Et etiam* *הַשִּׁינִים* *Hascionim*, ^c lib. 5. c. 25: *qui* *לְהַסִּידִים* *Lehafidim*, non adduxit Herodes ad Iuramentum, propter Menahem *hascioneh*,
 qui

qui לְהַסִּידִים *Lehasidim*, ad *Hasidaeos* spectabat: A
 quia ipse *Menahem* vir iustus & sapiens fuit in
 diebus istis. Cum igitur *Esseni*, *Hasidæi*, &
Hascionim iidem sint; atque, ut dictum est,
 & mox declarabitur, sanctum *Enoscis* insti-
 tutum, id est, arctior quædam filiorum *Dei*
 disciplina seruata sit à filio eius *Cainam* in
 suis discipulis, qui propterea *Cinæi* sunt ap-
 pellati; & ab istis ad *Cenezæos* deducta sit;
 à *Cenezæis* ad *Hebræos*; ab *Hebræis* ad *Na-
 zarenos*, à *Nazaræis* ad *Rechabitas*, quos sub-
 sequuti sunt *Esseni*: sponte deinceps cacu-
 tuerunt, qui *Essenorum* & *Hascionorum* nomi-
 na fuisse corrupta, vel alios quàm *Enoscæos*,
Patriarchæ Enoscis disciplinæ sectatores esse
 negauerit. B

Alio id robustissimo probatur argumento,
 ab *Essenorum* antiquitate mirabili: quæ non
 ad alia quam priora mundi sæcula referri pos-
 se videtur, iuxta quod de illa sic scribit *Pli-
 nius*^a: *Ab occidentali Asphaltita littore Esse-
 ni, quos fugiant usquequaque nocentes, Gens sola,
 & intoto orbe præter ceteras mira sine vlla fæ-
 mina omni Venere abdicata, sine pecunia, socia
 palmarum per sæculorum millia (incredibile C
 dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur &c.*
Solinus vero: *Interiora Iudææ, inquit, quæ oc-
 cidentem contuentur Esseni tenent, qui prædii
 memorabili disciplina recesserunt à vita Gen-
 tium vniuersarum, maiestatis, ut reor, prou-
 dentia ad hoc destinati. Nulla ibi fæmina, Vene-
 re se penitus abdicant, palmis victitant, nemo
 ibi nascitur: nec tamen defuit hominum multi-
 tudo.*

^a lib. 5. c. 17.

A tudo. Locus ipse addictus pudicitia est, ad quem plurimi licet undique Gentium properant: nullus admittitur nisi quem castitatis fides & innocentie meritum prosequatur. Nam qui reus est vel levis culpa quamuis summa ope adipisci ingressum velit, diuinitus submouetur. Itaque per immensum spatium seculorum, incredibile dictu, aeterna gens est. Quæ vltima verba & alia Plinij familia nunc vrgeo, vt violentam inde coniecturam eliciam, iam à mundi principio, vtpote, ab Enos Adami nepote & nomen & institutum Essenos accepisse: il-

B lamque constituisse familiam & sodalitatem, de qua Flavius Iosephus^a sub nomine vnus tribus ita disserit: *Itaque vna sacrarum tribuum accita, quæ Eniacim appellatur, Pontificum fortiebantur, casuque sic exiit homini per quem maxime eorum iniquitas demonstrata est Phani cuidam filio Samuëlis, &c.* Præter Essenorum antiquitatem & nominis eorum cum Enoscæis similitudinem, vt eiusdem instituti fuisse credamus, credendumque præbeamus, suadet in primis, ac penitus vrget admirabilis in modo viuendi vtriusque sodalitatis identitas & acoluthia. Sed antequam distinctiùs illam ostendamus, Enoscæorum nomen enucleandum est, postquam ex sacri codicis originalibus illud legerimus: non tamen sine modica Masoreticorum punctorum alteratione. Quæ tanti faciendæ, adeoque reuerendæ censeo, vt qui leuiter illa contemnunt, vel dicitariis lace- rant tanquam parum prudentes, sed nimium

a 4. de bel
Iudai. 5.

Masoretarū
apices nō le-
uiter cōtem-
nendi.

fibi sapientes despici mereantur. Ast meæ in hac parte mutationis paruitas, cum argumenti grauitate rerumque verisimilitudine collata, nec non meæ simplex, humillima, & citra omnem fastuosæ assertionis tenacitatem propositio sententiæ facilè mihi ab æquo rerum iudice, prudentique lectore conciliabit veniam.

Gen. 6.4.

Enosæorum igitur nomen inuenio in illis iuxta Hebr. verbis, prout illa transtulimus: *Isti sunt illi strenui, qui a seculo, Enoscai nomine*. Quæ verba ferè ab omnibus de gigantibus intelliguntur, de quibus paulò ante dictum est, *Gigantes autem erant super terram in diebus illis*, &c. Quod gratis omnino fit. Siquidem, vt iam diximus, pronomen *isti*, & tota clausula ad illos vtique refertur, de quibus immediatè prius dicitur; *Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt*. Quibus verbis vna inter alias proponitur diuinæ erga mortales iracundiæ causa, magnùmque totius humanæ corruptionis argumentum: quod etiam illi, qui sanctissimum filiorum Dei institutum profitebantur, eo peruersitatis deuenerant, vt contra Dei placitum cum Cainiæ sectæ mulieribus matrimonia contraherent. Continent enim ista verba quandam energiam & hypotiposim, qua ex personarum dignitate facti turpitudine lectoribus indicatur. Ac si post maximum aliquod in Ecclesia scandalum, de iis qui illud perpetrarunt, diceretur: *Isti sunt, qui tantam profitentur*

A tentur sanctitatem, qui diuinis continuo vacant laudibus, qui à mundo semoti illum penitus spreuisse videbantur, qui cum per urbem incedunt omnes sua modestia, & grauitate in admirationem trahunt. Tria igitur præsertim indicare voluit Moyses in illis verbis, quæ notanda sunt. Primum est nomen *Gibborim*, pro quo Latinus habet *potentes*: de quo nos iam egimus ^a. Hac autem ^{a cap. 8.} vnica voce voluit Moyses tam exteriorem grauitatem & decentiam, quam interiorem filiorum Dei sanctimoniam & modestiam

B comprehendere. Quæ tanta olim erat, vt mirabiles omnibus essent. Vnde factum est, vt *mirificare Nazaraos* ^b, & *mirificare* (al. ^{b Num. 16.} segregare) *sanctum suum* ^c (Hebr. ^{18. iuxta} חסיד ^{Hebr.} lo, *sanctum sibi*) idem sit, ac *Hasidæum* & *Nazarænum* consecrare. ^{c Pf. 4. 3.} Priscæ huius grauitatis specimen aliquod videre est apud Philonem ^d. cum ita loquitur de Religiosis Therapeutis, *septimo die conueniunt, inquit, in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem confidunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus bar-*

C *bamque, sinistram applicatam lateri: tum progressus in medium natu maximus & dogmatum eius sectæ peritissimus differit vultu ad grauitatem composito, voce moderata, &c.*

Secundum est illud, à *seculo*, sed vt translulimus, qui à *seculo*. Ex priori autem versione multi, & ferè omnes existimant significari illos, qui dicuntur *Gibborim*, à mundi principio originem habuisse. Quod licet sit

verissimum, vt sæpe iam vidimus: ex his A
 tamen verbis hoc perperam elicitur. Tum
 quia hoc repetere superuacaneum esset, nam
 paulò ante expositum est tempus quo erant
 isti Gibborim, illis nempe verbis: *Cum cœ-*
pissent homines multiplicari super terram^a: tum
 quia si talis esset sensus, satis fuisset in He-
 bræo absque pronomine, vt Vulgatus habet,
 dixisse, *Isti sunt strenui illi à seculo*. At cum
 habeat prototypus cum relatiuo pronomine
qui à seculo, vult significare nomen *seculi* non
 pro tempore hic accipi: sed pro mundo &
 mundanis hominibus, à quorum contuber- B
 nio viuendique modo isti Gibborim sepa-
 rati penitus erant. Et hoc non sine myste-
 rio, sed sapientissimè: vt qui ad hoc insti-
 tuti erant à Deo, vt Cainitas, qui erant *homi-*
nes ad seculum, seu sæculo penitus addicti,
 quemadmodum illos in Sacra scriptura vo-
 catos probauimus^b, confunderent ac fun-
 ditus euerterent, vitam mundanis & sæcu-
 laribus prorsus oppositam ducerent in soli-
 tudine. Eo nempe modo, quo eorum secta-
 tores, imitatores, & discipuli Cinæi Ce-
 nezæi, Hebræi, Nazaræi, Rechabitæ, & ri- C
 gidiores Esseni vixisse leguntur, vt videbi-
 mus. Et præterea, cum Deus his verbis in-
 tendat ex instituti horum Gibborim san-
 ctitate peccati eorum grauitatem ostendere,
 propter quod tantopere iratus est in genus
 humanum: si per hæc verba *qui à seculo* ali-
 quam vitæ eorum excellentiam, *utpotè* an-
 tiquitatem vellet ostendere, nihil prorsus
 faceret,

^a Gen. 6. 1.

^b cap. 7.

A faceret, imò falsum diceret, & ei quod nuper dictum fuerat contrarium, nempe his verbis *Cum cœpissent homines multiplicari super terram, &c.* quibus manifestè ostenditur istam sodalitatem, vel istos Gibborim novos tunc ac recentes extitisse non antiquos.

Tertio sequitur in editione Latina *viri famosi*: in aliis autem *viri nominis*, seu *viri nominati*, iuxta Septuaginta, qui transtulerunt, οἱ ἀνδραγαθοὶ οἱ ἐνόμαστοι. De quibus non dubito Sapientem loqui, cum ait: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit* ^a. Verumenimvero quod in

prototypo Geneseos ^b legitur nūc אֲנֹכִי וְאֵשֶׁתִּי ^{a Eccl. 39. 2. b cap. 6. 4.}
Anscie hasciem, viri nominis, ante Masoretarum apices optimè legi poterat אֲנֹכִי וְאֵשֶׁתִּי
Enoscie hasciem, Enoscæi nomine. Quod autem licita nobis sit ista lectio ob id potissimum credo: quod si Cainan Enoscis filius & paternæ traditionis æmulator, & doctor habuit discipulos, qui ab eo dicti sunt Cinnæi; & si Ascenez pronepos Noë ^c eiusdem

C vel Enoscis vel Cainani inhærens vestigiis assecras ab eo dictos Cenezæos habuit; & ab Heber eiusdem professionis discipulorum magistro nomen habuerunt Hebræi, ut videbimus ^d: quanto magis & iustius Enoscis ^{d cap. 12. & 13. & lib. 2. cap. 2.}
 sectatores vocabuntur Enoscæi, cum ipse sit primus qui cœpit inuocare nomen Domini? Id est, diuini nominis inuocationem palam colere, seu excellentiùs quàm vulgus soleret

certas ceremonias, & precum formulas adhibendo ex institutione patris sui Seth ut vidimus ^a, & rite exponunt post Lyranum, Abulensem, Pererium, Lipomanum in Catena, Del Rio, Vatablus, Rupertus, Sa & Sallianus. Quibus addo, hoc eo modo fecisse, quo postea ab eius discipulis Cinæis, Cenezæis, Hebræis, Nazaræis & Rechabitis obseruatum est. Ideoque optimè Waldensem dixisse, quod *Enos primus meruit originem fuisse in forma religiosorum perfectorum in statu natura.*

^a cap. 9.

*Enoscæorum
qualis viuendi
modus.*

^b Hom. 20.
in Genes.

Hoc autem Enoscæorum nomen in Scriptura perspexisse declarat his verbis Chrysostomus ^b: *Et quamuis (Seth) non natura, attamen ob voluntatis intentionem ac iudicium etiam qui ex eo nati sunt in genealogiis recensentur. Et sicut hic Enos vocatus est eo quod inuocauit nomen Domini Dei: sic & qui ex eo deinceps ducunt originem eandem sortiuntur appellationem. Videtur enim sanctissimus & doctissimus pater eodem modo & sensu loqui de priscis illis filiis Dei, quo Euangelista de iis, qui post Christum filij Dei per gratiam nominari & esse debebant ^c, Dedit eis, inquit, ^C potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt ^d. Nempe, ut quemadmodum Cainitæ seu filij hominum non ita vocati sunt ex eo quod à Cain progeniti sunt secundum carnem, ut plurimi existimarunt, cum etiam aliquos ex Sethi, Enoscisque filiis carnalibus*

^c 1. Ioan. 3.1

^d Ioan. 1.

A bus ad Cainitarum sectam aduolasse credibile sit, qui hac ratione verè filij hominum & Cainitæ dici poterant: ita certè Enoscæi non ob carnalem originem tale nomen sortiti sunt: sed ob id solùm, quod sanctam eius amplexati sunt disciplinam.

Vnde colligo, & vt verisimilitudine plenum existimo, nomen quod passim legimus **אנוש** *Anascim*, cum in suo singulari **אנוש** *Enos* non nisi miseriam, obliuionem & abiectiõnem importet; & tamen in suo plurali vix pro aliis vsurpatum occurrat, quàm
 B pro illustribus & spectabilibus viris, siue diuino ministerio mancipatis & consecratis, vt erant Leuitæ, Sacerdotes & Prophetæ: siue aliqua sæculari dignitate conspicuis, aut in bello strenuioribus ab Enoscæorum tempore honoris & excellentiæ accepisse notionem: & fortasse potius **אנוש** *Enoscim*, id est, *Enosceni*: quàm **אנוש** *Anascim* esse legendum: vel **אנוש** *Enoscie*, id est, *Enoscæi*, quàm **אנוש** *Anscie*, quod interpretantur *Viri*. Imò, crediderim, quod vbicunq; hæc vltima vox reperitur, non sit in regimine, vt
 C Mercerus & alij putant: sed vere nomen patronimicum, nullos alios viros significans, quàm Enoscæos, & pro illis tantùm semper supponat, quorum institutum longè, latèque diffundebatur, illustreque nomen erat: sed præsertim apud Israëlitas inter quos magnus illorum erat numerus, tam inter sæculares, quàm inter Ecclesiasticos. Duplex enim ordo illorum erat, nempe sæcularium & Eccle-

Nomen Heb. Anascim quid importet, & vnde eius etymon.

Enoscæorum duplex ordo, Ecclesiasticorum & sæcularium.

fiasticorum : sicut duplex obseruantia : vna A
 rigidior, qualis nuper à Plinio & Solino bre-
 uiter descripta est sub nomine Essenorum,
 quorum instituti mox breuis descriptio fiet:
 altera liberior, ex qua posterioribus sæculis
 erant strenui illi nobiles & opulenti Duces
 Machabæi a. Vtramque obseruantiam latè
 describit Iosephus b: & post illum Philo c
 sub nomine Essenorum.

a 2. Mach.

14.6.

b 2. de bel.

Iud. cap. 7.

c lib. quod
 omnis pro-

bus liber.

d cap. 16.2.

De istis intelligo quod legitur in libris
 Numerorum d: *Surrexerunt contra Moysen
 alij filiorum Israël ducenti quinquaginta viri
 proceres Synagoga, & qui tempore concilij per* B
nomina vocabantur. In qua sententia vtrum-
 que nomen habetur in Hebræo : nempe sim-
 plex *Enoscim* (cui Latinum *Esseni* responder) B
 pro quo Vulgatus transfert *viri proceres*, ad
 denotandum generaliter præstantiam ac præ-
 cæteris excellentiam, nobilitatem, aut digni-
 tatem eorum qui rebellarunt : & patronimi-
 cum *Enoscie* (cui quadrat Latinum *Essæi* si-
 ne n.) quo specialiter indicatur quosdam ex
 illis insuper extitisse ex illa sanctissima ac
 piissima *Enoscaorum* sodalitate : vt peccati
 eorum grauitas magis appareat. Proinde, ita C
 ad verbum legerem : *Quinquaginta & du-*
centi viri illustres, cæuis vocati conuentus Enos-
cei nomine. Id est, qui erant ex sodalitate &
 cænobio eorum, qui dicuntur *Enoscæi*. Ex
 illis erat Elcana pater Samuëlis, vel saltem
 Anna mater eius cupiebat, & vouit vt filius
 eius ex illa sancta esset progenie ac familia,
 cum sic orabat coram Domino: *Domine exer-*
cituum,

A *citium, si respiciens videris afflictionem famule
 tuae, dederisque serua tuae sexum virilem (iuxta
 Hebr. semen Enoscim) dabo eum Domino om-
 nibus diebus vita eius*^a. Vbi etiam Pagninus
 a 1. Reg. 1.
 fateri cogitur agi de viris rectis & aptis,
 quorum semen rectum est, vt detur Domi-
 no. Alia hîc assignantur loca^b. Alium pro
 b 1. Reg. 2.
 sæcularibus Enoscæis hic solum adducam,
 23. & 17. 12.
 tanto magis vero similem, quanto (vt an-
 tea^c vidimus) Abraham institutum filiorum
 c cap. 6.
 Dei accepit coram Deo, antequam solen-
 ne cum eo pactum illud iniret de eius mul-
 B tiplicanda prole: quando iam tum in domo
 Abram, tum circa illam essent quidam viri
 sæculares, qui (sicut postea Machabæi^d) iuste
 d 2. Mach.
 14. 6.
 & sanctè viuentes dicebantur Enoscæi, vt
 constabit ex sequentibus^e. De quibus illud,
 e lib. 3. cap.
 1. & 2.
*iuxta Hebr. intelligendum censeo: Et om-
 nes viri (Hebr. Enoscie) domus illius tam ver-
 naculi (proprie nouitij, vel initiati) quam em-
 pruij & alienigenæ pariter circumcisi sunt*^f. Et
 f Genes. 17.
 17.
 tunc videtur impletum fuisse in Abraham
 quod paulò ante promiserat ei Deus quasi
 constituens eum moderatorem & Archi-
 C mandritam Cinæorum, Cenezæorum & Re-
 phaim^g qui omnes erant filij Dei & Enos-
 cæi, vt Raphaim iam vidimus^h, & de alijs
 g Genes. 15.
 19.
 posteaⁱ visuri sumus. Denique in omnium
 h cap. 8. &
 9.
 sacrorum librorum antiquissimo Iobi libro^k
 i cap. 13.
 inuenio nomen *Enoscim*, vel *Enoscie* decem
 k cap. 4. 13.
 vicibus vsurpatum non pro alijs, quam pro
 32. 1. 33. 15.
 huiusmodi viris, qui vel Consultores erant,
 19. 27. 34. 10.
 id est, Prophetæ, vel de alijs Ecclesiasticis &
 34. 36. 34. 37.
 7. & 14.

diuino seruitio mancipatis hominibus.

Ex quibus infero, eos qui postea dicti sunt Esseni, vel Essæi non alios esse quam eos, qui ab Enos filio Seth primis temporibus Enoscæi vocabantur: & quod ob tanti viri & soldalitatæ eius admirabilem sanctitatem vbi-que diffusum nomen *Enos*, quod in suo singulari nihil nisi miseriam sonat, in suo plurali honoris & eminentiæ notionem accepisse: quemadmodum ab vno Cæsare omnes Imperatores deinceps Cæsares honorificè vocati sunt.

a cap. 10.
quæst. 10.

Restat Essenorum strictioris obseruantiaë institutum, quod ex Iosepho & Serario Becanus breuiter compegit in libro de Analogia veteris & noui testamenti^a, hic transcribere. Præcipua illius capita fuerunt hæc: I. Abhorrebant à voluptate & viuebant cælibes. II. Habebant bona communia more Religiosorum. III. Non utebantur famulis, sed sibi ipsi ministrabant. IV. In victu sectabantur austeritatem. V. Albis utebantur vestibus. VI. In qualibet vrbe erant multi simul. VII. Maxima apud eos hospitalitas. VIII. Sine viatico faciebant iter, quia vbi-que fere inueniebant suæ sortis homines à quibus gratuitò habebant hospitium. IX. Peculiari ratione dediti erant pietati. X. Mane ante Solis ortum nihil profani loquebantur: sed precibus & orationibus erant intenti. XI. Post preces quisque conferebat se ad suos labores. XII. Deindè iterum in vnum collecti, & lineis velaminibus præcincti,
frigida

A frigida aqua se lauabant & purificabant.
 XIII. Post hanc lotionem ibant modestè
 ad cœnaculum. vbi sacerdos ante & post ci-
 bum orabat reliquis astantibus. XIV. Fi-
 nito prandio redibant ad consuetos labores.
 XV. Quibus finitis, eo ritu cœnabant, quò
 antea pransi erant. XVI. Seruabant ac-
 curatè silentium. XVII. Nihil ferè age-
 bant, nisi ex Curatorum suorum imperio.
 XVIII. Sine Curatorum facultate nihil
 consanguineis poterant dare. XIX. Nou-
 tios quadriennio probabant. XX. Accura-
 tè seruabant Sabbatum. XXI. Credebant
 animarum immortalitatem. XXII. Ali-
 qui inter illos futura prædicebant.

CAPVT XII.

*De Cainan filio Enos, & de secunda
 ante diluuium peculiari filiorum Dei
 sodalitate quæ à Cainan Cinæo-
 rum dicta est.*

C **E**X sacro Geneseos textu ^a discimus, vi- ^a cap. 5. 9.
 Exisse Enos 90. annis & genuisse Cainan:
 vnde annos absolutos numerando colligitur
 Cainan natum fuisse anno mundi 326. Hunc
 à patre familias puto missum ad vineam
 suam hora nona incalescente iam nimis fi-
 liorum hominum, qui *caro* dicuntur, libi-
 dinis

dinis æstu, atque supra modum flagrante il-
 lorum auaritiæ, ambitionis, crudelitatis, ty-
 rannidisque flamma: de qua sic scribit Iose-
 phus ^a: *Ceterum, inquit, superstitie etiam tum*
Adamo Caini soboles sceleratissima euasit, dum
posterior quisque fit deterior, nec solum imitatur
priorum vitia, sed ea superat. interim nec à bellis,
nec à latrociniis temperando. Et qui à cadibus
abstinebant, alioqui auarè, & superbè apud suos
viuebant. Quæ verba consultè à Saliano refe-
runtur ad annū mundi 461. Cainan verò 136.
 Sed quodnam aptius, vel oportunius potuit
 Deus tantis malis dare remedium, quàm B

Enoscai vi-
sã contem-
platinã, Ci-
nei mixtam
profitebatur.

priori Carthusianorum, vt ita dicam, Enos-
 cæorum religiosæ sodalitati aliam adiunge-
 re, aliudque Minoritarum Cinæorum no-
 mine institutum suscitare, quod forsitan ali-
 quid de prioris solitudinis remittens & in
 publicum audacter prodiens suæ castitatis
 exemplo: Venereis sese furiis vndique bac-
 chantibus opponeret: audaciam & crudeli-
 tatem sua humilitate ac benignitate confun-
 deret; bellorumque turbines, & seditio-
 num popularium fluctus diuini sermonis,
 qui *uiuus est; & efficax. penetrabilior omni gla-*
dio ancipiti ^b, efficacia comprimeret, ac se-
 daret. Sed vnde colligis, inquires, tale Ci-
 næorum genus fuisse viuendi, & illos actio-
 nem Marthæ Mariæ silentio copulasse? Hoc
 & multa alia non puto male deducere ex
 huiusmodi iuxta Hebræum à Balaam ad eos
 directis verbis: *Cinæ robustum est habitacu-*
lum tuum, & pone in petra nidum tuum. Quin-
1170,

^b Heb. 4. 12.

A *imo, erit ad depascendum Cain.* ^a Instituti ergo ^a Num. 24.
à Deo sunt Cinei ad confundendum, per- ^{21.}

dendū penitusque conterendum filios Cain,
filios hominum, homines ad sæculum. Sed
ô Balaan, nonne ad hoc etiam instituti sunt
Enosæi, vt nimirū homines sæculo addicti
à viris separatis à sæculo confunderentur, &
coram silentium seruantibus *omnis* tumul-
tuans *iniquitas oppilaret os suum?* ^b Imò, quo- ^b Ps. 106. 41.

B inquam, Cinæus erga Cain & asseclas futu-
rus est sicut Israël erga paganos: de quo scri-
ptum est; *Ita delebit hic populus omnes qui in*
nostris finibus commorantur, quo modo solet bos
herbas vsque ad radices carpere. ^c Nempe, ^c Num. 21.

Cainan vel in sibi imposito nomine iugiter ^{4.}
recordetur ad hoc in hunc mundum venisse,
vt præsertim per prædicationem quasi ore ^{Verisimile}
deuoret, depalcat, ac penitus deglutiat Cain. ^{est Cainam}
Robustum præterea valde est, diuque admo- ^{nomen acce-}
dum duraturum, quod ab institutore non ^{pisse propter}
nisi grandæuo, annorum videlicet 136. post ^{Cain quem}
multas in solitudine, & silentio cum Patre ^{depasturus}
effusas pro mundo pereunte lacrymas, in- ^{erat.}

C multas in solitudine, & silentio cum Patre
effusas pro mundo pereunte lacrymas, in-
stitutum est. Sanè super firmissimam pe-
tram stabilitus est aquilinarum istorum re-
ligiosorum nidus & habitaculum: quod
non nisi post longam rei discussionem, san-
ctissimique ac sapientissimi patris Enos sæ-
pius repetitum, vel potius vltro datum su-
per hoc consilium, quod præsentibus gra-
uissimis

uissimis & vrgentibus malis peroptimum
 præpararet remedium. Consilium, inquam,
 non præceps aut temerarium: sed à longo
 tempore diuina inspiratione susceptum, qua
 eadem cum qui Cain & sectam eius erat
 depasturus, penitusque voraturus in natiui-
 tate Cainan voluerit (vt arbitror) appellari.
 Et vt hoc habitaculum tanquam Ecclesiæ
 Dei utilissimum magis ac magis roboraretur,
 diutiusque in suo splendore maneret: voluit
 Deus vt Princeps eius ac moderator ad mul-
 tos admodum, hoc est, 910. annos maneret
 incolumis: & vt illud inter manus sanctissi-
 mi Patriarchæ totiusque mundi ac pietatis
 reparatoris Noë eius discipuli tunc 179. an-
 norum nati cum totius Ecclesiæ regimine
 relinqueret, vt videbimus postea^a. Qui ad
 perpetuam tanti magistri memoriam, nec
 non ad tam sanctæ institutionis & ordinis
 conseruationem voluit (mea quidem sen-
 tentia) vt paulo post diluuium, nempe, an-
 no 38. primogenitus Arphaxad amantissimi
 magistri sui Cainan ad perpetuam eius me-
 moriam nomine donaretur: vt etiam suo lo-
 co videbimus^b.

^a lib. 2. c. 1.
*Alter Cai-
 nan cur sic
 vocatus est.*

^b lib. 2. c. 7.

^c lib. 1. Ma-
 cha cap. 7.
 13. & 2. 14.
 6.

Ex quibus licet optimè deducere ratio-
 nem, Cur Enoscæorum qui dicti sunt Esse-
 ni, alij in tam stricta solitudine, abstinencia,
 ac temperantia, vel etiam cœlibes viuebant:
 alij gignendis vacantes filiis bello & armis
 dediti negotiisque sæcularibus sub eodem
 nomine mediocritatis viam in mundo secta-
 bantur: quales fuisse Machabæos^c sæpe iam
 diximus

A diximus sub Asidæorum nomine, & Abraham sub Hebræorum titulo cum suis nouitiis & Torquatis, quos ad bellum, cum tempus esset deducebat, de quo postea ^a; in a lib. 3. c. 2. promptu causa est, quod quamuis prioribus sæculis Enoscæos aut Cinæos dælibem vitam egisse non sit credibile, quia hominum

multiplicationi vacare debebant: verumtamen tanta illorum pietas & solitudinis amor enituit, Cinæorum verò actiuorum tanta erga proximos charitas: vt cum humanum genus ultra modum creuisse visum est: ex duabus istis sodalitatibus ab eodem patre Enos originem trahentibus facile fuerit Essenos in duas huiusmodi separari classes: quarum vna contemplatiuam, altera vitam profiteretur actiuam.

Essenorum in duas partes diuisio vnde habet originem.

Isti apud me sunt Angeli Dei que nuntij seu legati missi per totum orbem terrarum, tam ab Adamo, quandiu vixit, quàm ab Enos & Cainan eorum patribus ac prælatis. De quibus intelligo illud Moysis ad filios Israël, iuxta Septuaginta: *Mementote diei sæculi* (Vulg. *Memento dierum antiquorum*, nempe, istorum) *intelligite iam annos generationis* (Noë) *generationum* (Adam) *interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat Altissimus gentes, quando disseminauit filios Adam* (quemadmodum Noë post diluuium, ad instar Adami, filios suos & nepotes per totum mundum disseminauit non antequam multiplicati essent) *constituit terminos gentium iuxta numerum*

Cinai fuerunt Angeli Dei, id est nuntij, & quando id contigit.

rum Angelorum Dei. nempe, Cinæorum, qui A
erant nuntij Dei postquam numerus eorum
creuit. Quod circa annum mundi & Ada-
mi 525. Cainan verò ducentefimum facile
mihi persuadeo contigisse. Isti sunt Angeli,
qui in hac sua prima institutione per totum
mundum missi vnus veri Dei Creatoris cœ-
li & terræ fidem, cultum & honorem præ-
dicantes, omnesque ad bonum virtutis stimu-

a Esa. 3. 7.

lantes *Angeli pacis* ^a verè dici poterant: quo-
rum sanctitas diu emicuit sub moderamine
istorum suorū institutorum Enos & Cainan:

b lib. 2. c. 1.

atque, vt postea ^b deducemus, vsque ad annum B
mundi circiter 1042. Et deinceps, cum ex
nimia viuendi licentia vitiiis & scandalis in-
fici se permisissent nomen duntaxat retinue-
runt Angelorum. quemadmodum Lucifer
& asseclæ post peccatum solam naturam &
eius dona conseruarunt. Ad quos tandem
reformandos tanquam Visitator generalis ac
Minister sanctissimus Enoch à Cainan mis-

c lib. 4. c. 30.

sus est, vt scribit Irenæus ^c: *Enoch, inquit,*
placens Deo, cum esset homo Dei, ex filius Dei,
legatione ad Angelos fungebatur. Isti sunt An-

d cap. 8. &
9.

geli, sed tunc peruersi ac deprauati, qui tum C
sub isto, tum sub gigantum, sed malè intelle-
cto nomine, vt vidimus ^d ingressi ad filias
hominum procrearunt ex illis gigantes, &
tot alia fecisse dicuntur, quæ prodigiosa ni-
mis & absurda atque impossibilia fabulosa-
que meritò visa sunt iis, qui hoc arcanum
nondum detexerant. Isti sunt Angeli, de
quibus ita scribit Hilarius ^e, *Fertur autem id*
de

*Qua de An-
gelis vel da-
monibus cū
filiabus ho-
minum facta
legūtur cur
meritò fa-
bulosa ha-
beantur.*

e in Ps. 132.

A de quo etiam nescio cuius liber extat (puto fuisse librum Enoch, de quo nos postea^a) quod Angeli concupiscentes filias hominum, cum de caelo descenderent in hunc montem (Hermon) maxime conuenirent excelsum. At ipsius libri Enoch verba paulo inferius^b explicabimus.

a cap. 14.
b ibidem.

CAPVT XIII.

Origo & veritas instituti Cineorum
probat^r ex Scriptura.

CIRCA annum mundi 2119. cum Abraham esset annorum circiter 81. paulo post insignem victoriam quam de Codorlahomor sociisque regibus reportauit, decem & octo annos antequam solenne pactum iniret cum Deo de futura prole cum praecepto de circumcissione statim post celeberrimum illud quod ordinauerat Deus sacrificium vaccae triennis, caprae trimae, arietis annorum trium, turturis & columbae: inter quorum omnium partes diuisas cum occubisset Sol, & facta esset caligo tenebrosa, apparuit clibanus fumans & lampas ignis transiens, pepigit Dominus foedus cum Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem Cineos & Cenezeos, Cedmoneos & Hethaeos & Pherezeos, Raphaim quoque & Amorrhaeos, & Chananeos, & Gergeseos & Iebuseos. Vbi nul-

c Genes. 15.
18. & 19.

H lus

lus expositorum omnia ista nomina tot riti- A
 bus, locisque distincta distinctas gentes &
 nationes non interpretatur. At iam constat
 ex dictis & apertius ex dicendis tria ex istis
 nominibus, utpote Cinæorum, Cenezæo-
 rum & Raphaim, non aliquarum gentium
 aut populorum sæcularium, sed filiorum Dei,
 seu ex prophetis constantium congregatio-
 num esse vocabula. Sed cum Deus septem
 duntaxat veras nationes totius terræ Cha-
 naan incolas nominare vellet, atque illas in
 duas classes distinxisset, in quarum prima
 sunt Cedmonæi, Hethæi, & Pheresæi: in al- B
 tera autem Amorrhæi, Chananæi, Gergesæi,
 & Iebusæi, unicuique classi proprios prophe-
 tas, filiorumque Dei congregationes præ-
 misit, iuxta nomina quibus illis temporibus
 apud illas nationes communiter appellaban-
 tur filij Dei, hoc est, viri Ecclesiastici, qui-
 que in illis regionibus curam agebant ani-
 marum: ab istis tanquam à capite, ad illos,
 tanquam ad alia ignobilia corporis my-
 stici membra suam dinumeratione inchoan-
 do. Quasi Deus diceret: Abraham, in po-
 sterioris tuis constituam te non solum caput & C
 moderatorem in spiritualibus super filios
 Dei qui sunt & habitant inter Cedmonæos,
 Hethæos & Pheresæos & ab eis vocantur
 Cinæi & Cinezæi: sed etiam quantum ad
 temporalia semen tuum possidebit omnes
 illarum gentium terras. Similiter præeris
 super omnes Ecclesiasticos, qui sunt apud
 Amorrhæos, Chananæos, Gergesæos & Ie-
 busæos

A busæos & ab eis dicuntur Raphaim: insuper illorum quatuor populorum regiones posteris tuis dabo possidendas & inhabitandas.

Quod autem talis sit mens verborum Dei ad Abram ex multis probatur. Primò, quod licet ex Scriptura apertè videri possit, passimque legatur sex illas gentes Hethæos, Pherezæos, Amorrhæos, Chananæos, Gergesæos, & Iebusæos veros esse populos, & septima, nempe Cedmonæorum de Moabitibus videatur intelligenda, apud quos erat urbs Cedimoth^a: at certè de Cinæis, Cenezæis, a Ios. 13. 18.

B & Rephaim non est qui ostendere possit ex Scriptura veras fuisse nationes sic appellatas. Secundò, iam antea^b vidimus nomen Ra-

phaim illud esse, quo Chananæi, id est, Galilææ Gentium incolæ & aliæ nonnullæ nationes & populi suos prophetas, filiosque Dei nominabant. Idem autem nunc tribuuntur Chananæis: ponuntur quoque Raphaim apud Philistæos^c: ergo non constituunt quendam aliquem populum aut gentem. Tertiò, de Cinæis probatur, quod apud vel circa Hethæos habitauerint: nam multa

C cœnobia & sodalitia illos habuisse in tribu Iuda in quibus psallebant, & alia Prophetarum munera exercebant constat ex Paralipomenis^d. Quod autem isti Cinæi non fuerint aliqua gens aut populus sæcularis: sed

Prophetarum eandem cum Rechabitis vitæ formam seruantium sodalitas, probatur multipliciter. Et primo quidem videbitur infra duos viros cognominatos fuisse Cinæos,

H. 22 nempe



a Iudic. 4.
11. & 18.
bibidem.

nempe Haber, cuius vxor occidit Sifaram ^a, A
& Hobal ^b, quem meritò Theodoretus, Paulus Burgenfis, Oleaster, Caietanus, Cornelius à Lapide, Salianus & alij Iethronis filium esse dicunt. At Hobal erat natione Madianita. Aut ergo Madianitæ erant Cinæi, & è contra, aut si Madianitæ sunt populi, vt verè sunt, aliquid aliud erunt Cinæi. Quid ergo? An familia ex quo Hobal carnali oriundus fit propagatione? Nequaquam. Siquidem vidimus quosdam Cinæos fuisse Iudæos & ex tribu Iuda. Alij quoque Cinæi erant apud Amalechitas vt mox videbitur. Cùm ergo B
Cinæus non sit nomen gentis, aut familiæ, & de pluribus natione longè distinctis prædicetur: erit nomen familiæ spiritualis & prophetarum, qui sub hoc nomine iidem esse dicuntur cum Rechabitis.

Secundum argumentum validissimum est: Quod cum Rex Saül ad bellum procederet contra Amalecitas, iuxta præceptum quod à Deo per Samuëlem de hoc acceperat, misit ad Cinæos, dicens: *Abite, recedite, at que discedite ab Amalech, &c.* ^c Quibus verbis facilis de loco ad locum transmigrationis denotatur, C
quæ prophetarum familiæ qualis erat Rechabitarum, facillima est, præsertim si nihil possident, minime autem vni ciuitati, vel populo, qui terras possessiones & agros non ita facilè deserit, nec tam citò ac fecerunt Cinæi ad Saülis imperium. Statim namque dicitur: *Quod recessit Cinæus de medio Amalech.* Præterea, si Cinæi essent aliqua natio

A ex gentilibus sicut erant Amalechitæ, non monuisset eos Saül, vt cauerët ac recederent; sed in eadem clade cum Amalechitis eos inuoluisset. At tanquam aliquos ex Dei populo illos seruare curat. Quòd si Saül grauissimè peccauit, & à Deo reprobatus est, eo quod non occidisset Amalechitas vsque ad internecionem: quid dictum ei fuisset à Deo per Samuëlem, si aliam inter eos habitantem seruasset nationem? At de ista Cinæorum seruatione ne verbum quidem diuinæ reperitur reprehensionis. Ergo erant saltem

B ex fidelibus & populo Dei: qui tanquam huiusmodi fecerant misericordiam cum Israël, cum ascenderent de Egypto^a. Quod valde notandum. Si enim fuisset integra natio fidelium non solum benignè recepisset fratres suos Israëlitas liberum eis concedendo transitum quod est (vt puto) misericordiam cum eis facere: sed illos in suam regionem admisissent: cum saltem eorum Sacerdotes & prophetæ (qui erant apud Idumæos, quales erant Amalechitæ ex Esau oriundi^b) non

C hæc est causa cur Cinæi qui erant inter Amalechitas, cum essent prophetæ & religiosi transeuntibus Israëlitis pro modulo suo benignè eos exceperunt & liberum permiserunt transitum, quem Amalechitæ negarunt resistendo eis, fortasse contra Cinæorum consilium, vel illis inconsultis.

Hæc & alia de Enosæis & Cinæis iam digesseram, cum ecce occurrit mihi doctissi-

a 1. Reg. 15.
6.

b Genes. 36.

12.
Cinæi quam
misericordiã
fecerunt Is-
raëlitis ve-
nientibus ex
Egypto.

mus ac diligentissimus sacrorum ex Scripturis mysteriorum indagator Nicolaus Serrarius, qui in suis super lib. Iudicum Commentariis exponens illa verba, *filij autem Cinci cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum fortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo*^a, mouet quæstionem, Cur isti Cinæi loco ad eò fertili, amæno & suaueolenti, qualis erat vrbs palmarum, id est, Hiericho, relicto, solitudinem petunt? An leuitate quadam huc illuc vagabantur? An Beniamitæ sua è tribu eos pellebant? Tandem post quæstionis multiplicem, sed minimè animum tranquillam solutionem, profert huius tenoris sententiam. Si animum, inquit, aduertere liceat, videbimus eos hoc ipso iam tempore vitam illam quæ veteris testamenti monastica quædam & anachoretica fuit, quæque apud Ieremiam^b (vbi videlicet refert institutum Rechabitarum) valde à Domino laudatur & stabilitur, inchoasse: ideoque locis frequentioribus & mollioribus desertis solitudines, è quibus in vrbes, tanquam in carceres, vt ait Epist. 8. Hieronymus ad Paulinum, interdum venire coacti sunt, captasse: in solis tabernaculis habitasse, prout cap. 4. (lib. Iudicum) de Habero dicitur vers. 11. Istud hîc olim pluribus monstrabam: sed quia me postea contigit de tribus Iudæorum sectis aliquid scribere, fuerunt necessarid transferenda illuc omnia. Quæ si ab vllò desiderantur, ea is inueniet lib. 3. Trihæresij cap. 9.

Laudatur
Serrarius.
a Iudic. 1.
16.

b cap. 35. 1.
2. 3.

A cap. 9. lib. 5. Minerual. cap. 11. 19. & seq. Sed vbinam desertum in quod hi ascenderunt Cinæi? textus affirmant vers. 16. fuisse hoc ad meridiem *Arad*, seu *Harad* ab Hiericonte ac Ierosolymis procul ad extremos occidentales meridionalesque falsi maris partes, vt ex Numer. 21. vers. 1. & Topographorum omnium consensu patet. Vnde etiam in locis Hebraici: D. Hieronymus, *Arad. seu Arat est ciuitas in qua habitauerunt filij Hobab saceris Moysi in medio Israël.* Habitasse siquidem in ea vrbe ipsos dicit, quemadmodum & supra in B Hiericho habitasse dicebantur: *in agro, scilicet, Aradi*, seu in vicina solitudine. Ita vt tanta ista loci designatio & demonstratio prorsus inuat à Cinæis istis esse Essenos illos, quos Plinius a describit. Huc vsque a lib. 4. c. 17 Serrarius: qui postquam ipsa Plinij verba iam prius b à nobis recitata laudauit, vt ostendat illum locum, quem Cinæi elegerunt, fuisse in *Occidentali Asphaltite litore*, educens à nomine Hebræo *Harod*, quod est *onager* etymon vris *Harad*, ad cuius meridiem positum erat illud desertum, ad quod Cinæi dicuntur descendiisse, & quod in sorte Iudæ fuisse dicitur c (spicatur (& rectè) illudmet fuisse, in quo Christus & Ioannes Baptista versati sunt: præsertim cum apud Marcum d d cap. 1. 13. scriptum sit, *Et eat Christus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c. eratque cum bestiis.* Confirmatur quod de Essenis dictum est uasi iidem sint cum Cinæis, ex eo quod habet S. Epiphanius e de e Hæres. 19.

a lib. de vi-
ta contépl.

b cap. II.

Esseni Ci-
nais anti-
quiores, non
e contra.

illorum vbi supra mäsione iuxta Philonem^a A
de eis differentem. *Monasteria ipsorum*, in-
quit Epiphanius, *in vicinia circa Mariam pa-
ludem recensens non de aliis narrauit* (loquens,
videlicet de Essenis) *quam de Christianis.*
Vnde confirmatur mea iam ante^b posita sus-
picio: Quod Christus & Ioannes Baptista
locorum desertorum amatores Essenorum
vitam vtcumque tenuerint. Serrarij ergo sen-
tentia iam prius à me exarata postquam il-
lam tam distinctè apud illum posiam com-
perì, cur non subscriberem? Nisi in hoc
quod dixit à Cinæis Essenos originem tra-
here: cum potiùs ab istis illos deriuatos esse
iam dicta conuincant, si Esseni, & latè pro-
bauimus iidem sunt qui Enosæxi. B

C A P V T X I V.

*De Henoch pronepote Cairam, qui ab
abauo in Cinæorum societatem ad-
missus legatione fungitur ad deprau-
atos filios Dei: & de libro eius qui
defenditur.* C

EX dictis, & ex eo ad sanctissimus
Patriarcha Cinæorum celeberrimus &
Archimandrita vigilantissimus Cainan filius
Enos ad decimum vsque supra nongentesi-
mum annum vitam duxit nno mundi mor-
tuis

A tuus 1235. credibile planè sit innumeros ante mortem instituti sui professores effecisse. Inter quos Henoch eius abnepotem & filium Jared admodum emicuisse non obscure colligo ex his de eo S. Irenæi ^a verbis: *Enoch placens Deo cum esset homo Dei, legatione ad Angelos fungebatur*, nempe ad filios Dei deprauatos. Tantum igitur in deuotissima illa congregatione profecit spatio 300. annorum, quos in illa transegisse videbimus: ut postquam sæpissimè per multos annos ad diuersas regiones, per quas filiorum Dei cœnobia & sodalitia erant dispersa, tanquam Dei Angelus (quo nomine tunc Cinæos vocari solitos vidimus ^b) id est, nuntius ab Enos, qui Dei nomen vicesque gerebat, nec non ab abauo Cainam missus esset ad vtriusque Enoscæorum & Cinæorum congregationis fratres, ut feruentissimis suis prædicationibus & exemplis dissolutos eorum mores & à prisca viuendi forma alienissimam vitam reprehenderet: atque pro sibi à suo generalissimo, supremoque vtriusque ordinis præfecto Enos, auctoritate concessa corrigeret & castigaret: cum diu *vixisset inter peccatores, translatus est, raptus est* (quemadmodum de illo Scriptura ^c loquitur, sic exponente Ambrosio ^d, quem citat, sequiturque Iansenius ^e) *ne videlicet malitia sceleratorum religiosorum mutaret intellectum eius, aut ne fictio tam hypocritarum deciperet animam eius*. Noluit ergo Dominus eum deprauari ab improbis, aut ab impostoribus

a lib. 4. c. 30.

b cap. 12.

Enoch missus ad Angelos, id est, ad filios Dei deprauatos.

c Sap. 4. 10. d in Ps. 45. & 2. de apolog. David cap. 4. & orat. de obitu Satyri fratris. e in Sap. c. 4. & in c. 44. Eccli.

H § circum

circumueniri. Ex quo intelligitur, vt. notauit A
 Pererius ^a, tunc corruptelam humanæ natu-
 ræ ex Adami peccato natam tantas vires ac-
 cepisse: vt cum non solum *filij hominum*, seu
 Cainitæ: sed etiam *filij Dei* vndique dispersi
 impunitate vitæ, morum improbitate, omni-
 que genere nequitie infecti essent. Quod
 fortasse (vt optimè indicat Salianus ^b) respe-
 xit S. Irenæus dum scripsit: *Enoch placens*
Deo cum esset homo, Dei legatione ad Angelos
fungebatur. Angelorum enim nomine (pro-
 sequitur Salianus) videtur intelligere eos,
 quos Moyses ^c appellat *filijs Dei*, & à qui-
 busdam Angeli Dei dicti sunt apud Augu-
 stinum ^d, & Philonem Iudæum ^e: qui cum
 improbam vitam degerent, & Enochi virtus
 insignis, Deique erga illum beneuolentia
 nota omnibus esset: consensu maiorum natu-
 (seu potius præcepto sibi dato ab Enosce &
 Cainam suis superioribus: vel auctoritate si-
 bi per electionem data, qualis est auctoritas
 nostrorum Prouincialium) electus est non
 semel, vt ad eos legationem obiret, à flagitijs
 auocaret, ad studium virtutis accenderet:
 quo modo rectè eum locum interpretatus C
 est Feuarentius: idque consentaneum est
 iis, quæ habet Theodoretus ^f. Vocatur au-
 tem Dei legatio, quia Dei nutu, & Dei causa
 agebatur (aliam nos prius rationem dedi-
 mus) nisi malis Enochim appellatum ab Ire-
 næo hominem Dei, sicut Timotheum à Pau-
 lo. Huc vsque tot verbis, exceptis quatuor
 parenthesibus, transcripsi Salianum: vt iu-
 dicet

a lib. 7. in
 Gen. n. 137.

b Ann. mū-
 di 987. ii. 11.

c Gen. 6. 4.

d 15. de Ci-
 uit. cap. 23.
 e lib. de gi-
 gantiis.

f quaest. 47.
 in Genes.

A dicet Lector quantum ad illa omnia quæ de filiis Dei Enoscæis & Cinæis vsque modò deduximus, boni propendant Enarratores: nec non vt videat, quantum nostræ expositiones habeant verisimilitudinis & probabilitatis. Caterum, multiplices quæ passim sunt de translatione Enoch quæstiones, quæ ad rem meam non faciunt, sponte relinquo: vt ostendam quod ab initio proposui, quoque ex nuper dictis ferè deducitur, Enoch fuisse religiosum, maximè ex ordine Cinæorum. Tum quia tunc vigebat, multiplicatusque fuerat admodum: tum quia Apostoli, vel visitorisungebatur officio, nec non prædicatoris: quod ad actiuam potiùs Cinæorum vitam spectat, quàm ad Enoscæorum silentium & solitudinem.

*Enoch fuit
ex sodalitate
Cinæorum
non autem
Enoscæorū.*

In primis igitur exponendum est quod de illo legimus ^a: *Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit postquam genuit Mathusalam trecentis annis; & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.*

*a Gen. 5.21
& seq.*

Cuius sententiæ vera intelligentia præsupponit ea quæ vsque modo de Enoscæis, Cinæisque religiosis diximus, vt facillè intelligatur ista Hebræa & prorsus antiqua phrasis *ambulare coram Deo*, sine cuius cognitione tota reliqua sententia perobscura remanet, & in tenebris iacere necesse est. De illa nonnulla terigimus ^b, & postea ^c dicturi sumus.

*Ambulare
coram Deo
prisca phra-
sis cuius vis
scitu valde
necessaria.*

*b cap.6.
c lib.3.c.3.*

Priscis

Priscis illis ergo temporibus ista locutio A
idem valebat, ac adhibitis quibusdam cere-
monijs totum se diuino seruitio solemniter
& perpetuò deuouere. Quid enim sic deuo-
tus aliud facit, quàm ad instar serui fidelis &
solliciti, nunc stare coram Domino suo ocu-
lis ad eum fixis, vt nutus illius obseruet, quo
voluntatē eius agnoscat & exequatur: nunc
huc, nunc illuc transeat coram eo, nunc cum
eo de domesticis tractet negotiis, nunc foras
euntem sequatur & redeuntē? denique, eo-
dem prorsus sensu de filiis Dei in terra nem-
pe prophetis, & in Ecclesia ministris dici- B

a Iob. 1. 6. &
2. 1.

b cap. 12. 15.

e lib. de ex-
hortat. ad
martyr.

d lib. de o-
rat. Domi-
nica.

Ambulare
coram Deo
quid sit.

e Ioan. 8. 35.

ut assisterent (seu starent) coram Domino &c. a
quo de filiis Dei in cœlo & spiritibus Ange-
licis vnus ex illis dicebat Tobix b, *Ego sum
Raphaël Angelus, vnus ex septem, qui astamus
ante Dominum.* vbi S. Cyprianus c legit, *Assi-
stimus & conuersamur ante faciem Dei.* Et idem
alibi d: *Ego sum Raphaël vnus ex septem An-
gelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante
claritatem Dei. Apud Tobiam autem in Grecis
Romanis correctis habetur εἰσπρόσθεντες αὐτῷ ἐνώπιον
& Ἰσχυρῶς ἀγῶν, id est, & ambulant ante ma- C
iestatem Sancti.* Itaque idem est ambulare co-
ram Deo, & astare coram Deo; & vtrum-
que frequens filiorum Dei importat mini-
sterium, cum continua conuersatione, quæ
illos decet: iuxta illud Christi: e *seruus non
manet in domo in æternum: filius autem manet
in æternum.* Et bonus ille pater filio suo se-
niori dicebat: *fili, tu semper mecum es, & om-
nia*

A *nia mea tua sunt* &c. ^a Proinde ambulare coram Deo aliquando diuino se seruitio totum deuouere significat: aliquando verò illius deuotionis & professionis actum emittere. a Luc. 15. 30

In primo sensu sumendum est cùm dicitur: *Et ambulauit Henoch cum Deo, postquam genuit ipse Methuselahh trecentos annos*: Hoc est, erat quidem Henoch probus homo & iustus: sed cùm esset sexaginta quinque annorum postquam genuit Mathusalam totum sese Deo consecrauit, Cinæorum sodalitatem ingressus. In altero vero sensu eadem

B locutio accipienda est cùm additur: *Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni: ambulauitque cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Deus*: vt sit sensus: postquam Henoch vixit 365. annos, quorum 65. vixerat antequam genuisset Mathusalam, seque totum Deo deuouisset (concordat nomen eius *Henoch*, quod importat *dicatum*, forsitan quia tunc datum illi est, propter status mutationem, sicut postea Abram mutatum est nomen in Abraham, quando eandem vitæ formam amplexus est, & cœpit

C *ambulare coram Deo* ^b vt postea ^c videbitur) b Gen. 17. 5.
c lib. 3. c.

cùm semel ambularet coram Deo, id est, iuxta suum institutum ministraret (siue id fuerit psallendo siue sacrificando, aut quid aliud agendo) & non apparuit; iuxta Heb. *Henoch quædo & quomodo raptus est.*

& non ipse, q. d. statim disparuit: quia tulit eum Deus: in nube (vt arbitror) in qua apparebat ministranti: sicut postea ascendit Elias per turbinem (seu nubem) in cælum^d. d 4. Reg. 2. 11.

& mul

& multiplices istis verbis dari expositiones, A
 quas omnes reuereor. Et quamuis displice-
 rent, non vacat nunc discutere, ne à scopo
 longiùs discedam: sufficit meam simpliciter
 proponere sententiam, quæ etiam est Gene-
 brardi. *

2 in Chron.

Restat nunc, quod facilè est, Enochi tra-
 ditionem, vel (quod malim) librum ab anti-
 quissimis, doctissimis, & grauissimis Ecclesiæ
 Patribus olim in pretio habitum, sæpeque
 laudatum, nec non ab Apostolo Iuda in re-
 bus Catholicæ fidei testem adductum: sed
 à posterioribus, nescio qua sorte, sub mo- B
 dio positum, penitusque suppressum super
 candelabrum (vt meretur) reponere, vt lu-
 ceat omnibus qui in domo Ecclesiæ sunt: vel
 potius, vt omnes interitum eius, ac tam ru-
 tilantis lampadis extinctionem sine fine de-
 fleant. Suffragentur mihi in hac causa iustis-
 sima Irenæus, Iustinus Martyres, Clemens
 Aléxandrinus, Athenagoras & Tertullianus,
 qui illum tanti fecerunt, vt inde dogma
 suum de Angelis, seu Dæmonibus ex filia-
 bus hominum gigantes generantibus, aliènè
 ab auctoris mente hauserint. Auxilium fe- C
 rat S. Methodius Martyr, vir utique sancti-
 tate celeberrimus: accedat Sanctus Cypria-
 nus Africanum illud ac totius Ecclesiæ lu-
 men fulgentissimum: veniat Lactantius Fir-
 mianus, Seuerus Sulpitius, Proclus deni-
 que & Psellus philosophi Christiani. Par-
 cant interim S. Hieronymus, Augustinus &
 alij, qui in tanto dubio, & mediis prodi-
 giorum

Agiorum horribiliumque monstrorum, quæ cum illis Angelis desertoribus ac Demoniiis apparebant phantasmatis, tutiorem viam, ne mendaciis aut fabulis tantillum locum concederent, prudenter eligentes, aut supposititium, aut corruptum, aut præ nimia vetustate nullius auctoritatis esse iudicarunt. A quibus vt facilius ac breuius illum expurgem maculis, suppositis quæ iam diximus, operæpretium ac sufficiens duxi Tertulliani verbis quædam breuiter inserere, quæ mentem Enochi facile aperient. Igitur Tertullianus ^a, ita loquitur de fucis & ornamentis mulierum: *Nam & illi qui ea constituerunt damnati in pœnam mortis deputantur: illi scilicet Angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, id est, de statu perfectionis (nota locutionem quæ viris conuenit religiosis potiùs, quàm Angelis apostatis) vt hæc quoque ignominia fœmine accedat. Nam cum & materias quasdam bene occultas & artes plerasque, non bene reuelatas sæculo multo magis imperito prodidissent, propriè, & quasi peculiariter fœminis instrumentum istud muliebris glorie contulerunt. Nimirum viri in rerum occultarum arcanorumque naturæ scientia doctissimi pessime utebantur sua scientia, vt mulierculas facilius ad suam allicerent voluptatem, vt, proh dolor! non desunt ex nostris qui idem faciunt. Deinde subiungit Tertullianus: Scio scripturam Enoch quæ hunc ordinem, de decipiendis mulierculis, Angelis dedit, non recipi à quibusdam: quia nec in ar-*

marum

a lib. de habitu mulier. cap. 3^o

a cap. 3.

marium Iudaicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum editam, sicut verè fuit, ad instar scripturæ vel sculpturæ Seth, cuius filij, id est, discipuli quæ de naturæ aliarumque rerum arcanis nouerant, sculperant in duabus columnis, vt antea ex Iosepho vidimus, post eum casum orbis omnium rerum abolitorem, saluam esse potuisse, sicut saluatam fuisse à zelantissimo Noë, qui eiusdem erat professionis mox videbinus. Si ista ratio est, recordentur pronepotes ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë: qui vtique domestico nomine & hereditaria traditione audierat & meminerat de proauis sui penes Deum gratia & de omnibus prædicatis eius, id est, de omnibus quæ prædicauerat, cum Enoch filio suo Mathusale nihil aliud mandauerit, quam vt notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione (al. officio) successisse, vel quia & alius non tacuisset, tam de Dei conseruatoris sui dispositione, quam de ipsa domus sue, nempe instituti & fodalitatis suæ, gloria. Hoc si non tam expedite haberet, illud quoque assertionem scripturæ illius tueretur. Proinde potuit abolefactam eam violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Hierosolymis Babylonica expugnatione deletis omne instrumentum Iudaicum litteraturæ per Esdram constat restauratum. Hæc & alia Tertullianus habet pro defensione repudiati libri Enoch. In quibus nihil prorsus absurdi perspicio: sed multum verisimilitudinis in sensu iam dicto.

Restat

sh

lutis animarum zelantissimus religiosus Enoch conqueritur, quod sui temporis homines non habeant patres: eo quod qui officio & nomine tenus animarum pastores, directores, & patres erant suis pessimis operibus & scandalis propriæ proles spirituales adeoque crudelissimi reperiebantur occisores. Hæc tantæ in cœlis animæ triumphanti, in terris autem undique coruscanti lumini toto corde prostratus at animo magis cum bona pace dixerim ego vermiculus.

a lib. 1. c. 3.

Enoch quo sensu Dei legatione fungitur dicitur.

b cap. 5.

Præius profiteretur statum religionis quam legatione fungitur.

ratione lector optauerit, legat quæ postea dico de Melchisedech, cum prælaudata Pauli verba interpreter. Ex isto autem capite tria dignetur colligere. Primum, quod Enoch Dei legatione, id est, legati functus est officio apud eos, qui professione Angeli, Dei que in terra nuntij dicebantur, quia erant prædicatores, sed moribus ac vita, Dæmones. Non solum quia Dei nutu & causa id faciebat, sed etiam quia mittebatur ab Enos, qui dicebatur Deus, ut antea vidimus. Secundum est, quod tali legatione non est functus priusquam Cinæorum vitam religiosam profiteretur, quod fecit postquam genuit Mathusalam anno vitæ suæ sexagesimo sexto, mundi verò atque Adami adhuc viuentis 688. Sethi 558. Enos 453. Cainan 363. In quo religioso statu perseverauit vsque ad raptum suum spatio trium sæculorum. Tertium est, librum, quem ab ipso scriptum multi antiqui Patres ex Epistola S. Iudæ optimè collegerunt, nul-

lam

A lam in se fabulam vel absurditatem continere, quantum ex quibusdam illius fragmentis colligere possumus: si quæ prius nervose probauimus præsupponantur.

Liber eius nullam continebat absurditatem.

Sed nec quidem obstabit, imò multum conferet ad hanc nostram priscorum temporum seriem concinnandam, nec non ad eorum quæ diximus elucidationem ingens quoddam fragmentum ex primo libro Enoch quod descripsit Scaliger^a in notis in Euse-

a Pl. 244. & 245.

*Et factum est cum multiplicati essent filij hominum, nati sunt eis filie speciosæ, quas adamarunt Egregori, id est, vigiles, seu custodes, quales ex officio erant filij Dei vt sæpe vidimus, & similes erant Angelis, qui apud Daniele^b vocantur vigiles, & circa ipsas aberrarunt. Dixeruntque inter se: eligamus nobis vxores de filiabus hominum terra, id est, ex secta Cainitarum qui erant *γηνώσται*, id est, terrigenæ, quia terræ addicti: vnde deductum est nomen *γινεας* quo postea donati sunt, vt vidimus^c. Cautum autem erat filiis Dei accipere in vxores illorum filias. Dixitque Semixas: hunc puto fuisse vel*

b cap. 4. 7. 10.

c cap. 7.

C Malaleel, vel Iared, vel Mathusalama, princeps ipsorum ad ipsos. Nam cum multa essent Cinæorum cœnobia, facile creditu est, quendam ex tribus dictis nonnullis huiusmodi præfuisse cœnobiis, in quibus multi essent, vel etiam omnes deprauati, & effrenati, qui conspiratione facta, sic impudenter loquerentur: quibus ita respondit Semixas: *Vereor ne velitis hoc facinus patrare. Ego solus debitor*

ero magni peccati. Cui respondentes omnes di-
 xerunt : Iureiurando nos obstringemus omnes,
 & inuicem anathemate damnabimus, non auer-
 sum iri ab hac sententia, donec eam perfeceri-
 mus. Tunc simul omnes iurarunt. Quis, quæso,
 sanus hæc verba de Spiritibus Angelicis ve-
 lit intelligere? vel quis illa à deprauatis re-
 ligiosis, quibus inter cæteros mortales non
 inuenit peiores Augustinus, proferri posse
 negauerit? Tunc simul omnes iurarunt, & ana-
 thematismo sese obligarunt. Erant autem nu-
 mero ducenti (in quadam fortassis facta ex
 superioribus congregatione) qui cum descen-
 dissent in diebus Iared in verticem montis Her-
 monim, abierunt, & vocauerunt montem Her-
 mon (id est, destructio) eo quod in ipso iurauer-
 rant, & seipsos anathemate obstrinxerant. Her-
 mon est mons in terra Hus, vel prope illam;
 cuius primus post diluuium incola fuit Hus
 nepos Sem; cuius regionis Metropolis fuit
 ciuitas *Astaroth carnaim*, in qua habitabant
Raphaim, id est, primi mundi restauratores &
 filij Dei ac prophetæ, nec non in ciuitate
 Ham quæ erat montis Hermon proxima,
 nec longè distabant vrbe Cariathaim in qua
 habitabant huiusmodi viri sancti & prophe-
 tæ; qui omnes percussi sunt à Codorlaho-
 mor aliisque regibus temporibus Abrahæ.
 Vnde coniicitur etiam longè ante diluuium
 in illis circa montem Hermon regionibus
 multa fuisse filiorum Dei, & præsertim Ci-
 næorum gymnasia. Imò à frequenti illorum
 ibi conuenientium vndique prophetarum
 congreg.

Gen. 14. 5.

A congregatione, putamus nomen Astaroth
 (quod significat greges) datum illi ciuitati.
 Quid si vel etiam ab illo tempore? Certè in-
 de coniicio: quia videtur quod illa ciuitas
 totius terræ Hus nomen habere debuisset,
 à suo, vt credibile est, fundatore Hus. Et cum
 in dicto monte Hermon tam frequentes fie-
 rent Cinæorum congregationes; nihil mi-
 rum, si postea celeberrimum in illo tem-
 plum sit ædificatum. Pergit Auctor proferre
 nomina principum illius conspirationis;
 deinde subdit: *Hi & reliqui omnes anno mun-*
 B *di 1170. quo, vt postea videbimus, suscitauit*
 Deus sanctum Noë, per quem illorum com-
 primeret superbiam, *acceperunt sibi uxores,*
& cœperunt cum ipsis contaminari vsque ad
diluuium. Et genuerunt ipsis tria genera. Pri-
imum gigantes magnos, qui genuerunt Naphelim.
 Iam vidimus ^a quid istis duobus deuotetur ^{a cap. 7.}
 nominibus: primo, nempe, prophetas, alte-
 ro populos fideles. Magni ergo professione
 gigantes ex illis mulieribus genuerunt ho-
 mines, qui postea facti gigantes, id est, eius-
 dem Cinæorum instituti sicut patres genu-
 C *runt Nephilim: id est, abduxerunt quoque*
sibi discipulos de populo: Ex quibus exorti
sunt Eliud: nouam quandam sodalitatem fi-
 liorum Dei hoc nomine intelligo, qui ex
 medio fidelium populorum, filiorum quo-
 que Dei, seu Cinæorum, institutum professi
iuxta magnitudinem parentum suorum exer-
cuerunt, & docuerunt eos, & uxores eorum ve-
nesicia & incantationes. Primus Exaël deci-

mus Principum docuit gladios & thoraces fabricari, & omne bellicum instrumentum, & metallalla terre, & aurificinam ad mundum muliebrem, & argentum splendidum reddere, faciens ornare & pretiosos lapides, &c. Huc vsque textus ex libro Henoch. Qui cum iam translatus esset, ista forsitan non scripsit, sed aliquis post eum illa & alia multa potuit addere, præsertim Noë: qui scripta Henoch diligenter conseruabat, & illa reposuit in arca tempore diluuij non minori sollicitudine quàm patris Adami, & quorundam

Liber Henoch à Noë diligēter repositus seruatusque fuit in arca cum ossibus Adā.

aliorum Patriarcharum ossa. Ut qui eius, quem Deus rapuerat, ossa quæ seruari non posset, scripta tanquam sacratissimum pignus ac depositum sibi & posteritati custodiret. Quorum lectione, vel etiam solo intuitu ad tanti Auctoris merita diuino iugiter conspectui præsentanda moueretur: quibus iustè irati numinis in mortales misericordiam faciliùs impetraret. Hoc namque pacto intelligenda censeo quæ sic de sanctissimo Patriarcha Noë profert Ecclesiasticus^a: *Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuiio omnis caro.*

a cap 44.19.

CAPVT XV.

In quo terrarum loco seu regione habitauerunt sancti Patriarchæ & filij Dei, tam ante quàm post diluuium.

AD maiorem eorum quæ diximus moxque dicturi sumus intelligentiam operæpretium duxi aliqua proferre de loco, in quo primi parentes, aliique Patriarchæ quos memorauimus habitauerunt ante diluuium. Ad hoc præsertim vt sciamus, vbi per tot sæculorum spatium erat supremi totius Ecclesiæ moderatoris sedes, quicumque ille fuerit, & ex qua mundi potissimum parte ad alias mitterentur filij Dei, vt aduersus diaboli technas, & filiorum hominum malitiam pro viribus sese opponerent, atque de iis quæ pro hominum salute fecerant, iis à quibus missi fuerant, rationem redderent. Cuius rei notitia tota pendet ex solutione illius toties agitæ, & operosæ quæstionis, vbinam terrarum extiterit ille Paradisus, de quo ita Moyses: *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio* ^a. Ideo se- ^a Gen. 2. 8. positis multarum aliarum circa hoc ipsum dubitationum ambagibus, vt ad rem breuiori compendio veniamus, statui doctissimi & sagacissimi viri P. Saliani ^b propriis eius terminis in medium proferre sententiam: quia

^b an. mudi
I. die 3. 11.
34. 35. & 36.

appositè ab illo refertur, tamque meo sapienti, & veritati, doctiorumque iudicio tam arridet, tantaque turget verisimilitudine: ut cum me nihil melius quod dicam habere fatear (quamvis in vno punctulo paulò post adducendo minimè consentiam) non sum arbitratus meliori me modo illius verbis, quàm eorum recitatione posse subscribere. Omissis, inquit, opinionibus partim obsoletis, partim apertè falsis, duas tantùm quæ plus habent probabilitatis recensebo.

Prior est, fuisse à Deo conditum paradisum hunc circa Mesopotamiæ fines, in iis regionibus, quas Tygris & Euphrates præterlabuntur. Ita Pererius in *Genesim* ^a, Cornelius in cap. 2. eiusdem, Torriellus in tertium hunc diem ^b Genebrardus in sua *Chronologia* non semel, Oleaster in cap. 2. Eugubinus in *Cosmopeia* vult esse prope Charan iuxta Euphratem, cuius opinionis inuentionem Hebræis, Græcis, Latinisque ignoratam sibi gratulatur. Eadem habet in annotat. in *Genesim*, quæ etiam reperias apud Vatablum, Oleastrum, & Scaligerum. Ad quam etiam referas licet Beroaldum sectarium, qui ut aliquid noui dicere videretur, maluit in Syria collocare, quanquam illi mox adiungit Arabiam & Mesopotamiam.

Alter a opinio est, Ad Orientem quidem conditum Paradisum, id enim negari non potest in tanto vel *Scripturæ*, vel *Patrum* consensu; sed loco mortalibus planè incognito. Ita sentit Bellarminus cum D. Augustino.

Probabiliores de paradiso terrestri sententia dua.

^a lib. 3. n. 112.

^b n. 8. conclus. 2. n. 23.

A stino, Tertulliano aliisque Patribus. Quibus accedunt D. Thomas, Gregor. de Valentia, Del Rio, & si qui alij, qui videntur mole difficultatum superati dedisse manus, & ad hoc, quod vocant, asylum ignorantie confugisse.

Et sanè mihi nonnihil vtramque in partem fluctuanti visum denique est priorem amplecti sententiam, vt paucioribus incommodis obnoxiam, & statuere Paradisum ad Orientem Palæstinæ, siue Chanaanitidis, non longè à Tygri & Euphrate. Cum enim Scriptura dicat, fluuium, qui egrediebatur è Paradiso, inde diuisum in quatuor flumina siue capita, quorum duo sine controuersia sunt Tygris & Euphrates: certè satis docet illos non multum à Paradiso abuisse. Nam ad hanc Mosis topographiam nihil pertineret longè distantium fluminum meminisse: & ita hunc locum intellexerunt Interpretes Vatablus & Eugubinus, in primisque Hugo à S. Victore ^a. *Qui inde diuiditur, inquit, videlicet, vel in ipso Paradiso, postquam aliquandiu vt vnus manauit, vel postquam à Paradiso egressus est, in quatuor capita.* Ego sane crediderim, vt mittam alias interpretationes, quas suggerit Cornel. in medio circiter Paradisi magnum quendam fontem, siue gurgitem ascendisse de terra, de aquarum, scilicet abyssu in terræ cauernas retrusarum, eundemque se mox quadripartito ad quatuor mundi partes diuisisse, effecisseque quatuor illa flumina, quæ à Moyse memorantur. Cui

Recipitur prior sententia Paradisum ad Mesopotamiam pertinere.

^a in anno-
tar. in Gen.

expositioni Hebræum ⁷⁸ Ed quod Hiero- A
 nymus fontem, Oleaster inundationem, Cor-
 nelius gurgitem vertit; plurimum fauet: est
 enim gurgis profundus in aquis locus, in
 quo circumpluitur ac versatur vnda, siue
 erumpens, siue effluens atque absorbens. Ad-
 de Rupertum, qui hunc fontem de abyssis
 promanare ait, esseque quasi terræ mammam,
 in qua salsa abyssi aqua lacteam assumat dul-
 cedinem.

Præterea, vt rectè argumentatur Eugubi-
 nus ^a, Pererius ^b, & Cornelius ^c, in eo lo-
 co putandum est fuisse Paradisum, iuxta B
 quem tam Adam quàm eius filij familiæque
 habitauit, & multo deinceps tempore poste-
 ri, ante & post diluuium. Eo enim trahebat
 amor natalis soli humani generis, & eximia
 terræ Paradiso proximæ fertilitas, ærisque
 gratissima saluberrimæque temperies, suppar
 ipsi Paradiso. Quæ causa fuit antiquis illis
 Patriarchis tam longinquæ ac diuturnæ vi-
 tæ. Satis autem constat, Adamum iuxta Pa-
 radisum habitasse cum suis. Nam Scriptura,
*Emisit, inquit, eum Dominus Deus de Para-
 diso voluptatis, vt operaretur terram, de qua C*
sumptus est. ^d *Terram illam ipsam de qua sum-*
ptus est, ait D. Chrysostomus ^e. Quis autem
dubitet Adamum iuxta Paradisum forma-
tum, vt inde mox in ipsum hortum indu-
ceretur? Idque affirmat Aben Ezra apud
 Eugub. ^f *Nam eiectione, inquit Chrysost. ^g*
& propinqua habitatione castigatiorem, & in
posterum securiorem faciens, re ipsa docuit,
 quantus

a in Cosm.
 & c. 2. Gen.
 b lib. 3. nu.
 40. & 112.
 c in cap. 2.
 vers. 8. con-
 clus. 2.

d Gen. 3. 23.
 e Hom. 18.
 in Genes.

f in annot.
 in Gen. c. 2.
 g Hom. 26.
 in Gen.

A *quantus impostor fuerit demon.* Atqui satis constat ex cap. 4. 10. & 11. Genes. primos illos Patriarchas Mesopotamiæ, Assyriæ & Babylonix, siue Chaldææ regiones incoluisse. Certè Cain habitauit ad Orientalem plagam Eden, & ibi condidit ciuitatem. Et ex Babylonia factam esse diuisionem in omnes terras argumento est, turris Babel, & Scriptura, quæ ait profectos ex Oriente, id est, Armenia, in qua substiterat arca, & habitasse in terra Sennaar. Fauet eidem sententiæ celebrata scriptoribus Chaldæorum antiquitas, quam ipsi, liberali sanè mendacio, ita auxerunt, vt ab origine sua, si superis placeat, quadringenta & septuaginta annorum millia numerentur. Verùm hæc obscuriora esse necesse est, cùm Scriptura multa breuiter perstringat, multa vix innuat, cùm tamen ab ea vna doceri possimus. Adde tum nondum conditas ciuitates, nondum diuisas nominatasque regiones, vt nihil ipsis de rebus præter probabilitatem afferri possit. Cum ergo ad ipsa penè pomeria Paradisi inquirendo peruenerimus, quis dubitet in proximo esse Ciuitatem? Hactenus Salianus. Cui in his omnibus libentissimè subscribo: excepto eo quod ait de voce ⁷⁸ *Ed* significare illum fontem seu gurgitem magnum, quem in medio circiter Paradisi ascendisse putat, eundemque de terra se mox quadripartitè ad quatuor mundi partes se diuisisse. Dicta enim vox Hebræa non propriè fontem significat aut gurgitem, sed vaporem, qualiter

à Paguino,

à Pagnino, Montano & aliis constanter red- A
 à cap. 36. 27. ditur in libro Iob ^a, vbi reuera de imbribus
 sermo est. Ille autem vapor in mundi prin-
 cipio, postquam terra aquis discooperta fuit
 vndique efflabat, non ex sola parte Para-
 disi. De quo iuxta Hebr. dicitur: *Vapor ascen-
 debat è terra* adhuc madida & lutosa ex nu-
 per separatis aquis, quæ illam priùs operie-
 bant, quæ ideò suo calore intrinseco talem
 crassum vaporem efflabat, qui solutus in im-
 bres erat *irrigans* (suo nêpe humore rorido)
 b Gen. 2. 6. *uniuersam superficiem terræ* ^b. Quatuor autem
 flumina non de vniuersa terra, sed tantum B
 de loco voluptatis manifestè dicuntur egre-
 di, vt paulo post dicitur. Itaque re & loco
 tantum est discriminis, quantum inter vapo-
 rem & flumina, inter totam terram discoo-
 pertam aquis, & modicam eius partem, nem-
 pe, locum voluptatis. Consule quæ alibi e
 dicimus.

e Commēt.
 in Iob c. 9.
 8. & 38. 9.

Isti in cæteris probabilissimæ, ac suffra-
 giis tot aliorum grauissimorum Auctorum
 benè nixæ sententiæ, vires non modicas
 subministrat simplex & genuina verbis mihi
 facta, atque manuscripto tradita narratio C
 V. Patris Pacifici Scala Pruiuiensis & mei
 ordinis eximij prædicatoris, meique aman-
 tissimi, qui à tribus hinc annis ex Ierosoly-
 mitana peregrinatione, quàm ex votis Regi-
 næ Christianissimæ anno 1621. susceperat re-
 uersus quod mihi, non semel narrauerat, cum
 amicorum importunitate de sua peregrina-
 tione scripto digesserat, mihi exhibuit. In quo
 tenes

P. Pacifici de
 loco Paradisi
 sententia.

A tenet Damascenam regionē esse locum Paradisi voluptatis. Verba illius sunt. Nolo asserere me vidisse Paradisum voluptatis, sed bene vidisse locum, qui facile posset esse Paradisus voluptatis, in quo Adam positus à Deo fuerat. Ille autem locus est regio Damascena, & præsertim amplissima illius planities quantum oculus haurire potest. Quod si duabus id rationibus fieri non posse mihi dixeritis, primò quia cùm Adam inde expulsus esset, posuit ibi Deus Cherubim flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam

Regio Damascena est paradisi voluptatis.

B ligni vite^a, & proinde nunc à nemine habitari posse, sicut illa regio habitatur: secundò, quia creditur Henoch & Eliam esse nunc in illo Paradiso; quod si hoc esset, ipsi passim viderentur ab illius regionis incolis, & tamen non videntur. Respondeo ad primam, quod ille Cherub à Deo ibi positus est, ne ipse Adam, qui locum illum suo peccato primus profanauerat, illuc amplius regrederetur in sui peccati pœnam: sed non ostendit Scriptura illius loci aditum aliis fuisse prohibitum. Quantum ad secundum dico, nos ex Scriptura non cogi credere

a Gen. 3. 24.

C *Paradisum* b ad quem Henoch translatus dicitur, esse præcisè illum in quo fuit Adam. Adde quod isti duo Prophetæ reddi possunt inuisibiles ex speciali Dei privilegio, vel esse quidem visibiles, sed incognitos. Multis autem non parui momenti ducor rationibus, vt prædictæ de Paradiso sententiæ meæ adhæream. Prima sit, quod cùm multi teneant

b Eccli. 44. 15.

Adam

Adam creatum fuisse in Hebron, verisimile non est, Deum voluisse illum ibi creare, deinde transtulisse in locum voluptatis tam longè diffitum. At nec in rota Palestina, Iudæa, Samaria, Galilæa, neque circa illas regiones locum inueniri similem regioni Damascenæ: cùm aliæ illæ omnes ferè continuis constent montibus & collibus, excepto campo Efdrelon vsque Damascum, quæ sex vel septem dierum itinero distat ab Hebron.

Secundò, probo ex fonte & fluuiis, quos Scriptura dicit fuisse in medio Paradisi. Nam in omnibus prædictis regionibus excepto mari Tiberiadis, mari mortuo, & mari rubro, quæ nemo sanus dixerit esse flumina, vit vnum vel duos quod fluminis nomen meteat, præter Iordanem quis reperire poterit. In Damasco autem non vnus tantum, sed plurimi admodum sunt fontes, multique illam abluunt fluuij, qui pro sua varietate & pulchritudine omnes incolas incredibili recreant voluptate, præsertim ob diuersi generis fructiferarum arborum multitudinẽ, quæ nippas illorum ornant, sicut & totam regionem.

Moschea nomen templorum apud Turcas.

Tertia quæ me mouet ratio traditioni innititur. In fine vrbis Damasci prope parua Moscheam (hoc nomine Turcæ vocant sua templa) habetur nosocomium à Sultano Solymano fundatum, in quo est paruum pratum semper virens: in cuius medio est parua columna: antiqua autem traditio est, ibi Adam peccatum suum agnouisse ac desseu-

se,

A se, quando abscondit se à facie Dei, qui illum quærens clamabat: *Adam ubi es?* Quòd si ita est: iam habemus paradisum voluptatis.

Quarta ratio præcedentem confirmat, estque tanto validior, quantum in Scriptura fundamentum habere videtur per consequentiam, si non necessariam, saltem vero simillimam. Textus Geneseos^a talis est, quòd ^{a cap 3.8.}

Deus cum quæreret Adam *ambulabat in Paradiso ad auram post meridiem*. Atqui ego bona curiositate motus perrexi ad locum in quo fertur Adam & Euam mansisse statim postquam expulsi sunt ex Paradiso. A Damasco autem vsque ad eum locum vnus præcisæ semidiei itineris spatium est. In illo autem, quem dico, loco Adam habitasse ex multis deducitur. Et primo ibi est altissimus mons totus, constans ex albo marmore, ascensu tam difficilis, ac periculosus præ sua glabrie, & eo quod cum minimè sit frequentatus, vix reperitur vbi ascendens figat pedem: eius altitudo, & sine ambagibus via tam facile mouet vertiginem, vt multi præcipitioruant ac pereant, sicut ab vno anno perierat

C quidam sacerdos peregrinus, sicut nobis tunc relatum est, de medio montis præceps factus passus cordis deliquium, qui ibidem sepultus fuit. Vnde minimè mirum est, si ex iis qui scripserunt de peregrinatione Ierosolymitana vel terræ sanctæ pauci huius sancti montis fecerint mentionem. Nos tandem illum superauius non sine ingenti labore & periculo in diei ætatisque medio. In eius

cacumine vidimus pulcherrimam planiciem A
 speciosis ornatam arboribus, & speluncam,
 in qua traditione tenetur Abelem & Cainum
 venire solitos ad sacrificandum Deo. Quæ
 traditio vim accipit primo ex insignibus an-
 tiquæ pietatis & Christianitatis monumentis.
 Ibi enim prope dictam speluncam, est ingens
 sepultura, quam Turcæ in maxima habent
 deuotione ac reuerentia certò tenentes in il-
 la vtriusque, nempe, Caini & Abelis cor-
 pora contineri. Quantum autem ad Chri-
 stianos, idem semper crediderunt; ideoque
 perpulchram ibi capellam ædificari curarunt B
 ex natiuo marmore. Constat autem ex scrip-
 tura, quæ ibi in vna columna dictæ duorum
 fratrum sepulturæ partim clausuram confi-
 eiente legitur, anno post Christum natum
 200. ædificatam fuisse.

Notandum præterea illum montem plu-
 ribus aliis minoribus vndique circumdari &
 ornari mirificè. Cum autem in illo duo fra-
 tres sacrificare vellent, ex illis minoribus ad
 illum venientes ibi sua offerebant Deo sacri-
 ficia, ponentes sua munera super struem lig-
 norum, quæ ibi nascebantur, & Deus ignem C
 de cælo mittebat qui Abelis sacrificium con-
 sumeret. Cùm autem sæpe hoc signo Abe-
 lis oblata sibi esse grata monstrasset: hoc in-
 dignatus Cain fratri aliquando dixit: *Egre-
 diamur foras*, hoc est, extra illius montis ca-
 cumen ad aliquem aliorum vicinorum, mi-
 norumque montium, vbi illum interemit.
 Ostenderunt autem mihi huius fratricidij lo-
 cum:

A cum : in cuius perpetuam memoriam, quatuor ibi sunt ædificatæ columnæ, quas vidimus. Cùm autem à parentibus Adam & Eva occisum corpus inuentum fuisset, illud deferri curarunt super illum altissimum montem, vt vbi innocens filius purissimas solebat offerre victimas, ipse sacra Deo victima poneretur. Aliquot autem post annos, cùm Cain à Lamech casu occisus fuisset existimante illum aliquam esse feram quam venabatur, facti pœnitens Lamech illius corpus cum fratre Abele sepeliuit.

B Sed prorsus notandum venit continuum ibi adhuc vigens iugeque miraculum : quod licet non viderim, quia die quo fit me ibi esse non contigit : nihilominus à tot, tantisque testibus illius regionis incolis non solum Turcis ac Mahumetanæ regionis viris; sed etiam à multis Christianis asseueratum mihi est, vt vix de hoc mihi liceat dubitare. Et bonus quidam senex illius loci ædituus cum iuramento protestatus nobis est quod mox sum narraturus. Ipse ostendit mihi crassissimam oliuæ arborem super illum montem iuxta speluncam sacrificij Abel (quæ videlicet postea sacra haberi cœpit propter vicinum locum sacrificij Abel) ex cuius oliuæ radicum crassitie & luxurie mirabili facile erat eius antiquitatem elicere, & dixit mihi : Nos traditione tenemus istam esse vnam ex primis arboribus quas vnquam terra produxit : & Abelem ex illa ramos præ-

scindere solitum, quibus struem sacrificij A
sui componeret, quique de cælo ignem sus-
ciperent: in cuius rei memoriam, oleum ex
illo procedens diligenter seruamus, ac re-
uerenter: cui aliud oleum admiscentes, lam-
padem huius sancti loci iugiter ardentem
fouemus: singulis autem hebdomadibus stu-
pendum renouatur miraculum. Nam qua-
libet feria quinta serotino tempore ex præ-
dicto oleo in hanc quam videtis lampadem
infundo quantum sufficit eius capacitati
aptrato lychno, sed minimè accenso: cra-
stina vero die, quæ est Veneris, certissimè B
& infallibiliter illam accensam reperio, ig-
ne de cælo singulis sextæ feriæ noctibus in
illam constantissimè descendente, sicut o-
lim super Abelis sacrificia descendebat: &
omnes huius oppidi incolæ tam Christia-
ni quam alij idem mecum parati sunt iu-
reiurando testari. Sic nobis ille senex ædi-
tuus. *Ita autem quæ cum omni sinceritate & simplicitate reruli, nihil aliud exigunt à lectore quam plenam credendi quæ voluerit libertatem, fidemque suam qua parte voluerit inclinandi, cum nihil omni- C*
no de fide contineant: hanc tamen narra-
tionem sic placuit dilatare, mihi persuadens
multis curiosis me rem gratam facturum,
nec istorum lectionem fore tædiosam ob
id maximè, quod illa sicut vidi ingenuè
narraui. Et quilibet concionator illa publi-
cè populo potest annunciare pro certitu-
dine

A dine quam obtestor de mea in hac parte fidelitate. Huc vsque V. Pater Pacificus : qui à tempore quo regressus inde est , semper mansit in primario nostri ordinis in hac ciuitate Parisiensi cœnobio mox in hoc ipso mense Martio anni ab Incarnatione Verbi 1625. de Sanctissimi Papæ Urbani VIII. mandato Constantinopolim coloniam instituti nostri fundandi gratia regressurus cum eodem quem prima vice habuit totius itineris socium , V. Patre Hyppolito prædicatore : qui in hoc secundo huius ciuitatis monasterio ab eorum reditu iugiter manens & nobiscum conuersatus in familiaribus plerumque colloquiis eadem & alia multa mihi narrauit , & non sine pia , dulcissimaque dicti loci sanctitatis recordatione confirmauit. Quæ sane testimonia non censeo paruipendenda : & ob id maximè , quod præter tot grauissimorum in huius capituli principio laudatorum expositorum auctoritatem , non parum stabiliunt illam sententiam , quæ tenet Paradisum voluptatis , in quo primus homo positus à Deo est , etiam nunc esse circa Mesopotamiam : & prope illum , primò Adam cum sua piissima familia , deinde Seth , Enos , Cainan. Enoch , Noë , aliosque filiorum Dei Principes ante & post diluuium habitasse : & inde suos per vniuersum mundum misisse discipulos. Vim quoque præstant maximam , tam iis quæ in præcedenti capite ex libro Enoch citauimus de

148 **ECCLESIA ANTE LEGEM**
congregatione Cinæorum sub nomine An- A
gelorum fieri solita supra vel circa montem
Hermon, qui Damascenæ regioni proximus
est : quam iis quæ de Raphaim , Zuzim &
Emim, id est, prophetis in Astaroth-carnaim,
Emath & Cariathaim habitantibus antea
deduximus.

a cap. 9.

IACOBI



IACOBI BOVL DVC
ORDINIS CAPVCCI-
NORVM PRÆDICATORIS,

DE ECCLESIA
ANTE LEGEM

Liber Secundus.

CAPVT PRIMVM.

*Quam opportunè missus à Deo sit Pa-
triarcha Noë in secunda mundi
etate: quàm magnificè Scriptura de
illo loquatur. Constituitur à Deo ca-
put omnium perfectorum: spatio fere
500. annorum cælibem vitam egit.*

A **P**ERSEVERANT impij agere fanda,
infandaque relatu. Vt de iis qui la-
redi potissimum erant temporibus
canit auctor Sibyllinorum. De quibus &
Epiphanius * ita loquitur: *Quemadmodum
autem traditio habet, que ad nos deuenit, hinc*

a Initio Pa-
narij.

K 3 incæpit

incoepit fraus in mundo fieri. Et ab initio qui- A
 dem per inobedientiam ipsius Adam: deinde per
 ipsius Cain parricidium. Nunc autem in tem-
 poribus Jared, & ultra, veneficium, incantatio,
 petulantia, adulterium & iniustitia: non opinio
 aliqua alia, non doctrina immutata: sed una
 lingua, unum genus in terra illo tempore disper-
 sum. Quod ita videtur intelligendum. Quam-
 diu Adam & Seth vixerunt, pro sua aucto-
 ritate, præsentia & prudentia, virtutumque
 exemplis ac monitis nepotes suos in officio
 ad mortem vsque continuisse: ad hoc in pri-
 mis Enos & Cainan qui pietatis ac zeli lau- B
 de florebant, valde concurrentibus. Verum
 mortuo Adamo, translato Enocho, mortuo
 item Setho, tam Cainitæ, quàm Sethi disci-
 puli, id est, filij Dei deprauati ad torrentis
 inundantis instar, ultra retineri non potue-
 runt. Itaque insignem istorum eluionem
 ante Patris ac Magistri sui mortem, quæ fuit
 anno mundi 1042. contigisse non est verifi-
 mile, fauente nobis in hac parte Iosepho^a,
 cùm ait: *Filios Sethi*, de illis enim agit, *per*
septem generationes perseuerasse unum Deum
colentes omnium rerum Dominum: semperque C
respectum virtutis habuisse. Procedente deinde
 tempore, octaua scilicet generatione, & dein-
 cept à patriis institutis degenerasse. Octaua au-
 tem generatio à Setho cadit in Lamechi æ-
 tatem circa dictum mundi annum. Sub qua
 ætate Hebræi generalem hanc morum euer-
 sionem agnoscunt, vt notauit Genebrardus:
 quæ post quindecim à morte Sethi annos
 contigit,

a Antiq. lib.
 E. G. 3.

A contigit, vt mox videbimus. Nam de Cainitis, & filiis hominum alia est ratio. Eos quippe idem Iosephus ^a ait: *Superstite etiam a Antiq. lib. tum Adamo sceleratissimos euasisse.* De quibus ^{1. c. 3.} etiam nuper locutus est S. Epiphanius. Septuaginta igitur anni à translatione Henoch, quindecim autem à morte Sethi transferant, quando secundæ mundi ætatis lucidissimum illum Solem Noë omnibus fausta mortalibus præuenit suæ natiuitatis aurora. Qua ^{Noë natiuitas quando contigit.}

B noctem pertæsus mysteriosum recens nato cum ingenti gaudio nomen indidit Noë, diceret: *Iste consolabimur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus* ^{b. Nimirum, vir ex filiis Dei, b Gen. 5. 29.} forsitan professione Cinæus, pro sua vocatione pacis amantissimus ad bellum plerumque cum suis aduersus tumultuosos, inquietos, & humani generis perturbatores Cainitas procedere & manus concertare coactus, deplorans etiam totius orbis terrarum ingentem calamitatem, cuius maledictionem semel à Deo datam maledicti Caini (qui in humani generis natus videbatur exitium) supra modum aggrauauerat iniquitas & assecularum suorum longa nimis omnium vitiorum depopulauerat ingluuies, vaticinando quietis nomen dedit filio. *Quoniam enim, ait Chrysostomus* ^{c, præscientia sua præuidebat c Hom. 2. 1. in Genes. futura, vt vidit malitiam hominum in dies magis ac magis increfcere, prædicit per appellatio-}

nem pueri mala que totum humanum genus inuasura erant : vt vel timore castigati abducerentur a vitiis & amplexarentur virtutem. Vtinam inuenissem qui mecum sentiret, Lamech prophético spiritu obscurè loqui nomine Hebr. האדמה *haadamah* cum החיה *Hahediah* non terram intelligere, sed Cain Adæ primogenitum, quem per contemptum, tanquam aliquid indignum nomine vocaret *haadamah*; quasi diceret, rem illam Adami, quam maledixit Dominus; vt totius sententiæ sit sensus: Consolabitur nos ab operibus arduis, & tribulationibus, quas tanto tempore passi sumus ab illo miserrimo primo Adæ fœtu, cui maledixit Dominus. Nec discrepat textus Hebr. *Iste consolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuum nostrarum de Adamah cui maledixit ei Dominus.* Certè multæ soluerentur expositiones absurde, quæ dari solent istis verbis. Tot igitur ac tantis Ecclesiæ ingredientibus malis Deus prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum^a. Et velut ad tantum opus idoneum ministrum C perquirens diceret, *Quem mittam? & quis ibit nobis?* ^b *Noë* verò, inquit Scriptura, inuenit gratiam coram Domino^c: qui, nimirum, mitti dignum illum iudicauit. Anno igitur mundi circiter 1140. quo mortuus est Enos, quasi in eius locum suffectus surrexit Noë, Cainano adhuc superstiti (qui insuper postea 105. vixit annos) non modicum in his tempestatum

^a Pl. 101. 20.

^b Esa. 6. 8.

^c Gen. 6. 8.

A pestatum procellis allaturus auxilium. Sed quo modo de viro isto loquatur Scriptura prorsus est notandum. Longè enim alio modo loquitur de generationibus Noë, quàm de aliis generationibus. Et nunc, si vnquam, apertè constabit Moysen concisè admodum loqui in toto libro Genesis de rebus Patriarcharum, & de iis quæ ad tempus suum, legemque non pertinent: tum quia videbat Deum suo ministerio legem naturæ ad novam quodammodo formam reduxisse, cui

B dere: tum quia res quæ ab initio mundi vsque ad suum tempus contigerant diligens traditio, ac frequentata narratio patrum ad filios populo Israëlítico tritas & familiares omnino reddiderat. Proinde vtitur etiam laconicis dicendi formulis; sed propriissimis, significantissimis, atque populo suo notissimis terminis. Quos qui nesciunt ponderare, suam in hoc maximè libro Genesis exponendo insufficientiam, ne dicam inscitiam vt fateantur necesse est. Ecce, in primis, vbi de generationibus carnalibus sermo fit, semper

C vtitur voce תולדות *tholedoth*, generationes, quas propriè significat ista vox: quæ ideo non nisi pluralis inuenitur: quia vix vsurpatur nisi vbi de pluribus rebus vel hominibus naturaliter generatis mentio fit. Exempli gratia:

Ha sunt generationes cæli & terra^a. *Hæc sunt generationes Phares, Phares genuit Esron, &c.*^b
Ha sunt generationes Esau^c. Vbi vero sermo est de generatione spiritali, seu mystica,

a Gen. 1. 4.

b Ruth 4.

19.

c Genes. 36.

1. 9.

iuxta quam magister dicitur pater discipuli, & utitur nomine דורית *Doroth*, vt infra ^a. Et statuum pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno. Et hoc suo loco videbimus.

Secundo notandum, quod in citatis de generatione carnali locis, & in aliis similibus, mox & immediate postquam dictum est, *Ha sunt generationes Iacob* ^b semper ponitur generatorum series, vel quæ ad illam pertinent, vt facillè constat ex istis locis: hinc verò postquam Moyses dixit; *Ha sunt generationes* (Heb. *tholedoth*) *Noë*, statim digreditur ad commendationem iustitiæ Noë, & per parenthesis, quæ hinc aptissimè ponitur, & per nomen דורית *doroth*, de generationibus spiritualibus intelligens, profequitur, *Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* ^c Postquam parenthesis rediens ad generationem carnalem, addit: *Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iapheth.* Quorum generationes non profequitur, vt iuxta morem Scripturæ faciendum esse videbatur: sed regreditur ad ea, de quibus Deus cum eò tractaturus est circa rem diluuij, quæ postea profequitur, narrationem de generatione filiorum Noë post historiam de diluuiio resumpturus. Ratio huius est: quia Deus coram quo Noë inuenit gratiam, incipit tractare cum illo de rebus diluuij, non in quantum pater est Semi, Chami & Iaphethi secundum carnem: sed in quantum est *iustus perfecti in genealogiis suis* (vt

^a Gen. 17. 7.

^b Gen. 37. 2.

^c Gen. 6. 9.

A (V
iur
fit
dr
qu
En
ia
rat
tus
Ra
no
ve
B im
ge
qu
ste
vie
di
qu
fo
mi
est
on
Vt
C
cer
loc
tar
cù
seu
pri
&
Vt

A (vt volunt Hebræa) spiritalibus , hoc est, iustus ac rectus eorum qui perfectionem profitentur supremus moderator & Archimandrita, seu omnium sodalitatum filiorum Dei, quæ tunc, eius nempe temporibus erant tam Enosæorum quam Cinæorum, & fortasse iam longè antea præpositus illis à Deo fuerat eo modo quo postea Abraham præpositus fuit super omnes Cinæos, Cenezæos & Raphaim qui erant in terra Chanaan^a. Quod

a Genes. 19.
19.

B inuenit gratiam coram Domino. Et istæ sunt genealogiæ seu perfectorum scholæ, sine quibus Melchisedech (quem fuisse Sem postea^b docebimus) fuisse, Paulus^c intelligere videtur. eo quod patris Noë in hac suprema dignitate successor neque patrem habet neque matrem, quia nullum habet virum aut fœminam pro superiori vel magistro, & similiter nullius particularis genealogiæ, hoc est, scholæ, vel sodalitatis pater est, cum sit omnium genealogiarum supremus Pontifex. Ut latius probamus vbi supra.

b cap. 3. & 4.

c Heb. 7. 3.

Noë quo sensu dicitur perfectus in generationibus suis.

C Pro cuius expositione notandum est, vocem דורית *doroth*, qua Moyles vtitur in hoc loco, venire à verbo דור *dour*, quod importat ordinatam vitam, quando est neutrum: cum verò est actiuum, ordinare, disponere, seu digerere. Proinde nomen importat propriè seriem hominum, certam successionem & reuolutionem, quæ in morem spheræ fit. Ut cum dicitur, *Generatio vadit, & generatio aduenit.*

a Eccli. 1. 4. aduenit ². Item, generationem eius quis enarra- A
 b Esa. 53. 8. bit ^b. quænam autem sit illa generatio Chri-
 sti apertè sequentia multipliciter ostendunt,
 vt cum dicitur : *Si posuerit animam suam pro*
peccato, videbit semen longæuum. Ita quod pos-
 set aliquo modo verti, *Iustus perfecti fuit in*
ordinibus suis: quo per mysticam seriem nunc
 etiam vocamus ordinem S. Benedicti, ordi-
 nem S. Augustini, ordinem S. Francisci. Præ-
 terea notanda est Histerologia cum dicitur,
Iustus perfecti fuit in genealogiis suis, seu or-
 dinibus, *cum Deo ambulauit.* Ita enim con-
 strui debet : *Cum Deo ambulauit, iustus perfe-* B
cti fuit in genealogiis suis : vt sit sensus : Cum
 diu, & iustè ambulasset cum Deo, constitu-
 tus est iustus moderator atque director su-
 per omnes sui temporis ordines. Vbi nomen
 צַדִּיק *tsadik* non habitum iustitiæ simpliciter
 importat : sed specialiter iustum in regendo
 moderatorem, vt pluribus alibi ^c probamus.
 c in Iob. c. 12. 4. Vnicum de hoc exemplū sufficiat : quo Deus
 in hoc sensu iustus Rex aut moderator ap-
 pellatur : *Quomodo tu eum qui iustus est, in*
tantum condemnas? Ad verbum, *An iustum*
in signem impium facies? Sed loca consulenda C
 sunt. Postquam igitur Noë ambulauit cum
 Deo (sicut Henoch ante eum ambulauerat, vt
 d lib. 1. c. 14. vidimus ^d) diuino se vouens obsequio, &
 cum inuenisset gratiam coram eo (diu, ac fre-
 quenter ante faciem eius ministrando) con-
 stitutus ab illo est supremus omnium perfe-
 ctorum moderator & rector. Vnde colligi-
 tur etiam Noë ex Cinæorum ordine fuisse
 sicut

A sicut Henoch: priusquam ad supremam eueheretur perfectorum dignitatem. Nec male me suspicari putarem, illum extitisse virginem ac cælibem spatio fere 500. annorum: ante quod tempus non habuisse filios verior nonnullorū opinio cum Chrysofomo ^a colligit ex istis verbis: *Noë verò cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth* ^b. Nec prius genuit, ait Genebrardus ^c, quia instituerat vivere in perpetuo cælibatu, vel coniugali continentia & contemplationis studio & tædio sæculi sui corrupti, & metu habendi prolem, quæ diluuiio ipsi iam ante annos 20. reuelato periret. Quare non nisi excitatus oraculo dicitur ad procreationem processisse, quo humanum genus seruaret. Fuisse enim continentissimum inde apparet, quia Genes. 5. cum de præcedentibus Patriarchis, ipso etiam Henoch sanctissimo dicatur; *Genuitque filios & filias*, de solo Noë usurpatur alia formula, *Genuit Sem, Cham & Iapheth*. Qualia multa obseruant Hebræi: Huc vsque Genebrardus. Sic Deus puritatis amantissimus illis temporibus, quibus sæda libido tantum inualuerat, iustitiæ præconem elegit castissimum in eius sibi complacens virginitate, per quem genus humanum & Ecclesiæ statum reparare volebat. Quemadmodum postea ex Abraham *habente corpus emortuum, & emortue vulue Sara* ^d semen quod stellas cæli & arenam maris numero superaret, eduxit. Iam igitur cesset anxietas quid his 500. annis magnus iste Patriarcha didicerit,

*Noë cælebs
vixit spatio
500. annorū.*

^a Hom. 4. in
Genes.

^b Gen. 5. 31.
^c in Chronol.

^d Rom. 4.
19.

158 ECCLESIA ANTE LEGEM
didicerit, aut fecerit : quomodo puerilem A
ætatem, adolescentiam & iuuentutem trans-
egerit. Omne studium adhibuit vt toto illo
tempore & præsertim à diebus quibus in
fodalitate Cinæorum ambulare cœpit cum
Deo & familiariter conuersari, vt placeret
ei, & placuit & inuentus est iustus ; *Solus in
omnibus iustissimus, fidelissimus, verax bonisque
operibus deditus* : quo pacto de illo Sybilla
loquitur. Sed iam nostras filiorum Dei quos
ipse sua sanctitate tantopere illustrauit in
ista secunda mundi ætate genealogias profe-
quamur. B

C A P V T I I.

*De congregatione filiorum Dei, quæ post
diluuium ab Heber Hebræorum
dicta primum nomen dedit ex Abra-
hamo descendentibus Israelitis.*

O MISSA tota de diluuiio historia aliis C
que multis, quæ ab anno ætatis Noë
84. mundi verò 1140. (quo putamus imme-
diatè à Deo, cui summoperè placebat, vt sæpe
inculcat Scriptura, ex peculiari Cinæorum
fodalitate in qua sanctissimè vixerat, ad su-
premam summi sacerdotij dignitatem eue-
ctum fuisse.) tam ante, quàm post cataclyf-
mum contigerunt, quæ ad rem nostram mi-
nimè

A nimè conferunt : de alia peculiari filiorum Dei congregatione, vel potius de eadem, sub Hebræorum nomine post diluuium perseuerante dicendum est. Idque ad lumen istorum maximè verborum Moysis, *De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber fratre Iapheth maiore.*^a Quibus bene intellectis mox ^a Genes. 10. 21.

extra ordinem à Moysè celebratus sit: vt Sem ab Heber abnepote, non vice versa illustrari videatur : quo modo Abraham, & David, & aliique viri Principes in sacra historia, & in Romana Caro, & Pompeius, & Africanus, & Cæsar, & M. Tullius non solùm filios & nepotes, sed etiam progenitores suos summo perè illustrarunt. Pro quo non piget iterum quod nuper dixi, repetere, verba quæ Moyses in libro Genesis populo Israëlitico rerum Patriarcharum & genealogiarum suarum valde gnaro laconicè multum, ac concisè protulit, tantò diligentius, & attentius esse ponderanda, quantò maximis turgida sunt mysteriis. In prædicta igitur verba sic

C agit S. Augustinus^b : *Non frustra ipse primus nominatus est Heber in progenie veniente de Sem, & prelatus est filius, cum sit quintus Nepos : nisi quia verum est quod traditur, ex illo Hebræos esse nominatos, tanquam Heber eos, cum & alia possit esse opinio, vt ex Abraham, tanquam Abrahami dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt, ac deinde una detracta littera, Hebræi.*

^b de Civit.
lib. 16. c. 3.
Hebræi à
Heber sic
appellati.

a In qq.
Hebr.
bin cap. 10.
Genes.

brai. Subscribit ei S. Hieronymus ^a. Caieta-
nus verò ^b: *Ad dignitatem Sem spectare mon-
strat Moyses, inquit, quod ipse fuerit pater
omnium filiorum Heber: ut per hoc intelliga-
tur, quod fuit pater Abrahae, quod fuit pater po-
puli electi à Deo, quod fuit pater Messiae: Alia
tamen est Theodoretii sententia: Quidam
dicunt, inquit, ab Heber Hebraicam linguam
appellatam esse, & illum solum in pristina lin-
gua permansisse, indeque Hebraeos esse dictos.
Ego vero puto appellatos Hebraeos ex eo quod
Abraham Patriarcha, cum è regione Chaldeo-
rum veniret in Palaëstinam, fluuium Euphratem ^B
pertransiit. Hebra enim Syrorum lingua idem
dicitur quod Euphrates. Quod si Hebraei deno-
minarentur ab Heber, non solum illos oporteret
sic appellatos esse: permulta enim nationes ab
Heber originem ducunt. Cuius sententiæ duæ
sunt partes ponderandæ. Primam meritò Sa-
lianus ^c vocat expositionem valde violentam, coactam & ambiguam. De qua sic qua-
rit: Quid est enim, inquit, Sem fuit pater om-
nium filiorum *trans*? quis ita loquitur, præ-
fertim nulla adhuc facta mentione habita-
tionis trans fluuium Euphratem, &c. Ideo ^C
que concludit: Valeat potius communis om-
nium pene Latinorum, Græcorum atque He-
bræorum expositio, cum Chaldæis Paraphra-
stis, quibus Heber est proprium nomen, Sem
autem dicitur pater filiorum eius. Ad se-
cundam vero partem, Quod si Hebraei, &c.
consultè etiam respondet Salianus: Necessè
non fuisse omnes filios Heber dictos He-
bræos:*

c An. mun-
di 1754.

A braeos : sed eos tantum, qui auitam linguam cum patre retinuerunt : quæ cum esset communis omnium nomine non egebat : cum peculiaris facta est, Hebræa est appellata, vt rectè docet Augustinus^a. Bona sanè responsio, tantòque magis, quanto tanti Patris fulcitur auctoritate, nec non aliorum, quos debemus reuereri. At vtique non perfectè satisfacit : solum enim idioma non sufficit, vt aliquis particularis, multo minùs aliqua natio nomen sibi gentis assumat. nempe, filij Iacob, eiusque nepotes cum essent in Ægypto,

B pto, & communi regionis lingua vterentur, non ideo Ægyptij propriè dicebantur: sed Israëlita, eo quod ex Iacob essent oriundi. Propterea stare videtur ratio Theodoretì, *Quod si Hebraei denominarentur ab Heber, non solum illos oporteret sic appellatos esse, cum permulta nationes ab Heber originem ducant. Sed deficit in hoc, quod, vt ferè omnes alij, de sola carnali origine intelligit verba Genesis, quæ de spiritali filiorum Dei accipienda sunt. Vnde miror, quod quasi omnes Enarratores bene quidem ponderent quod* C dicitur à Moyse, *De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber: sed nullum inuenio, qui quod sequitur explicet fratre Iaphet maiore ad illorum expositionem: ad quam tamen penitùs conferunt.*

Tota igitur sententia breuiter & concisè admodum explicat illa prius recitata Noë verba ad tres suos filios Sem Cham & Iaphet, quibus incipiendo à maledictione Cha-

naam filij Cham qui nuditatem eius derisera-
 rat eum seruum seruorum fratribus suis, Sem,
 videlicet, & Iapheth constituit; deinde be-
 nedicit istis aliis duobus. Verba eius sunt:
Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fra-
tribus suis. Benedictus Dominus Deus Sem, sit
Chanaam seruus eius: sed iuxta Hebræum sit
Chanaam seruus eis. nempe, Deo & Semo
 de quibus sermo immediatè præcessit: quasi
 Chanaam constituatur seruus Dei sub Semi
 moderamine. An vero talis seruitus iure ma-
 ledictio dici poterit, & non potius ac dunta-
 xat status, conditionisq; minoritas vt postea B
 videbitur^a? Prosequitur Noë. *Dilatet Deus*
Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem^b. Qui-
 bus verbis (vt amplius postea^c videbimus)
 sanctus Patriarcha præficit Iaphetum taber-
 naculis, id est, templis, locisque sacris, su-
 per quæ Sem tanquam Summus Pontifex
 auctoritatem supremam habiturus est, &
 ideo vocantur *tabernacula Sem*. Cham verò
 in suo filio Chanaam in statu laico consti-
 tutus, tanquam huiusmodi, futurus est seruus
 seruorum, hoc est, ministrorum tam Iapheti
 qui sacris præerit, quàm Semi, qui summus C
 Pontifex erit. Vt igitur Moyses ista decla-
 ret, postquam deduxit amplissimam genera-
 tionem Iapheth, & postea illam quæ est
 Chanaam: antequam Semi narret proge-
 niem, sic iuxta Hebræum loquitur: *Isti filij*
Cham, &c. Et ipsi Sem est natus (supple Cham)
etiam ipse (supple Sem, est) *pater omnium filio-*
rum Heber, frater Iapheth maior. Vbi vox Heb.
 771

^a cap. 9.
^b Genes. 9.
 25. & 26.
^c cap.

- A **לִי** *Iullad*, quæ refertur ad Cham, cum natiuitatem significare non possit, non enim Cham filius est Sem, sed frater, importat obsequium & subiectionem; sicut per eandem vocem apud Psalmistam ^a *Chus* (id est, ^a *Æthiops*, pro *Æthiopibus*) dicitur *natus*, hoc est seruus & vermiculus esse in Sione: & per aliam eiusdem radicis, nempe **לִי** *Ielid natus domus* sæpe dicitur ^b, id est, vernaculus, vel etiam filius spiritualis. Cham igitur qui prius à patre constitutus fuerat seruus Dei & Semi: nunc Semi natus, seu vernaculus, seu
- B filius spiritualis appellatur: vt intelligatur de quanam seruitute priora verba intelligi debeant. Quod autem dicitur Sem esse *frater Iaphethi maior*, vel iuxta emphasim nomine Hebræi **הַגָּדוֹל** *Haggadol*, *maximus*, spiritualem quoque magnitudinem importat; qua Sem Iaphetho ætate iam maior in hoc etiam frater eius est, quod, sicut ipse habeat tabernacula quibus inhabitet ac præsit, hoc est, in his quæ ad Deum attinent præfectus sit: sed in hoc illo maior est, quod sua sunt omnia tabernacula, in quibus habitaturus est Iapheth. Hoc est, supremam super illa omnia habebit auctoritatem, quæ sub Iaphethi erunt cura & moderamine. En quomodo Sem tam Iaphetho, quam Chamo fratri præfertur, eorumque princeps constituitur. Sed præterea constituitur supremus pater omnium filiorum Dei religiosorum, qui Abrahæ temporibus & longè prius dicebantur filij, id est, discipuli Heber, quia
- C

a Ps. 86. 4.

b Gen. 17.

12.

Leuit. 23.

11.

Ierem. 2. 14.

Semi in Ec-

clesia supre-

ma auctori-

tas ex textus

Genesis con-

stat.

tunc supremus illorum erat archimandrita. A
 Et hoc est quod de Sem cum additamentum
 significante particula dicitur, *Etiā ipse pater omnium filiorum Heber.* Quasi dicat: Sem totius Ecclesiæ summus erit Pontifex. Nam in Iaphetho præerit omnibus Ecclesiasticis & Episcopis: in Chamo omnibus laicis: & in Heber omnibus religiosis. Ista adhuc in sequentibus declarabuntur amplius. Quemadmodum igitur post Adam ante diluuium Seth filius eius (cui Enos vel primùm Cainan, isti vero Noë successisse crediderim) supremam in Ecclesia habuit potestatem, ita B
 & Sem post diluuium patre mortuo. Sic enim intelligendum credo quod de istis duobus illustrissimis viris specialiter ait Scriptura ^a: *Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.* Proinde in prædicto Genesis loco iam notum est Sem valde illustrari à nepote Heber, id est resultare ei maximum honorem in sensu iam dicto. Pater enim constituitur sanctissimæ & amplissimæ tunc societatis & eorum omnium qui ab Heber cognomen acceperunt, cuiuscumque tribus, C
 familiæ, aut nationis sint. Quo pacto non solùm Sem secundum carnem per Abraham pater erit omnium Hebræorum ab Abraham descendentium: sed secundum supremam in animas auctoritatem per multos alios filios nepotesque suos multarum gentium pater erit utroque modo, ut de carnali optimè dicebat Theodoretus.

^a Eccli. 49.
 19.

Quan

- A** Quanquã cur ab Hebere tota Israëlitarum *Cur Hebræi ab Heber nomen habeãt.* natio nomen acceperit Hebræorum, non est quia per Abraham carnalem habuit originem, iuxta rationem Theodoret: neque solùm quia in diuisione linguarum apud illam nationem solam Hebræa integra remansit: sed quia cùm apud illos Prophetas, filiosque Dei Heberis discipulos tanquam sapientiores, sanctiores, officioque Doctores cum lingua sancta verus Dei cultus remansisset, omnes qui illis adhæserunt, veramque religionem in tanta rerum confusione amplexati sunt; cuiuscumque nationis essent, aut familie, Hebræi sunt appellati. Exinde factum est, vt nomẽ quod speciale prius erat illorum Prophetarum, toti fidelium multitudini sit attributum. Præterea factum est, quia Abraham à Deo selectus pater credentium constitutus sit, imò coryphæus, & antistes omnium Prophetarum terræ Chanaan, vt antea ^a vidimus, & præterea populi Dei ele- *a lib. i. c. 6.* æti pater per Isaac secundum carnem factus sit; vt ex proximitate nominum Heber & Abraham quidam arbitrati sint illum ab eo
- C** oriundum populum nomen etiam accepisse Hebræum, quasi Abrahæum. Sed hæc est Rabbīnorum miseranda cæcitas, qua in multis aliis palpantes ipsa meridie in perditionis foueam cadunt. Longè meliùs philosophari videtur doctissimus in lege Paulus ^b, *b 2. Cor. 11.* qui agens contra quosdam pseudoapostolos ^{22.} ex Iudæis ita loquitur: *Hebræi sunt, & ego: Israëlita sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego:*

ego : ministri Christi sunt , & ego. Quid sibi A
 vult ista gradatio , vt Hebræos sequantur
 Israëlita , Israëlitas semen Abrahamæ ; & istud
 ministri Christi ? An ista est tautologia , vel
 tanti viri battologia ? Quid simplicibus &
 ignorantibus aliud est esse Hebræum , quam
 Israëlitam , aut Israëlitam & Hebræum , quam
 semen Abrahamæ ? An quia seriatim ita loqui-
 tur , quia Iudæi primo vocati sunt Hebræi ,
 quam Israëlita ? Sed si hoc est : ad quid ad-
 dere semen Abrahamæ , cùm profus idem sint ?
 Et cùm semen Abrahamæ Israëlitis prius esse
 videatur , cur istos in secundo , illud in tertio B
 loco ponit ? Suspicio valde , illuminatissimum
 Paulum , qui profecerat in Iudaismo supra mul-
 tos coetaneos suos in genere suo^a , doctorem do-
 ctiores & scribas nuper ad fidem conuersos
 alloquentem sub Hebræi & Israëlita nomi-
 nibus prudenter & modestè se in scripturis
 & lege magis peritum quàm ipsi essent , di-
 cere velle. Cæterum , si de stirpe & genere
 carnali gloriandum esset , se quòque Iudæum
 & de semine Abraham esse. Nempe , assu-
 mens antiqua prophetarum & scribarum
 nomina , qui ab Heber Hebræi , ab Israël C
 (qui habitabat in tabernaculis , nempe , iisdem
 & in eodem sensu , quo Iapheth à patre Noë
 benedictus habitavit in tabernaculis Sem^c in
 terra Chanaan) Israëlita dicebantur , ideo-
 que passim in Psalmis^d Domus Israël , tan-
 quam prophetarum antiquior familia , præ-
 fertur domui Aaron , id est , Leuitis , apud quos
 erant prophetae , scribae & doctores. In quo
 eodem

a Gal. 1. 22.

b Genes. 25.
28.

c Genes. 9.
25.

d Psal. 113.
10. 12. 134.
19.

A eodem sensu, Abraham, qui non solum carne nepos Heberis erat: sed etiam spiritu filius, hoc est, doctorum, qui suo tempore ab illo Hebræi nuncupabantur, dictus est aliquando *Hebraus*^a: ut exigunt quæ ibi mox sequuntur iuxta textum originale, de *initiativis*, seu *novitiis* (in illa nempe Hebræorum schola quam apud se habebat,) quos secum duxit ab bellum. In istorum quoque Hebræorum modesto habitu procedere videbatur Ioseph per traditionem *Hebraeus*: quando illa impudica mulier ad maiorem impudentiæ exaggerationem illum accusando dicebat: *En introduxit virum Hebraum, ut illuderet nobis*^b. Denique, paulo post Abrahamæ tempora, cum adhuc vigeret nomen & disciplina prophetarum Hebræorum, Eliphaz propheta, & abnepos Abrahamæ, cuius pater Esau ipsum Heberem videre potuerat spatio 19. annorum, & ab illo doceri: ipse, inquam, Eliphaz loquens de vera & sana fidei doctrina; quam à sapientibus patribus & antecessoribus suis acceperat, sic Iobum conuenit: *Sapientes confitentur & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & non transfuit alienus per eos*^c. Sed cum modica punctorum mutatione, pro vltimis verbis ex Heb. legi potest: *& non Heber alienus in medio eorum*. Quid mirum si quod dicebat patris Esau, & aui Isaac confirmabat auctoritate, qui ab ipsius Heberis Prophetarum Hebræorum capitis ore illa didicisse poterant? Sed iam hinc tantisper nos stare cogit ma-

a Genes. 14.

13.

b Genes. 39.

14.

c Iob. 15. 19.

gnus ille Sem, qui non tantum pater est omnium filiorum Heber: sed etiam frater Iapheti maximus, & cuius Cham est seruus ac vernaculus, quique ^a *apud homines gloriam adeptus est super omnem animam in origine Adam.*

^a Eccli. 49.
19.

C A P V T III.

Quod Sem primogenitus Noë dictus pater filiorum Heber fuit ille summus Pontifex, qui in terra Chanaan dictus est Melchisedech.

BENEDICTVS qui venit in nomine Domini, ex tot sæculorum miriadibus à tot doctissimis & sanctissimis viris cum omni sollicitudine & auida indagatione quæsitus summus Dei Altissimi sacerdos, vir omnino magnus, aut melius virorum miraculum Melchisedech. Qui in sua tanto Pontifice digna grauitate, & veneranda canitie supra modum spectabilis, non quidem Spiritus sanctus, sed à Spiritu sancto ad nos, licet indignissimos, nihilque tale cogitantes quasi ex abrupto missus (vt speramus) totus hilaris apparens nobis in hac calamitosa temporum, morumque corruptela qua nouatores hæretici summi in Ecclesia percontinuum successionem Pontificatus pessimè negant, mirisque modis dilacerant, incredibilem sua præsentia

A præsentia cordis attulit lætitiã : tantòque maiorem : quantò ex temporis, loci, personæ, nominis, officij, & cum Christo cuius erat figura, similitudinis circumstantiis velut propriis in facie signatus lineamentis; fulgentibus quoque, tanquam pontificalibus vestimentis sacræ Scripturæ locis ornatus, arcanorumque multorum quæ latebant, re-feratione, velut honorabili ministrorum ca-terra stipatus conspicitur : vt deinceps quis ille sit tantisper ambigere fas non videatur. Quamplurimi, fateor, doctrina & sanctita-
 B te conspicui Patres iam à multo tempore il- lum indigitarunt ; & Sem primogenitum Noë esse pronunciarunt. Sed non video il- los suam satis potentibus argumentis stabi- lire sententiam. Vnde Hieronymus ipse a
 illam potius ab Hebræis acceptam recitat, quàm asserat. Quem imitatus Rupertus, Li- pomanus in Catena, ait : id Iudæos tradere, post Ionathan auctorem translationis Iero- solymitanæ. Eandem etiam recitat ex He- bræis Isidorus, nec improbat Epiphanius, amplectuntur Villalpandus b, Lyranus, Ge-
 C nebrardus : probabilem existimant Torniel- lus c, Abulensis d, Eugubinus, Caietanus e, Suarez, & Salianus f. Et quia à duobus hinc annis exiit in lucem quidam libellus Galli- co sermone conscriptus pro titulo habens MELCHISEDECH, in quo prætendit auctor nomine Auzoleus (cum quo aliquando con- tuli) homo subtilis ingenij, probare Mel- chisedechum adhuc cum Enoch & Elia in

a in Tra.
in Genes. &
epist. 146.

b in Ezech.
tom. 3. 1. p.
lib. 1. c. 12.
& 13.

c an. 6. ter-
tiæ ætatis
n. 9. & 44.

d in cap. 11.
& 14. Gen.
e ibidem.

f ann. mudi
2118. num.
19. & 20.

viuis existere & à tot sæculis adhuc manere A
superstitem, nixus præsertim his Pauli ver-
bis, *Et hïc quidem decimas morientes homines*

a Hebr. 7. 8. *accipiunt; ibi autem contestatur quia viuit* 2.

*Auzolei de
Melchise-
dech adhuc
viuente re-
futatatur opi-
mo.*

Vt igitur tam paradoxam opinionem faciliùs
ac citius atteramus, nostram de Sem senten-
tiam eidentius, solidiusque stabiliamus, si-
mulque breuitati studeamus: operæpretium
duximus Apostoli tam altè ac profundè de
hoc summo Pontifice differentis sermonem
verbatimim exponere.

Hic est enim Melchisedech. Ab isto nomine
b cap. 1. auspicaturi ad iam b datam expositionem B

huius honorifici nominis *iustus perfectus*,
quo datus est sanctissimus Patriarcha Noë
lectorem remittimus. Ob id potissimum
quod duo tantum in Scriptura insignis præ-
cæteris hominibus iustitiæ & sanctitatis vi-
ri reperiuntur, qui hoc vocentur nomine,
nempe, Noë & Iob: quod vterque in sua
regione non solùm iustissimus extiterit: sed

*Iustus per-
fecti duorū
tantum vi-
rorum nomē
fuit, Noë &
Iob.*

etiam & præsertim eo quod æquus & *iustus*
perfecti, id est, perfectorum, & perfectionem
proficientium virorum, nempe filiorum Dei
moderator esset, supremusque archimandri- C
ta. Quod latius expositum à nobis est, in
illud Iobi, *Deridetur iusti simplicitas*: sed iux-
ta prototypum, *Irrisio ero iustus perfecti*?

c Iob. 12. 4.

Vbi ostendimus Paulum scribendo ad He-
bræos d, sicut nunc cum agit de Melchise-
decho, tanquam ad eos, qui huiusmodi san-
ctæ linguæ phrasas & idiomatica optimè no-
uerant, præscos patres Patriarchas & Pro-
phetas

d cap. 12. 13.

A phetas intellexisse per idem honorificum nomen, cum dixit, eos, qui ex Iudæis ad fidem Christi uenerant, *accessisse ad Ecclesiam primitiuorum, & iudicem omnium Deum, & spiritus* (id est, qui nouerant iudicare etiam de uero Dei spiritu) *iustorum perfectorum*. Notandum præterea nomen Regis sæpe in Scriptura summi pro iis qui sacris, sacrorumque ministris præfunt. Vnde apud Psalmistam ^a appellantur *Reges militiarum*: utpotè, militiae, sacerdotum, militiae Leuitarum, militiae cantorum, &c. Et simpliciter uocantur *Reges* ^b qui ^b *ibid. vers.*

B tamen ibi sacerdotes, & eos omnes, qui ^{15.} Ephod uestiti sacro uocabant ministerio. Vnde qui apud Matthæum ^c appellantur *iusti*, apud Lucam ^d dicuntur *Reges*. Et quod ^c *cap. 13. 17.* ^d *cap. 10. 13.*

C patris sui *Iustus perfecti*. Hoc est, iustus Rex perfecti, doctor iustitiæ, & moderator illorum omnium, qui iustitiam & perfectionem profitentur. Illi autem erant filij Dei & Ecclesiastici: quorum summus Pontifex fuit Noë, cui successit primogenitus eius Sem, ob id appellatur *Rex iustitiæ*. Nec obstat, quod postea Iosue ^e temporibus alius Rex ^e *Iudic. 1. 6.* eiusdem ciuitatis Ierusalem non amplius Melchi

Cur nomen
Melchise-
dech muta-
tū est in no-
men Adoni-
sedech.

Melchisedech, sed Adonisedech, quod non Regem, sed *Dominum iustitiæ* significat, appellatur. Hoc enim iusto Dei factum est iudicio: quia cum Reges tunc idololatræ essent: nec multum de iustitia solliciti, bona solum curantes temporalia, non dicebantur amplius reges iustitiæ, hoc est moderatores iustorum: sed domini iustitiæ, quam in seipsis tyrannicè tractabant: itaque nomen simul cum dignitate spirituali & religione mutarunt. Proinde hoc nomen ad regnum duntaxat spirituale spectat. Regnum autem temporale significabitur, cum ab Apostolo vocabitur *Rex Salem*. Neque hoc nomen proprium personæ est, sed in spiritualibus supremæ auctoritatis. Super quam notionem tota Apostoli comparatio Christi cum Melchisedecho habet fundamentum & sympathiam. Prosequitur Paulus.

a Epist. 126.
ad Euagriū.

Rex Sa'em. Negat Hieronymus^a hoc nomine urbem Ierosolymam denotari: sed ait oppidum esse iuxta Scythopolim (quod alio nomine dicitur Sichen, ubi Iacob pavit greges, & Dina filia eius violata est) in quo ostenditur, inquit, palatium Melchisedech & magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. Verum, Irenæus, Hyppolitus, Eusebius, Apollinarius, & Eustathius, quos ibidem laudat Hieronymus, Iosephus^b quoque, & passim Hebræi ac veteres Patres, recentiores etiam permulti, ut Abulensis, Pererius, Ribera, & præsertim Masius^c terræ sanctæ perscrutator docent

b de bel.
Iud. lib. 7.
cap. 18.
c in cap. 10.
Iosue.

Salem

- A Salem hanc esse Ierusalem. Vnde & Chaldaeus ubi habemus, *Melchisedech Rex Salem* ^a, ^a Genes. 14. vertit: *Et Melchisedech rex Ierusalem*. Cui sententiæ planè subscribo. Tum quia hanc loci circumstantiam puto notari à Paulo ut comparatio Christi summi sacerdotis in Ierusalem passi, & ibidem figuram de sacerdote Melchisedech in pane & vino perfectè per Eucharistiæ institutionem implentis magis eniteat: tum (quod ad litteram attinet) quia decebat, ut cum Chanaan, qui illius terræ temporale duntaxat dominium possidere debebat: in spiritualibus autem *seruus seruatorum fratribus suis* ^b Semo & Iaphetho ^b Genes. 9. esse: sed magis Semo, tanquam summo Pontifici subiici: iste summus Pontifex totius gentis & regionis Chanaan possideret Metropolim, atque in illa sedem teneret: ad quam omnes tanquam ad sacram anchoram pro animarum suarum salute liberum & facilem haberent accessum. Notent hoc nostræ tempestatis hæretici: qui in Romanum Antistitem summum totius Ecclesiæ Dei Pontificem tantoperè incandescunt, quod magnam Italiæ partem temporali possideat dominio. Nimirum, vellent adhuc in Papa tenuem & pauperem Petrum videre piscatorem: cui nullo negotio nauem, pisces & rete furarentur: nullo vellent Dei terribilis super omnes Deos in suas vices gerente deterreri fulgore maiestatis: nulla in officio contineri ad instar Dei exercituum malos coërcentis vel sola figura potentiae. Imò voluit

Salem cuius Rex dicitur Melchisedech est Ierusalem.

^{25.}

Hæretici in Romanum Antistitem debacchâtes arguuntur.

voluit Deus, vt ad huius Melchisedecis in-
star ferè apud omnes gentes (vtique edoctas
ab eius filiis & nepotibus hinc inde in mul-
tas regiones dispersis) sacerdotium esset cum
regno coniunctum. Ægyptio Regi sine sacer-
dotio non licebat imperare ^a. Apud Græcos
multo maximè Athenienses summi magistra-
tus sacra instituebant ^b. Idem in nostra Gal-
lia Druydæ ^c quos à Gómere filio Iapheth
& nepote Noë leges & statuta didicisse do-
cebimur ^d. Apud Romanos Reges sacrorum,
supràque illos Pontifices ^e factitabant.

Inde colligitur tanquam verissimum, Mel-
chisedech fuisse non quidem ex Chanaanæ-
rum gente, id est, ex stirpe Chanaan oriun-
dum: sed cum ipse & frater eius Iapheth in
suis & primogenitorum personis destinati à
Deo essent ad habitandum in terra Chanaan,
in qua Messias nasci, & per eos verus Dei
cultus seruari debebat: posteritas vero ne-
potis illorum Chanaan illis in spiritualibus
subiici, iuxta Dei per os Noë oraculum, *Ma-
ledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus
suis*: à tempore quo natus est Phaleg, & di-
uisio terrarum facta est, diuisis huc illucque
per diuersas mundi regiones aliis filiis & ne-
potibus suis; ipse Sem cum fratre Iapheth
ex Armenia venit in Chanaan: ibique suam
summi Pontificis exercuit potestatem vsque
ad mortem, quæ contigit anno mundi 2158.
cùm ipse sextum ætatis ageret sæculum, A-
braham vero 120. esset annorum. Sic solu-
tuntur tot factæ quæstiones de Melchise-
dechi

*A Melchise-
dech multa
nationes ac-
ceperunt vt
quicumque
esset Rex ef-
set & sacer-
dos.*

*a Plutar. de
Iside Ælia-
nus 4. de
bar. hist. c.
34.*

*Hefych. Iul.
Pollux. lib.
8. cap. 8.*

*b Plato in
Politico.*

*c Cæsar de
bel. Gall.
lib. 6.*

d inf. c. 8.

*e Halicar-
nass lib. 2.*

*Isidor. lib.
7. Etymol.
cap. 1.*

*Quo tempore
Melchise-
dech ex Ar-
menia venit
in terram
Chanaan.*

A dechi patria. Et habent vnde quiescant illi qui putant ex gente fuisse Chananæorum. *Verti me*, inquit, Hieronymus ^a *ad Hyppolutum, Irenæum, Eusebium Cesariensem, & Emyfenum, Apollinarem quoque nostrum, & Eustathium*, qui primus Antiochena Ecclesiæ Episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit: & deprehendi horum omnium opiniones diuersis argumentationibus ac diuerticulis ad vnum computum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananæum (intellige habitationem, non stirpem) regem vrbs Ierusalem. Similiter verificatur dictum Suidæ: Melchisedech sacerdos Dei Rex Chananæorum (in spiritualibus respectu totius terræ Chanaan, imò totius orbis terræ: in temporalibus respectu vrbs & regionis Ierusalem) *Is urbem in Sione monte condidit, Salemque dixit, id est, pacificam*. Eo pedibus in hanc sententiam, simulque collegium Prophetarum ædificasse in valle Raphaim vt visum est supra ^b, idque contigisse circa annum mundi 1800. paulò postquam ex Armenia in terram Chanaan appulit: respectumque habuisse ad nepotem suum Sale tunc annorum 77. cuius nomine cum mutatione vltimæ litteræ ⁿ in ^m nouam urbem præclaro & mystico Salem, id est, pacis titulo donauerit. Prosequitur Suidas, *In qua cum regnasset annos centum tredecim* (nos spatium 358. annorum ibi regnasse putamus, quod spatium transit ab ædificatione vrbs vsque ad mortem Melchisedech) *obiit vir iustus & per omnem ætatem virgo*. Et hoc

^a Epist. 116.
ad Euagr.

^b lib. 1. c. 9.
Ierusalem à
quo & quã-
do ædificata
est.

hoc planè negauerim. Deinde subiungit, *Natione autem cum fuisse Chananeum, cum ex eo clarum est, quod in climate Chananeo regnauit, & quod improbiſſimis Sodomitis vicinus fuit.* Non valet illatio, regnauit in climate Chananeo, ergo ibi natus est. Tum etiam, quod *Salem cuius Rex erat, celebris est illa Ierofolyma.* Quod autem de parentibus Melchisedecis

a Heres. 55.

*Astaroth
credita ma-
ter Melchi-
sedech, quo
sensu id in-
telligatur.*

scribit Epiphanius ^a, patrem eius fuisse Heraclam, matrem autem eius Astaroth, nihil quàm fabula est. Quam tamen ita libenter soluerem. Vt Melchisedech postquam, vt nuper dictum est, ex magna Armenia venit vt habitaret in terra Chanaan: stetit aliquandiu in parua Armenia, nempe in terra Hus, in illius regionis Metropoli, quæ aut tunc dicebatur, aut postea dicta est Astaroth, in qua frequentes fiebant prophetarum, filiorumque Dei conuentus, cum esset habitatio Raphaim ^b. Inde verò secedens venit in Chanaan. cum autem venisset ex Astaroth, & ignorarentur ab incolis parètes eius, quos reliquerat in magna Armenia: percrebuit fama popularis natum esse in illa famosissima vrbe Raphaim: & tandem falsa, vt solet, crescente fama inter plebeios, illum pro matre Astaroth habuisse creditum est. quo nomine Dea Iuno à Phœnicibus donata est vt

c in Iob. c. 9.9.

d lib. 1. c. 9.

alibi ^c docemus. Sed prorsus videnda quæ tam de parua Armenia, quàm de Astaroth & Raphaim prius ^d diximus. Ad textum Pauli *Sacerdos Dei summi.* De sacerdotio Melchisedecis agemus in expositione horum verborum,

A verborum, *Manet sacerdos in perpetuum.*

Qui obuiauit Abrahe regresso à cade Regum.
 Has Apostolus notat circumstantias, vt ostendat se de illomet loqui, ne quis de quodam alio sermonem suum interpretetur.

Et benedixit ei. De hoc acturi sumus ad illa verba, *Quod minus est, à meliore benedicitur.*

Cui decimas omnium diuisit Abraham. Et de his quæ ad rem nostram non multum conferunt postea.

B Primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ. Non abs re Apostolus præmittit hæc verba, *Primum quidem*: sed vt indicet, se totius de Christo cum Melchisedech comparisonis, quam mox facturum est, basim ac fundamentum ponere super hoc quod ille vir, de quo locuturus est, dicebatur & erat *Rex iustitiæ*, id est, summus Pontifex, iuxta ea quæ nuper diximus. Quod confirmatur in eo quod addit.

Deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis. Allegoriam quærens etiam in nomine Salem: cuius Rex temporalis erat Melchisedech, vt postea quadret etiam in hoc allegorica Christi cum illo collatio.

CAPVT IV.

Quo sensu Melchisedech dicatur sine patre sine matre sine genealogia, neque initium dierum neque finem habens.

PERGIT Apostolus: sine patre sine matre sine genealogia. Iam comperiemus quid valeat fundamentum à Paulo positum, se loqui velle de hoc viro, prout est *Rex iustitie*, id est, summus Pontifex: quia in quantum huiusmodi nullum ex viris patrem, nullam ex fœminis matrem agnoscit: id est, nullum ex hominibus superiorem, magistrum, aut quocumque vocetur nomine, præfectum. Pro quo notandum: quod quantum ad Prophetas (quo generali nomine Ecclesiasticos, hoc est, Clerum nos intelligere iam declarauimus^a) nihil in Scriptura frequentius, quàm vt illi, qui animarum curam gerunt, aliisque præfunt à discipulis & subditis vocitentur *patres*: & vicissim ab istis illi nominentur filij. Cuius rei neglecta obseruatio maximam vsque modò in expositione sacri sermonis in multis expositoribus peperit obscuritatem & confusionem. Nihil dico de Prophetarum discipulis qui toties filij eorum^b nuncupantur. Neque de Elisæo vocâte magistrum suum Eliam, *Pater*

^a 4. Reg. 2.
3. 7. 15. 4. 38.
5. 12. 6. 1. 9.
1.

A mi, Pater mi, currus Israël & auriga eius ^a. A 24. Reg. 2.
 multis quoque aliis exemplis abstinco, vt ad ¹².
 illa veniam, quæ multorum ignorantiam
 prodūt & tot in chronologiis & genealogiis
 texendis absurditatum ostendunt originem
 maximè in Paralipomenis; de quibus Ma-
 ſius ^b paulò liberius audet dicere: *Libros* ^b in Iosue
Paral. multis in locis curtos esse, ne dicam con- ^{cap. 21. vers.}
fusos, quod nemo non aduertit, qui vel leuiter le- ^{11.}
git. Ibi ^c (inter alia) Mesa, qui & Ierioth ^c lib. 1. c. 1.
 primogenitus Caleb ex vxore Azuba (vt pa-
 tet ibidem vers. 18.) dicitur pater Ziph ver-
 su 42.

Item,

Maon	} dicitur pater	Bethsur. vers. 45.
Saaph		Madmena. v. 49.
Sue		Maghbena & Ga- baon. ibid.
Sobal		Cariathiarim. v. 50.
Salma		Bethleem. ibid.
Hatiph		Bethgader. v. 51.
Phanuel		Gedor. 1. Par. 4. v. 4.
Efer		Hofa. ibid.
Asthur		Techuæ. v. 5.
C Tehinna		Vrbis Naas. v. 12.

Vbi omnes isti vocantur patres earū ciuita-
 tum ac regionum, quia in spiritualibus præ-
 erant iis qui illas incolebant, id est, pastores
 eorum erant. Nec dicendum ita vocari, eo
 quod illarum vrbium sint fundatores. Vrbes
 enim nominatas multo illis antiquiores fuisse
 constar. Sed hoc in eodem prorsus sensu

intelligendum est, quo Melchias filius Rechab, id est, Rechabitha dicitur Princeps vici Bethacaram ^a, id est, gubernator, vel potius in spiritualibus, vt decet Rechabitha, moderator & pastor. Quod etiam patet in hoc, quod postquam in Paralipom. ^b Sobal dictus est pater Cariathiarim, statim quasi per expositionem, additur; multas in illa vrbe fuisse cognationes, seu familias, vtpote Iethræorum, Aphuthæorum &c. & quod ipse Sobal *videbat*, id est, visitabat, *dimidium requisitionum*: quo nomine residentias iure nonnulli intelligunt, quas nos rite *paræcias* diceremus. Aliquid aliud præterea hac voce denotari putamus, quod specialiter spectat ad Prophetas: de quo in sequentibus ^c. In hoc igitur sensu Melchisedech rex iustitiæ & summus Pontifex est sine patre, quia nullum habet supra se pastorem, magistrum, aut Pontificem.

^a 1. Esdræ
3.14.

b lib. 1. c. 1.
50.

c lib. 3. c. 9.

Quadã prophetissa mulieres dicebantur matres & pastores in Israël.

d Exod. 38.
8.

e 1 Reg. 2. 12.

f Pf. 67. 12.
g lib. 3. c. 11.
& 12.

At dices; si ita est, Cur addit, *sine matre*? Numquid & mulieres pastores aut magistræ seu matres spirituales aliorum erant? Vtique, respectu quarundam aliarum mulierum prophetissarum, seu Ecclesiasticarum, quales erant illæ, quæ *observabant*, (proprie militabant) ad ostium tabernaculi ^d: Item illæ, quarum officium erat psallere & cantare laudes Dei: quarum cantatricum magnam fuisse militiam, id est classem seu ordinem etiam cum populus Israël adhuc esset in deserto, testatur David ^e: vt nos ex Hebræo deducimus, & latè exponimus postea ^f. Imo videtur

A detur quod Maria soror Moysis & Aaron peculiari modo soror Aaronis ob id appelletur: quod sicut ipse totius populi utriusque sexus summus erat Pontifex: sic illa in quibusdam rebus & negotiis suprema pastor & antistes respectu mulierum. Quod confirmatur primò ex hoc, quod tanquam præfata, caputque cantatricum prima assumpsit canticum laudis postquam populus saluus pertransiuit mare rubrum obruto in aquis Pharaone cum exercitu suo ^a. *Sumpsit ergo* ^a Exod. 15.

Maria prophetissa (id est, pro suo prophetissæ ²⁰.

B munere) *soror Aaron* (cur non & Moysis) *tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino, &c.* Secundò colligitur ex hoc quod etiam in iis quæ spectabant ad Dei reuelationes & oraculorum responsa, ipsa se fratri Aaron, imò ipsi Moysi parem facit. *Locutæque est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Æthyopissam, & dixerunt: Numquid per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est?* Et statim dicitur: quod

C Dominus locutus est ad Aaron & Mariam in introitu tabernaculi in columna nubis ^b. ^b Num. 12. ^{1. 2. & seq.}
Sed hoc manifestè constat ex eo quod ipsa ^c cap. 11. 8.
sicut fratres eius Moyses & Aaron appellatur *pastor*, cum Deus per Zachariam ^c ait, se ^d cap. 6. 4.
succidisse tres pastores in mense vno. Quod Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo & Dionysius exponunt de Moysè, Aaron & Maria. Et apud Michæam ^d

M 3 dicitur:

dicitur: *Quia eduxi te de terra Egypti, & de domo seruentium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron & Mariam. Exponit Chaldaeus: Misique ante te tres prophetas, Moysen ut doceret iudiciorum traditionem, Aaron, ut expiaret populum, & Mariam, ut instrueret mulieres. Quem ordinem seruatum etiam posterioribus temporibus quis ambigit? Quandam praefuisse illis prophetissis non dubito quae texebant storeas super quas dormiebant prophetae ad consulendum Dominum: de quibus intelliguntur illa verba, *Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui, quae prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hac dicit Dominus Deus: Va quae consumit puluillos* (al. puluina-*

^a Ezech. 13.
18.

ria) *sub omni cubito manus, &c.* ^a In his quoque legis naturae temporibus placentas Deo offerendas non à quibusuis sed à quibusdam insignioribus, & forsitan ex officio, mulieribus depsi, & coqui solitas colligo ex hoc quod pro illa tam mystica solemnique danda Iacobo ab Isaac benedictione, ipsamet Rebecca non solum praeparauit haedum quo Isaac vesci debebat: sed etiam coxit panes ^C

^b Genes. 27.
17.

qui oblati sunt ei ad manducandum ^b. Quem ritum imitatae videntur postea idololatrae mulieres, quae *consperebant adipem, ut facerent placentas Reginae caeli* ^c. Hinc deriuatum

^c Ier. 7. 18.

^d Luc. 2. 37.

Diaconissa

vnde sum-

psorant ori-

ginem.

quod legimus viduas ministrasse in templo, etiam post legem aliquo ministerij genere: ut patet de *Anna prophetissa* in Euangelio ^d. Quibus prophetissis mulieribus videntur successisse

A cessisse Diaconissæ, de quibus fit mentio in nouo testamento^a, qui ministerio mensarum aliisque functionibus mancipatæ erant: vt custodiendi vestibula sacra, vt Ignatius^b loquitur, hoc est portas, quæ mulieribus tantum patebant, vt per eas ingrederentur ad destinatam sibi templi partem à viris distinctam. Ad eas quoque pertinebat teste Clemente^c, mitti aliquando ad mulierum domos cum non posset ire Diaconus propter infideles, & improborum cogitationes: præterea abstergere frontem earum, quæ ab Episcopo inungebantur: ministerium exhibere circa baptizandas ob honestatem & decorum. Item circa infirmas: ac proinde viduæ debebant illis obedire. Quis igitur istas tam ætate quàm officio venerabiles Diaconissas matres Ecclesiæ tunc extitisse negauerit? & cum eiusdem Patrum, id est, Apostolorum suo modo cooperatrices essent ad salutem animarum, ambigere poterit illas esse, quas Paulus^d vocat *sorores*, & ipse sicut alij Apostoli circum secumque ducebat in opus (videlicet) ministerij? Quod si sciremus quænam essent tempore legis naturæ in templis ceremoniæ, eodem modo de istis matribus quæ in re muliebri aliis præerant possemus philosophari. At præterea inuenimus in Scriptura mulieres prophetissas quæ non solum mulieribus præerant sed etiam viris & vtriusque sexus matres spirituales vocabantur. Quemadmodum Debora prophetissa fuit iudex totius Israël, supremam exercens tam

^a Act. 6. 1.
¹ Timoth. 3. 11. & 5. 9.
^b Epist. 12.

^c 3. Constit. cap. 8. 15. & 19.
 lib. 8. c. 12.

^d 1. Cor. 9. 5.

in temporalibus quàm in spiritualibus auctoritatem. Iuxta quam se dicebat *matrem*,

^a Iudic. 5.7. hoc est, pastorem *in Israël* ^a. Eadem de causa alia similiter prophetissa in vna ciuitate,

^b 2. Reg. 20. se matrem illius appellat ^b. Ille igitur vir illustrissimus & sanctissimus qui Abraham è

^{19.} cæde reuertenti progressus est obuiam, in quantum proprio nomine vocatur Sem, patrem secundum carnem habuit Noë, & matrem similiter: sed & genealogiam discipulorum quos à proprio eius nomine Semaios, *Semitas & Semoneos dictos fuisse videbimus* ^c.

^c cap. 2.

At in quantum est *Melchisedech, rex iustitia, supremus. Iustorum perfectorum, & Ecclesiasticorum Pontifex*, est sine patre & sine matre nullum ex prophetis aut prophetissis agnoscens superiorem. Subscribunt Lyranus & Abulensis.

Sine genealogia. In eodem vtique sensu. Minorum enim prophetarum, Doctorum ac moderatorum est habere discipulos, qui tanquam filij in Domino generentur ab ipsis, educuntur, & dirigantur, sicut Apostolus aiebat: *Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: Nam in*

^d 1. Cor. 4.

^{14.}

Christo Iesu per Euangelium ego vos genui ^d. Vnusquisque autem istorum magistrorum, patrumque spiritualium suos habet filios, qui illius stirps aut genealogia nuncupetur. Vnde Enos suam habuit, quæ *Enosæorum*; Cainan suam, quæ *Cinaorum*; Ascenez suam, quæ *Cenezæorum*; Heber suam, quæ *Hebræorum*; Elias & Elisæus suam quæ *Rechabitarum* dice

A diceretur, ut postea ^a videbimus. Quarum ^a lib. 3. c. 9.
 classis nuncupatur *stirps*, cum dicitur; *Non*
deficiet vir de stirpe Ionadab. filij Rechab stans
in conspectu meo cunctis diebus ^b. Quæ verba ^b Ierc. 35.
 perperam de stirpe carnali ferè ab omnibus ^{19.}
 intelliguntur: ut similiter ibidem videbimus.
 Huiusmodi genealogias habere affectabant,
 qui *abducebant discipulos post se* ^c: vel etiam ^c Act. 10. 38.
 illi qui de hac aut illa genealogia potiùs
 quàm de alia esse volentes, dicebant: *Ego qui-*
dem sum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cepha,
ego autem Christi ^d. Sed nihil meliùs ad rem ^d 1. Cor. 1.
B nostram, quàm quod responderet Paulus: *Di-*
uisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus
est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati
estis? Nimirum Christus non habet parti-
 cularem quandam genealogiam aut discipu-
 lorum classem: sed omnium genealogiarum
 supremus Pontifex est, & caput omnium Ec-
 clesiarum. Iam *dispariet aut omnes filios Seth* ^e. ^e Num. 24.
 Destruxit, inquam, omnia filiorum Dei so-
 dalitia, quæ iuxta præpositorum, vel magi-
 strorum suorum diuersa nomina diuersis ap-
 pellabantur nominibus, & velut tot parieti-
C bus distinguebantur ab inuicem: fecitque ut
omnes filij Dei, qui erant dispersi congregaren-
tur in vnum ^f. Sicut agnouit & falsus est Na- ^f Ioan. 1. 1.
 thanael vnus ex istis vero Israëlita, cum di- ^{52.}
 xit ei, *Tu es filius Dei, tu es Rex Israël* ^g. Quasi ^g Ioan. 1.
 dicat, tu es ille filius Dei naturalis, qui om- ^{50.}
 nium filiorum Dei Israëlitarum verus Rex
 omnes in vnum sub tuo regimine & nomi-
 ne debes aggregare, ut omnium gregum isto-

- a Ioan. 10. rum sub te fiat unum ouile & unus pastor ^a. A
Cuius figura fuit summus Pontifex Melchisedech, qui non habet particularem aliquam classem, sodalitatem, aut genealogiam discipulorum sicut suis temporibus Ascenez & Heber nepotes eius habuerunt : sed est Pater omnium filiorum Heber ^b. Omnium, inquam, quæ in tota Chanaanæ & in toto mundo siue à suo nepote Gomer in Galatia, siue à Nembrod in Chaldæa & Babylonia, siue alibi ab aliis erigi potuerunt sodalitia, supremus pater ac moderator est.

Dies alicuius quo sensu dicantur. Neque initium dierum neque finem habens. ^B
Solet S. Scriptura vocare dies alicuius tempus illud & tempestatem in quo potissimum aliquo modo emicuit, & vt dicere solemus, floruit inter homines. Vt cum dicitur : facta est manus Domini super Philistheos cunctis diebus Samuëlis ^c : hoc est, quandiu fuit iudex super Israël & supremum habuit dominium.

- c 1. Reg. 7. 13. De Saüle autem dicitur : Erat autem bellum potens aduersus Philistheos omnibus diebus Saül ^d.
Id est, quandiu regnauit. Similiter de Salomone : Habitabatque Iuda & Israël absque timore vlllo vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua à Dan vsque Bersabee cunctis diebus Salomonis ^e. Præterea notauimus antea ^f, quoniam mundi sæculo, vel tempore cepit Enos invocare nomen Domini ^g : & coniecimus id euenisse circa annum mundi 330. Cainam verò filium eius circa annum 425. Idem fecimus de Cenezæorum & Hebræorum sodalitatibus ^h. Igitur tempore Pauli facillè erat

- e 3. Reg. 4. 25. f lib. 1. c. 11. g Genes. 4. 26. h cap. 2. & infra cap. 6. ^C
Hebræis

- A** Hebræis n^{er}re tempus, quo vniuscuiusque illarum genealogiarum pater & magister suum institutum & magisterium inchoauit, & quando illius morte vel aliquo alio modo finem accepit: cui alius successit, cuius sodalitas aliquod initium habuit vel in nominis mutatione terminum: utpotè, quando qui priùs dicebantur filij prophetarum, Rechabitæ appellari cœperunt. Ita ut dici potuerit: Genealogia Enosæorum tali tempore florere cœpit. & tali tempore finem accepit in Essenis. Similiter de aliis congregationibus & genealogiis. At non ita est de summo Pontifice Melchisedech (licet antequam summus esset Pontifex, & in quantum Sem, Magorum & Samanæorum pater & magister esse potuerit, ut videbitur postea *) a cap. 8.
- Cum enim eius auctoritas & dominium omnes istas & quascumque alias præteritas & futuras vsque ad mundi finem amplectatur, quia toti fidelium congregationi præest, atque Ecclesiæ Catholicæ caput est, quæ non respicit huiusmodi particulares temporum articulos, aut illis circumscribitur. Sed quemadmodum ab origine mundi initium habuit, non nisi pereunte mundo finem habitura: ita summus Pontifex Melchisedech *neque initium dierum neque finem vitæ habens est.* Quo etiam pacto nunc Romanus Pontifex, quem non sine mysterio Spiritus sanctus Papam appellari voluit, quasi ad ista Pauli verba alludens quia cæterorum pater patrum, nullum habet patrem neque matrem, neque initium dierum,

*Summus Pō-
tifex curPa-
pa vocatur.*

dierum, neque finem vitæ habens est. Hæc fit vna horum Pauli verborum de Melchisede-
 decho explanatio in quantum summum totius
 Ecclesiæ tenemus fuisse Pontificē : quod
 quidem munus Apostolus videtur præser-
 tim respicere in toto isto sermone, vt iam
 diximus. Quamuis Scriptura^a sub nomine
 Sem summum in Ecclesia pontificem illum
 non obscure constituat post diluuium ; sicut
 Seth post Adam ante diluuium, his verbis:
*Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt,
 & super omnem animam in origine Adam.* Si
 quis tamen putat Paulum de persona non
 de dignitate loqui, en illi alteram expositio-
 nem paucis profero.

^a Eccl. 49. 19

^b 1. Timot.

1. 4.

& Tit. 3. 9.

Semel & iterum idem Apostolus^b repre-
 hendit Iudæos, præsertim Doctores, quo-
 rum erat Scripturas euoluere, quod *intende-
 rent fabulis & genealogiis interminatis* (Græcè
ἀπεραντοίς, quæ finem non habent) quæ qua-
 stiones præstant magis, quàm adificationem Dei,
 quæ est in fide. Cum autem videatur alias
 scrutari permittere, quæ non sunt intermi-
 nata, quæque ædificant seu astruunt fidem:
 istas non alias esse puto, quàm quæ ducun-
 tur à Christo vsque ad Abraham, qui est *pa-
 ter fidei nostræ*^c, cuique de Christo factæ sunt
 promissiones. Vnde Matthæus Hebræus non
 ultra Abraham duxit Christi genealogiam.
 Et quamuis Lucas illam trahat vsque ad A-
 dam, hoc de ista sola fieri debuit : eo quod
 omnes Patriarchæ etiam ab Adam ad Chri-
 stum relationem habebant tanquam vniuer-
 sæ

^c Rom. 4.

11.

- A *ſæ legis finem.* Alias vero particulares genealogias ultra Abraham deducere non niſi quaſtiones præſtare, vel etiam fidem quatefacere, ne dum ædificare poterant, *ſtultas etiam quaſtiones mouebant contentiones & pugnas* verborum, propter nimiam temporum diſtantiam. Vnde exponit Hieronymus genealogias Iudæorum, qui à puero ita hiſce ſtudent, vt ab exordio Adam, vſque ad Zorobabel omnium generationes ita memoriter velociterque percurrant, vt eos ſuum putentes nomen referre. Vult igitur Apoſtolus, vt
- B poſtquam Chriſtus venit, qui finis eſt vniuerſæ legis, iſta curioſa, inutilis, & periculofa genealogiarum interminatarum maximè, & ultra Abraham, ceſſet diſcutio, etiam inter Doctores & legiſperitos, quibus vſque ad Chriſtum id facere incumberat ex officio. Quando ergo Paulus ait Melchifelech eſſe *ſine patre ſine matre ſine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens*: de ſola illa genealogia intelligit quæ Iudæorum ab Abraham ducẽ ium originem peculiaris eſt: quam ideo Hebræos alloquens *κατ' ἐξοχῆς*
- C vocat *genealogiam*. Vnde ſtatim tanquam ſe exponens, ait de Melchifelech: *cuius generatio (ſeu genealogia) non annumeratur in eis*: a Heb. 7. 6.
- id eſt, in illa genealogia, in qua Leui, & ab eo deſcendentes annumerantur. Quamuis ergo Sem, ſeu Melchifelech ſecundum genealogiam generalem omnium hominum & nationum quæ deſcendunt à Noë generis humani reparatore^b, habeat patrem & procap. inde.

^b Genef. 10.
per totum
cap.

190 ECCLESIA ANTE LEGEM
inde matrem & initium dierum, & finem
vitæ etiam expressum in Scriptura. Tamen
iuxta specialem Iudæorum & præsertim Le-
uitarum, de quibus sermo est, ab Abraham
originem ducentium, genealogiam, nullum
illorum habet. Simplex valde ac sincera mi-
hi videtur ista expositio. Alias taceo siue nu-
mero expositiones, aliud profitens, & ad alia
properans. Notet tamen Auzoleus totum
istud capitulum sequens.

C A P V T V.

*De aternitate, ordine & oblatione sa-
crificij Melchisedechis, secundum
que figura fuit Christi.*

*Sacerdotij
Melchisede-
chis aterni-
tas in quo
set.*

ASSIMILATVS autem filio Dei ma-
net sacerdos in aeternum. Aeternitas sa-
cerdotij Melchisedech satis facillè concipi-
tur, & elicitur ex iis quæ in præcedenti ca-
pite diximus. Cum enim summus Ecclesiæ
Dei Pötifex sit caput corporis mystici, quod
secundum suam totalitatem consideratur: se-
cundum quam nunquam dissipabitur quan-
tuncumque in membris particularibus vul-
neretur, aut mutiletur, quodque semper erit
vium, semper vnum, semper sanctum, sem-
per Catholicum tam respectu temporum
quàm locorum. Et quicumque totius illius
corporis caput est, non habet initium die-
rum

Arum neque finem, sicuti diximus: & proinde est sacerdos in æternum. Talis autem erat Melchisedech priusquam Aaron ex tribu Leui ad hanc dignitatem eligeretur. Nam, ut antea ^a diximus, in fratre Cham erat dominus omnium laicorum: in fratre Iapheth qui habitauit in tabernaculis eius, erat *frater maximus* omnium habitantium, sicut ipse, in tabernaculis, id est, Ecclesiasticorum. Et præterea, erat *pater omnium filiorum Heber* ^b, id est, supremus pastor omnium religiosorum. Ideo Melchisedech dicitur assimilatus Christi.

Bsto, vel Christus dicitur *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* ^c: primò propter antiquitatem summi sacerdotij, quod ante diluuium in vno Noë videtur ordinatum: cui cum Melchisedech successerit, & post orbis terrarum in tot partes, velut corporis in diuersa membra, diuisionem: iam in illo velut bene organizati corporis caput venustius & elegantius cœpit apparere. Quæ quidem antiquitas non ita resplendet, aut emicat in summo Pontificatu Aaronis, ac in Melchisedech, in quo species quædam est æternitatis à parte ante. Secundo & præcipuè consideratur æternitas summi Pontificatus Christi respectu æternitatis Pontificatus Melchisedechi, quod illud corpus, cuius erat caput, nunquam erat interiturum. Et adhuc peculiari ratione sacerdotij Christus dicitur sacerdos in æternum: quia nullum aliud succedet alterius rationis sacrificium & sacerdotium illi sacrificio & sacerdotio, quod instituit

a cap. 2.

b Gen. 10.

21.

c Pl. 109. 4.

Summi Pontificatus dignitas primùm in Noë stabilita videtur.

Melchisedech in quo assimilatus dicitur filio Dei.

instituit abrogans vetus Leuiticum seu Aaronicum. Præterea illa assimilatio Melchisedechi cum filio Dei etiam in ipso nomine denotatur: quia Melchisedech professione erat filius Dei, id est, Propheta: & Christus filius Dei naturalis erat magnus ille Propheeta promissus à Deo per Moysen. PROPHE-
 TAM de gente tua, & de fratribus tuis sicut me
 a Deut. 18. suscitabit tibi Dominus Deus tuus, &c. Sed
 15. præsertim in hoc, quod sicut Christus est filius Dei naturalis: cæteri autem fideles filij Dei per adoptionem & gratiam, & non est alia filiatio quæ vnquam attingere possit ad dignitatem filiationis quam habet Christus. Ita Melchisedech vnicus est, qui supremus sit inter filios Dei, nec solum omnium dignissimus, sed & caput, & pater & pastor, vt nuper diximus & priùs expositum est b.

b cap. 2.

Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. Vis est in nomine Patriarcha. Volens enim Paulus probare sacerdotium & pontificatum Melchisedech longè dignius & excellētius fuisse pontificatu & sacerdotio Aaronico, premit hanc Abrahamæ dignitatem: quod sit princeps illorum patrum ex quibus Aaron summus Pontifex carnalē traxit originem, nempe pater Isaac, Iacob, Leui, Caath, Amram: vt talem faciat illationem. Si patriarcha tantum Pontificis, ex debito dedit decimas Melchisedecho, quantus debet esse Pontifex ille, qui à tanto patriarcha recepit decimas?

Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes

A pientes mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis quanquam & ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Hac phrasi, de lumbis Abrahæ inculcat amplius propagationem carnalem secundum quam filij Israël ex quacumque tribu fuissent qui ex lege tenebantur Aaroni soluere decimas, ex Patriarcha Abraham erant oriundi. Et quanquam ex hoc quod sicut Aaron & Leuitici sacerdotes descenderunt ab Abraham æquales illis essent: ex eo tamen quod ex præcepto legis tenebantur offerre illis decimas longè inferiores erant. Et tamen ipsi Leuitici generis sacerdotes tanto illis superiores, cum adhuc essent in lumbis Abrahæ Patriarchæ, qui illis multò dignior erat, per illum soluerunt decimas Melchisedeço.

Cuius autem generatio non annumeratur in eis. Hic habetur idem verbum græcum, quo antea dictus est Melchisedech fuisse sine genealogia. Ibi enim erat ἀγενεαλόγητος, hic autem, ὁ ὃ μὴ γενεαλογεῖται ἐξ αὐτοῦ, ille autem non genealogizatus ex eis. Sensus igitur est, vel secundus quem in fine præcedentis capituli posuimus: vel iuxta alterum præcedentem, illum virum, qui sine vlla particulari discipulorum genealogia est, qualem habebant illo inferiores Ecclesiastici: cum sit super omnem genealogiam; multò minus genealogiam habuisse ex sacerdotibus Leuitici generis: qui tot retrò post illum annis nondum erant, sed solum in lumbis erant Abrahæ quando decimas recepit ab eo. Ista igitur

verba important aliam honoris, & dignitatis eminentiam, quæ erat in Rege iustitiæ, & supremo illo Ecclesiasticorum Pontifice: qui cum in quantum huiusmodi nullam haberet discipulorum genealogiam, cuius specialis pater diceretur cum esset in viuis: sed omnes sua amplectebatur auctoritate: multò minus habebat genealogiam constantem ex Leuiticis sacerdotibus, qui nondum erant, sed solum in lumbis Patriarchæ eorum Abraham quando obtulit ei decimas.

Decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicatur.

Præter quàm quod Abraham magnas acceperat à Deo promissiones: iam enim dixerat ei, *faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi &c. atque in te benedicentur uniuersa cognationes terre*^a, erat Hebraus^b, id est, ex illorum filiorum Dei sodalitia & genealogia, quæ tunc ab Heber Hebræorum nominabatur, imò caput illorum supremusque ut omnium fidelium moderator, ut ex manifesto Scripturæ textu ostendimus^c, & iterum videbimus^d. Ideo tanquam minor à maiore, subditus à prælato, Episcopus à summo Pontifice benedicatur ille, qui tantæ eminentiæ erat apud Iudæos nec non Leuitas, quippe qui illorum omnium caput est & patriarcha.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia uiuit. Semper memoria tenendum est, Apostolum loqui

^a Genes. 12.

^{2.} & ^{3.}

^b Genes. 14.

13.

^c cap. 2.

^d lib. 3. c. 1.

& 2.

A loqui de hoc viro qui obuiauit Abraham, non in quantum erat Sem ex Noë carnali propagatione genitus, sed in quantum est Melchisedech, id est, *Rex iustitie*, seu summus Ecclesie Dei Pontifex. Deinde notandum cum omnibus ferè expositoribus iuxta Græcum haberi *contestatus*, quamuis lectio vulgata in idem incidat. Tertio notandum, quod Apostolus scribens ad Hebræos, per particulam *hic* denotare Iudaismum, & per *homines morientes*, de quibus in præsentì tempore dicit, *decimas accipiunt*, intelligit sacerdotes Iudæorum tunc existentes, quos vocat *morientes*, quia sacerdotium eorum iam iam defectum & finem accepturum erat. Tales autem homines cum suo sacerdotio deficientes comparat Melchisedecho, quem nouo quodam honoris titulo nominat *contestatus quia viuit*, vel iuxta Græcum, *testatione dictus quia viuit*. Per quod complexum intelligit Melchisedechum, cuius sacerdotium perman surum est in æternum Deo, id attestante cum iuramento, vt mox dicit Apostolus ex Psalmista ^a, *Iurauit Dominus & non penitebit eum*; a Pf. 109. 4.

C *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Quod quidem iuramentum factum à Patre filio suo Christo tribuitur Melchisedecho tanquam ei, qui fuit eius figura. Ita vt cum per tale iuramentum contestatus est Christus quod sacerdotium eius futurum esset æternum: contestatus etiam aliquo modo est Melchisedech qui longè ante Christum tale in figura exercuit sacerdotium. Sic

Theophylactus videtur intellexisse & alij A post eum. Quamuis vitam hęc & mortem naturalem, & non mysticā meditantēs multis sese implicent difficultatum inuolutis. Hinc noua & extranea prorsus Anzolei opinio traxit originem, quod Melchisedech naturali adhuc nunc fruitur vita. Horum ergo verborum genuinus sensus est: Quod sacerdotes Leuitici, qui in genealogia Abraham viuere videbantur, in multis sibi succedentibus eiusdem tribus sacerdotibus, iam adueniente Christo, vel ipso mortuo, in suo deficiente sacerdotio moriuntur: Melchisedech B verò, qui non genealogizatus in eis, videbatur esse *sine patre sine matre sine genealogia, neque initium dierum neque finem vita habens*, iam uiuit, & quodammodo reuiuiscit in Christo: cui de illius vita tale datum est à Patre cum iuramento testimonium: *Iurauit Dominus et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Cum enim Christus iuxta promissum sibi cum iuramento factum à Patre implet figuram sacerdotij Melchisedechis, qui non genealogizatus in genealogia Abraham seu Iudæorum nusquam fuisse videbatur, simul cum Patre æterno testatur quod Melchisedech eiusque sacerdotium uiuit: sacerdotium verò eorum qui genealogizati viuere videbantur, deficit, perit, relinquitur; & sic qui mortuus vel nusquam fuisse videbatur, uiuit, & de hoc diuinum habet testimonium, qui autem uiuebant, moriuntur.

A

ric
qu
M
sec
vir
p
qu
gu
pe
fun
cur
B ne
ist
ora
bel
str
est
M
fui
ess
de
sec

C

tra
ce
ge
cu
lu
bu
an
pe
&

- A Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quod adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Particula $\mu\delta\phi$ vim habet causalitatis; quasi diceretur; ei $\mu\delta\phi$, si enim. Intendit Apostolus probare, quod dixerat sacerdotium Aaronicum languescere & ad defectum accelerare, ista nempe ratiocinatione. Multis post Aaron sæculis surrexit quidam sacerdos, qui non erat secundum eius ordinem, sed secundum ordinem Melchisedech constitutus à Deo per ista verba: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Si igitur adimpleri debebant scripturæ in sacerdotibus Aaron, frustra & falsò dixisset Deus hoc alteri qui non est sacerdos secundum Aaron, sed secundum Melchisedech: & iste sacerdos qui surrexit, fuisset secundum Aaron, quod tamen falsum esse comperitur. Proinde consummatio fieri debebat non per sacerdotium Leuiticum, sed per sacerdotium Melchisedechicum.
- B

C *Translato enim sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat.* Etiam hîc de lege, ut in præcedenti temate mentionem facit. Per legem autem intellige non Decalogum, ad cuius obseruantiam tam Christiani quàm Iudæi tenentur: sed aliquod institutum quibusdam ritibus & ceremoniis constans: cui annexum est quoddam sacerdotium ei proportionatum. Aaronicum autem carnale erat & temporarium, simile legi quæ erat carna-

lis. Christi verò sacerdotium spirituale, quale A
 decebat Melchisedechum Regem iustitiæ,
 qui figura eius erat. Proinde post sacerdo-
 tium Aaronicum Christus à Deo missus sur-
 rexit sacerdos secundum ordinem Melchise-
 dech: quia Aaronicum imperfectum erat &
 insufficiens: & ideo cedere debuit sacerdo-
 tio Christi quod longe perfectius est.

*In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est,
 de qua nullus altari præsto fuit. Manifestum
 est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster:
 in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est.
 Clara sunt ista, quibus probat translatum esse B
 sacerdotium, non solum iuxta expressum Dei
 ad Christum factum iuramentum: sed etiam
 ex tribu Leui, in qua constitutum erat à Deo
 sacerdotiũ legis Mosaicæ, ad tribum Iudam,
 de qua est Christus, cui nihil tale vnquam de
 sacerdotio legis Mosaicæ promissum fuerat.*

*Et amplius adhuc manifestum est; si secun-
 dum similitudinem Melchisedech (qui significat
 regem iustitiæ, quod semper, & hic præsertim
 ponderandum est) exurgat alius sacerdos, qua-
 lis est Christus, qui non secundum legem man-
 dati carnalis, vtpote de carne circumcidenda C
 & lustranda & aliis, quæ carnem tantum non
 autem animi fibras attingunt: sed secundum
 virtutem vitæ insolubilis. Id est, secundum iu-
 stitiam, quam importat nomen Melchise-
 dech, per charitatem & Christi gratiam, qua
 anima vitæ insolubilis & immortalis perfe-
 ctam insolubilitatem æternamque cum Deo
 coniunctionem acquirit.*

A Contestatur enim : supple , Deus cum iuramento, vt dictum est : Quoniam tu es sacerdos in aeternum , secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit precedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt : hic autem cum iureiurando , per eum qui dixit ad illum: iurauit Dominus & non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in aeternum) in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes , idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in aeternum , sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum , semper viuens ad interpellandum pro nobis , &c. Quibus verbis declarat & confirmat quæ dixerat. Et nos hîc materiam de Melchisedech terminabimus.

C CAPVT VI.

De altera speciali filiorum Dei sodalitate post diluuium , quæ dicitur Cenezæorum.

EXPEDITA digressione de Melchisedech , intermissus ordo resumendus est:

qui requirit, vt postquam de filiis Heber, seu A Hebræis religiosis locuti sumus in primo & secundo capite, iam de Cenezæis differamus. Tota res pendet ex genuino sensu verborum, quibus Noë post diluuium benedixit filio suo Iapheth, dicens ei *Dilatet Deus Iapheth* & *habitabit in tabernaculis Sem*^a. Et primo præsupponitur quod postea ostendimus, Sem in sua persona non alibi mansisse post terræ diuisionem, quàm in terra Chanaan.

^a Gen. 9. 27. *pheth & habitet in tabernaculis Sem*^a. Et primo præsupponitur quod postea ostendimus, Sem in sua persona non alibi mansisse post terræ diuisionem, quàm in terra Chanaan. Secundò sciendum vocem tabernaculorum Hebr. *אֹהֶלִים* *Ohalim*, vt plurimum, præsertim in Genesi sumi pro locis sacris: nomen verò *מִטְּוֶה* *succhoth* pro cõmunibus tentoriis, vtpote, pastorum & castrametantium. Per primum nomen dicitur Iacob *vir simplex* (al. perfectus, quasi ex perfectorum sodalitate) *habitasse in tabernaculis*^b. Cui nempe iugiter in locis sacris habitare gratum erat & volupe. Vnde Hebræi ista de Iacob verba de scholis & gymnasiis exponunt. Sed

^b Gen. 25. 27.

^c in Comment. in Iob. cap. 8. 22. & 25. 34.

Tabernaculorũ nomine loca sacra intelliguntur.

vere de locis sacris intelligenda alibi^c non semel abundè probauimus. Cum enim veteres priscis illis temporibus in diuersis pro rerum contingentia, locis, præsertim in montibus sacrificarent, & psallendo Deum inuocarent tentoriis translaticiis utebantur, quæ ideo tabernacula vocitabant, etiam post constructa loca stabilia, quæ templa dicuntur: imò post ædificatum templum Salomonis alia erant huiusmodi in oppidis & ciuitatibus loca etiam sacrificio destinata. Quod quia à nemine non negari aspiciebam, aper-
tissimis,

A tiffimis, plurimisque ex Scriptura locis probare coactus sum^a. Nunc autem quia non vacat, post nonnulla hîc citata^b, vnus pro multis sufficiet apertissimus: *Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*^c. Vbi nomen *portarum* templum lapidibus constructum indicat, nomine verò *tabernaculorum* cætera per ciuitates ædificata templa denotantur: vt apertè declarat Paraphrastes Chaldæus vertens *plusquam omnes domos Ecclesiarum, vel congregationis domus Iacob*. Ista sunt loca, in quibus nonnulla festa, quæ sacrificia requirebant, celebrari debebant à Iudæis ex Dei præcepto^d. Et certè nisi hoc fuisset, citius multo populus ille ad idololatriam nimum ex se propensus verum Dei cultum planè deseruisset. At in his diutiùs non vacat immorari. In dicta igitur Iaphethi benedictione nomen *tabernaculorum* pro huiusmodi sumo locis, vel saltem pro scholis ac gymnasiis, in quibus sacræ patrum & prophetarum collationes concionesque fiebant, de quibus antea^e. Et hoc etiam exigit vis C verbi originalis *שכינן* *sciacan* quod non simpliciter habitare significat; sed commorari cohabitare in vicinia, iuxta quosdam manere. Nimirum, sicut Cinæos prope Nobe^f, seu Canath in dimidia tribu Manasse collegium habuisse putamus, ac de illis per hoc ipsum verbum mentionem fieri & vocari *habitantes in tabernaculis*, in illo Iudicum & loco, *Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in ta-*

a vbi sup.
b Iudith. 4.
2.
1. Par. 13. 2.
c Ps. 86. 1.

d Leuit. 23.
3. 14. 17. 21.
31.

e lib. 1. c. 9.

f Num. 32.
42.

g cap. 8. 11.

bernaculis morabantur ad Orientalem plagam A
 Nobe & Iegbaa percussit castra hostium, &c.
 Hinc מִסְכָּנִים Miscan importat cohabitaculum.
 Et Doctores Hebræorum vocant diuinam
 maiestatem מַלְאָכֵי שְׁמַיִם Sciechinab, quod Ecclesie
 suæ cohabitet. Et quia in huiusmodi locis
 habitare & conuersari apud probos & san-
 ctos valde honorificum erat: ideo sicut post-
 ea sanctus Patriarcha Iacob, vt & status &
 sanctitas eius commendetur, vocatur *vir sim-*
plex (al. perfectus) *habitans in tabernaculis* ^a:
 ita piissimus & sanctissimus Nøë qui (sicut
 postea seruus Dei Iob ^b) *iustus perfecti* ^c, vo-
 cabatur eo quod æquus rector esset prophe-
 tarum Dei, qui etiam *iusti perfecti* tunc di-
 cebantur ^d, filium suum Iapheth eadem am-
 plissima & honore plena benedictione do-
 nauit, cum ait illi: *Dilatet Deus Iapheth, &*
habuet in tabernaculis Sem ^e. Quod imple-
 tum fuisse sic exponit Hieronymus ^f: *De*
Sem Hebrai, inquit, *de Iapheth populus gen-*
tium nascitur. Quia igitur lata est multitudo
credentium à latitudine, quæ Iapheth dicitur,
nomen accepit. Quod autem ait, & habitem in
tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui &
eruditione, & scientia Scripturarum eiecto Israë-
le versamur. Multæ aliæ dantur explicatio-
 nes, quæ tabernacula pro habitaculis simpli-
 citer accipiunt. Qualis est ista: vsque adeo
 multiplicatum iri posteros Iapheth, vt eos
 propriis non capientibus tabernaculis, ne-
 cesse futurum sit recipi in tabernacula po-
 sterorum Sem: id est, vt regionibus quas illi
 colent

^a Genes. 25.
 27.
^b cap. 12. 4.
 iuxta Heb.
^c Gen. 6. 9.

^d sup. cap. 5.
 & epist. ad
 Hebr. cap.
 12. 33.
^e Gen. 9. 27.
^f de trad.
 Heb. in Ge-
 nesiim.

Varia expo-
 sitiones horū
 verborū Di-
 latet Deus
 Iapheth,
 &c.

A colent, ipsi cum illis permixti habitaturi sint. Vel, quod posteri Iapheth, qui futuri erant gentiles fœdere copulabuntur cum Iudæis, qui futuri erant posteri Sem. Quod verificatur in Romanis & Lacedæmoniis ^a, qui ex ^{a Mach. 12. 22.} stirpe Iapheth oriundi sunt. Quæ expositio amplius paulo post explicabitur. Alij ita interpretantur, quasi aliquando futurum sit, vt posteri Iapheth, id est Gentiles è propriis sedibus ciiciant Iudæos genus trahentes ex Sem. Sunt qui in dicta benedictione verbum *habitet* de Deo exponant in hoc sensu:

B Etsi Deus amplissimè dilataturus est posteritatem Iapheth, ipse tamen non apud posteros Iapheth; sed apud solius Semi posteros habitaturus est: siquidem posteri Iapheth falsos Deos coluerunt. At posteri Sem, non quidem omnes, sed qui ex eo per Heber, Abraham, Isaac & Iacob profeminati sunt, veri Dei fidem & cultū retinuerunt. Quamobrem dicitur Deus habitaturus in eorum tabernaculis, id est, in externo & publico cultu ab eis colendus: licet etiam in tabernaculo Moÿsis & in templo Salomonis habitasse Deum legamus. Ad extremum verò

C Deus verbum carnem ex stirpe Sem accepit, in qua Deitas per hypostaticam vnionem mirabiliter habitauit. Hos omnes sensus adducit Pererius ^b: quorum duos priores violentos & extortos, tertium legitimū esse iudico, cæteros tanquam allegoricos reuereor. At optarem aliquid de proximo complendum & quod litteram historiãque magis

inten

^b in Genes. cap. 9. 9. 25.

204 ECCLESIA ANTE LEGEM
intenderet. Hæc igitur de hoc mea sit sen- A
tentia.

Absurdum planè est, vt verbum *habitet*
ad alium quàm ad eum, qui à Noë benedici-
tur, nempe Iapheth, referatur, de quo sub-
iungitur, *sitque Chanaan seruus eius*. Quam
absurditatē optimè probat Caietanus. Ergo
ipse Iapheth est, cui, sicut fratri Semo, Cha-
naan subiicitur, tanquam Ecclesiastico lai-
cus, vt iam exposuimus ^a, & exposituri su-
mus ^b longè, latèque per Græciam & Euro-
pam suam iurisdictionem extendet *habitaturus*
in tabernaculis Sem, super quæ, videlicet, B
Sem tanquam supremus in Ecclesia Ponti-
fex, spirituale habebit etiam in illis regioni-
bus dominium, in cuius memoriam & ho-
norem sicut in Cœlesyria ciuitatem Lesem,
id est, Semo quasi Semo dicatam, sic multa
tam Italiæ quàm Græciæ loca nominata non
ambigo, quicquid alij dicant. Exempli gra-
tia Samnium quod nunc vocatur Aprutium;
cuius incolæ dicti sunt Samnites. Item, Sa-
monium Cretæ insulæ prométorium Rho-
do aduersum. Item vtraque insula Samos;
quarū altera Ioniæ adiacet è regione Ephes. C
In ea ortum habuit vna ex Sibyllis, quæ inde
Samia dicta est, quam ferunt de Christo præ-
dixisse. Natus est etiam Pythagoras, cuius
doctrinæ puritas & idololatriæ contraria;
& præsertim dogma de sacrificiis in vino &
e in Numa. simila, de quibus Plutarchus ^c, traditionem
ex Semo; id est, Melchisedecho subindicat.

In ea antiquissimum fuit Iunonis tem-
plum

^a cap. 2.

^b cap. 9.

^c in Numa.

Aplum & simulachrum. Ad illam applicuit Paulus ^a antequam veniret Miletum. Altera ^a Act. 20. 15. Samos sita est è regione Epiri, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia nominatur. Similiter iudicandum arbitror de eiusdem insulæ oppido quod vocabatur *Samos*, siue *Same*, vnde nomen gentile *Samæus*. Est & *Samos* siue *Samus* cognomento Thracia, quæ & *Samothracia* dicitur insula maris Ægæi Thraciæ adiacens in ea parte qua Hebrus fluuius in mare influit. Quis igitur hîc non solum Semi summi Pontificis, sed etiam

B abnepotis eius Heberis sanctissimi Prophetæ & Patriarchæ nomina posteritati non videt commendata etiam in Europa per Iaphetum ibi etiam habitantem in tabernaculis Sem? sed præterea & specialiter habitator erit locorum sacrorum existentium in terra Chanaan, non in sua persona, quæ pro Græcia destinata est, sed in quibusdam ab eo descendentibus. Quod sanè ita impletum est in Gomeris primogeniti Iaphethi filio, cuiusque Iaphethi nepote, qui dictus est *Ascenez* ^b, à quo *Cenezæorum* sodalitas nomen

C accepit. Cuius celebritas tanta fuit: vt illustrissima filiorum Israël tribus Iuda in vno Calebo maximi inter fratres suos nominis viro pro magno habuerit esse *Ascenezis* discipulam & alumnam. Dux enim ille fortissimus & strenuissimus Iephone filius, cum esset ex sanctissimo *Cenezæorum* sodalitie, eorumque perfectum profiteretur institutum, non minus honorabile censeret esse in illo

filium

filium Dei esse secundum spiritum ideoque A
 Cenezæum cognominari, quam secundum
 carnem esse ac dici Iephonis filium: de quo
 ista legimus. *Si videbunt homines isti, qui as-
 cenderunt ex Aegypto à viginti annis & supra
 terram quam sub iuramento pollicitus sum A-
 braham Isaac & Iacob: & noluerunt sequi me
 præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Iosue
 filium Nun. Isti impleuerunt voluntatem
 meam, &c.* ^a Alter est insignis utique locus ^b,
 qui cum omnino conferat ad intelligendum
 quomodo & quando verba benedictionis
 Iapheth affatim impleta sunt in persona Ca- B
 lebi Cenezæi, illum ad locum recitare vo-
 lupte est. *Accesserunt itaque filii Iuda ad Iosue
 in Galgala, locutusque est ad eum Caleb filius Ie-
 phone Cenezæus: Nosti quod locutus sit Domi-
 nus ad Moysen hominem Dei de me & te in
 Cadesbarne. Quadraginta annorum eram quan-
 do misit me Moyses famulus Domini de Cades-
 barne, ut considerarem terram, nuntiauique ei
 quod mihi verum videbatur: fratres autem mei
 qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi:
 & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum
 meum. Iurauitque Moyses in die illo dicens: Ter- C
 ra quam calcavit pes tuus erit possessio tua, &
 filiorum tuorum in æternum, quia secutus Domi-
 num Deum meum. Concessit ergo Dominus vi-
 tam mihi sicut pollicitus est usque in presentem
 diem. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo
 locutus est Dominus verbum istud ad Moysen:
 quando ambulabat Israël per solitudinem: hodie
 & octoginta quinque annorum sum, sic valens, ut eo
 valebam.*

a Num. 32.

11.

b Ios. 14.6.

& 7.

A val
 sus
 ho
 gra
 gal
 die
 qu
 tue
 qu
 ne
 in
 fili
 B Ni
 22
 Au
 do
 Se
 nis
 &
 qu
 Al
 fo
 er
 in
 C da
 H
 cir
 cu
 H
 qu
 na
 &
 qu

A valebam tempore quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat tam ad bellandum, quam ad gradiendum: Da ergo mihi montem istum (Galgal) quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & urbes magnae atque munitae: si forte sit Dominus mecum & potuero delere eos sicut promisit mihi: Benedixitque ei Iosue (benedictio Noë per benedictionem Iosue adimpletur) & tradidit ei Hebron in possessionem. Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo usque in presentem diem.

B Nimirum, cum Hebron esset in tribu Iuda 22. millibus passuum ab Ierosolymis versus Austrum, ut habet Masius^a. Vides quomodo Caleb princeps & caput tribus Iuda ex Sem trahens originem sit possessor regionis, quam Deus ex Semo per Abraham, Isaac & Iacob descendentes promiserat: & in quantum Cenezæus est, nempe, ex sancto Ascenezis à Gomer & Iaphetha descendentes sodalities illius regionis tabernaculorum sacerdotumque locorum suscipit dominium. Ut in illo quoque, sicut & in filiis Leui quibus

C data est Cariath-Arbe patris Enac quae vocatur Hebron in monte Iuda & suburbana eius per circuitum^b, aliud simul impleatur Dei oraculum, ad Abraham cum esset iuxta ipsam Hebron, postque solemne sacrificium ita loquentis: Semini tuo dabo terram hanc &c. Cineos, Cenezæos, Cedmonæos, &c.^c Sed quo pacto, inquires, ciuitas Hebron data est Leuitis quæ iam tradita erat in possessionem Caleb,

^a in cap. 10.
Iosue.

^b Iosue 21.
11.

^c Gen. 15.
19.

quæ

quæ exinde fuit Caleb filio Iephone? Hoc A
exponitur in nuper citato Iosue loco, vbi
additur: *Agros vero & villas (Hebronis) de-
derat (Iosue) Caleb filio Iephone ad possiden-
dum.* Et sic Sacerdotes Leuitici generis vr-
bes Hebron & Dabir habuerunt: Caleb ve-
ro professione Cenezæus iuxta illos possedit
agros & villas, in quibus strictioris obser-
uantia Cenezæi sua figere possent taberna-
cula.

*Tres fuerūt
viri nomine
Caleb.*

a 1. Par. 2.
18.
b 1. Par. 4.
11.

*Tres fuerūt
viri dicti Ce-
nez.*

c cap. 36. 15.

d 1. Par. 4.
14.

e Iudic 1. 13.

f 1. Par. 14.
15.

g Iud. 1. 13.

Pro quorum ampliori declaratione & con-
firmatione notandum est, tres fuisse viros
qui in scriptura vocantur Caleb, & omnes B
de tribu Iuda. Primus, qui maior dici potest,
quia aliis antiquior, fuit filius Ebron^a: se-
cundus, seu minor ille est, qui dicitur frater
Sua^b: tertius & vltimus est ille de quo nu-
per egimus & dicitur filius Iephone. Præ-
terea sciendum, tres quoque fuisse viros no-
mine Cenez. Quorum primus fuit nepos
Esaï, & filius Eliphazis, vt habetur in Ge-
nesi^c: secundus fuit frater minor natu se-
cundi seu minoris Calebi: & pater Othonie-
lis^d primi post Iosue iudicis in Israël: qui
cum cœpisset urbem Cariathsepher, & va- C
stasset eam, dedit ei Caleb filius Iephone fi-
liam suam Axam^e. Tertius Cenez fuit dicti
Iephonis pronepos. Erat enim filius Elæ,
filij Calebi tertij, qui erat filius Iephonis Ce-
nezæi^f. Proinde Othoniel non erat frater
Calebi secundi, seu minoris, sed nepos. Ideo
vbi legimus, *Othoniel filius Cenez frater Caleb
minor*^g, aliqui legunt, *Othoniel filius Cenezis
fratris*

A fra
ca
ne
ph
e
m
Ie
qu
ill
El
ro
m
B no
cu
O
vi
ce
pa
ill
bu
ei
de
ph
C
C Ie
Ie
al
lo
p
ar
ti
C
u

A *fratris Calebi minoris.* Præterea, vnum duntaxat reperimus hominem cognomine Cenezzum, nempe dictum Caleb filium Iephone ^a, licet iuxta editionem Latinam ^a Num. 32. etiam patri eius Iephoni ^b hoc cognomen dari possit. Quæritur ergo, vnde vel ^{12.} Iosue 14. 6. & 14. Iephone, vel filius eius Caleb, vel vterque hoc cognomen habuerit? Non potuit ^b Iosue 14. illud accipere à primo Cenez, qui fuit filius Eliphazis, neque ab vrbe Cenez, quam Hieronymus ^c optimè constituit in Idumæa ^c de loc. meridionali, iuxta quod de ea legitur in Ge- ^{Heb.} nesi ^d, cum ipse sit de tribu Iuda. Non à se- ^d cap. 36. cundo Cenez fratre Calebi minoris & patre ^{41.} Othonielis: tum quia non tanti nominis vir fuisse videtur, vt illo progeniti & descendentes Cenezæi debuerint appellari, vt patet de filio eius Othoniele, viro alioquin illustri, qui tale cognomen nunquam habuit: tum quia non constat, Iephonem, aut eius filium Caleb ab illo secundo Cenez descendere. Et tandem Caleb iste filius Iephone non sic cognominatus est à tertio Cenez, qui fuit eius nepos; multo minùs **C** Iephone, cuius fuit pronepos, vt visum est. Igitur hoc cognomen habere non potuit ab aliis, quam ab illis Cenezæis de quibus locutus est ad Abraham ^e, vt sæpe iam & nu- ^e Gen. 15. per diximus. Quos non aliquem populum ^{19.} aut gentem extitisse, præter ante ^f dictas ra- ^f lib. I. c. 12. tiones, inde manifestè colligitur: quod cum Caleb iste natus sit in Ægypto, tempore seruitutis Israël, vt apertè constat ex illius ver-

*Cenezai non
poteſt eſſe gēs
aliqua vel
populus.*

*• An. mūdi
1931. nu. 31.*

bis nuper recitatis: oportet Ægyptios eſſe il-
los Cenezæos, quorum Deus curam, vel re-
giones poſſidendas poſteritati Abrahæ pro-
miſerat: nec vlla ratio eſt, cur potius Ca-
leb, quàm omnes alij ex filiis Iſraël, qui nati
ſunt in Ægypto, Cenezæus appellaretur.
Quæ cum abſurdiſſima ſint & falſa: con-
cludendum eſt, Caleb hoc cognomen acce-
piſſe, quia Cenezæus erat: hoc eſt, ex illo-
rum filiorum Dei instituto, qui poſt dilu-
uium ab Aſcenez filio Gomeris, nepote Ia-
pheti & pronepote ſanctiſſimi Patriarchæ
Noë ſupremo illorum magiſtro ac modera-
tore Cenezæi ſunt appellati, non tanquam
aliqua gens aut populus qui ſub iſto nomi-
ne proſus ignotus eſt apud Auctores, vt vi-
dere eſt apud Salianum^a: ſed qui erant pro-
phetæ, doctores & ſcribæ habitantes in ta-
bernaculis, diuinæque vacantes Pſalmodiæ
ſicut Cinæi, cum quibus in illo Dei cum
Abraham colloquio iunguntur. Nec ob-
ſtat, quod pronepos Noë non Cenez, ſed
Aſcenez dicitur. Nam præter modicam no-
minum differentiam, Philo Iudæus vocat il-
lum Cenez uſitato (vt credibile eſt) apud Iu-
dæos more. Denique attendendum valde eſt
ex hoc quod tres eiſdem tribus Iuda viri
illuſtres hoc nomine Cenez appellati ſunt,
in quanta apud Iſraëlitas nomen ſanctiſſimi
prophetæ Aſcenez fuerit reuerentia, & quod
non niſi in cæterarum tribuum præcipua &
clariffima ſic affectatum inueniatur. Vnde
licet colligere non gratis aut fruſtra talem
fuiſſe

A fuiſſe
lius
te c
min
ap
taba
Æg
naci
bér
gyp
guil
& C
B in
Cha
diui
dote
mul
diſp
& fe
loqu
pto
Et p
pti:
culis
C ſtru
cula
nate
ibiq
ribu
rum
illo
cæ
pro

A fuisse tanti prophetæ venerationem : sed illius instituti ac professionis exercitia, vtpote cantandi, psallendi, Deoque multipliciter ministrandi, tam ante quàm post Moysen apud ipsos in Rameses & vbiicumque habitabant, in vsu fuisse, quandiu manserunt in Ægypto. Profectò vix licet dubitare tabernacula Sem, hoc est cultum diuinum in tabernaculis iuxta ritum Melchisedecis in Ægypto etiam Cenezæorum ministerio viguisse maximè in domo & familia Iephonis & Calebi tempore mansionis Israëlitarum

B in Ægypto : quemadmodum per Mistrain Chami filium primum Ægypti post gentium diuisionem incolam templa ibi erecta, sacerdotes institutos, ordinata sacrificia, & alia multa quæ veram religionem spectabant, disposita multis postea sæculis fuisse censeo, & fere colligo ex istis Psalmistæ^a verbis, cum a Ps. 77. 55.

loquitur de clade primogenitorum in Ægypto facta Angeli exterminatoris ministerio: *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Templa enim à Mistrain constructa credo patris nomine vocari *tabernacula Cham*, eo sensu quo terra Ægypti nominatur *terra Cham* b longè post eius mortem: b Ps. 104. 23.

ibique sacerdotes veri Dei (licet posterioribus sæculis idolorum cultores) antiquorum ritu primogenitos extitisse, quales fuisse illos quos occidit pertransiens Angelus nocte paschali, indicat textus Hebræus, qui pro *primitias omnis laboris eorum*, habet: *capit*,

vel principium idolorum in tabernaculis Cham. A

Cum enim Angelus non nisi primogenitos occideret: sequitur omne caput idolorum quod occisum est fuisse primogenitum. Vbi ergo manebant Israëlita in Rameses fuerunt tabernacula Cham, in quibus verum Deum colebant & præsertim Cenezæi familiæ Calebi & Iephonis. Et confirmatur tam ex eo quod Iacob & Ioseph & alij qui fuerunt ante Moysen præsertim ante mortem Ioseph, nunquam tolerassent dilectum Dei populum inter idololatrias commorantem sine veræ religionis exercitio tamdiu permanere: B quàm quod etiam post mortem Ioseph novum Regem Ægypti quantumlibet impium & tyrannum Israëlitas à suæ religionis exercitiis penitus impediuisse verisimile nullatenus est. Vnde cum ab Ægypto egressuri Regem conueniunt Moyses & Aaron, non simpliciter dicunt: *Dimitte populum meum ut sacrificet mihi* ^a: sed semper addunt, *in deserto, vel in solitudine*: quasi cum essent in vrbe sacrificare solerent. Quamuis nonnullos ex eis idola coluisse & multi auctores asserant & ipsa Scriptura ^b testetur. C

^a Exod. 5. 1.
& 3.

^b Ios. 24. 14.
Ezech. 20.
7. 8.

CAPVT VII.

De pietate & zelo patriarchæ Noë & filiorum eius ut post diluuium fieret partitio regionum, ad quas filij Dei mitterentur: de secundo Cainan, cur ita vocatus: & de diuisione linguarum quando, & quomodo facta est.

CVM perspexissem S. Chrysoftomum ^{a a Hom. 24. in Genes.} non alios neque plures sancti patriarchæ Noë filios agnoscere illis tribus quos Scriptura commemorat, Sem, Cham, & Iapheth: quosque non nisi post quingentesimum vitæ suæ annum & circa centesimum ante diluuium genuerat; in mentem venit, an fortè Cinæorum Coryphæus & Antistes Noë iustitia & sanctitate mirabilis toto illo tempore cælebs ac sine vxore manserit: ob id potissimum, quod in hunc mundum venisset, quando propter ingentem hominum malitiam, horrendamque omnium malorum & vitiorum exuberantiam, vere illi dies erant, in quibus boni & iusti dicerent: *Beata steriles & ventres, qui non genuerunt, & vbera, que non lactauerunt* ^{b. Non me pœnitet ta-} b Luc. 23. lem de tanto viro habuisse cogitationem, 29.



quod non nisi ex solo Dei præcepto vxorem acceperit, qua nec quidem vsum à principio diluuij, quando ingressus in arcam, donec egressus cum sua familia nouum accepit de generis humani multiplicatione mandatum, multi graues auctores iure tenent: imò eandem filiis suis ab vxoribus continentiam præcepisse, & ab illis toto illo tempore seruatum bene colligunt ex eo quod in ingressu arcæ dicitur semel & iterum, quod *ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius:*

^a Genes. 7. *uxor illius, & uxores filiorum eius* ^a. Quod etiam priùs alia vice dictum ei fuerat ^b: quasi ^B

7. & 13.

^b Genes. 6.

18.

^c cap. 8. 16.

^d ibid. v. 18.

omnes vxores simul essent separatae à viris. Post diluuium autem, eo quod viri vxoribus copulari debebant; dicitur ei: *Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum* ^c: quod eodem prorsus ordine factum fuisse mox legitur ^d: vt nihil quod singularem pietatem ac puritatem non sapiat videas in hoc sanctissimo mundi reparatore. Deinde statim egressus ex arca ædificat altare & sacrificium offert Domino.

Postquam per aliquod tempus stetit in Armenia, & fortasse spatio (vt quidem cen- C
seo) centum annorum, vt primò regionem illam repletet hominibus, in qua primum de illorum multiplicatione mandatum acceperat. cum tempus appropinquaret, quo illa tam insignis ac celebris totius orbis terræ in tres mundi Principes filios suos Sem, Cham, & Iapheth partitio facienda erat, atque cum illis de tam graui negotio deliberandum:

pro

A pro primi omnium parentis Adam, nec non Seth, Enos, Cainan & Enochii reuerentia ac iucunda memoria cum filiis suis ad patriam redire statuit, quàm suprà ^a vel in Mesopotamia, vel circa Damascum fuisse contendimus. Vt vbi ab Adam, aliisque dictis patribus prima ante diluuium, terrarum & gentium diuisio facta fuerat circa annum mundi 525. vt antea ^b vidimus, ibidem prima post diluuium celebraretur. Quadrat prorsus cum iis, quæ scribit Berofus ^c Noë post diluuium habitasse in Ketim, id est, in insulis Græciæ.

a lib. 1. c. 15.

b lib. 1. c. 12.

c lib. 3. an. 6.

B Verba illius sunt: *Tunc enim senissimus Noë iam antea doctos Theologiam, & sacros ritus, cepit etiam eos erudire humanam sapientiam: & quidem multa naturalium rerum scientia mandauit literis, que solis sacerdotibus Scythæ & Armeni commendant. Neque enim fas est illa vlli aspicere, aut legere, quam solis sacerdotibus, & inter sacerdotes duntaxat: sicut & quos rituales libros reliquit, &c.* Et post quædam pauca addit: *Cumque iuisset ad regendum Kitim, quam nunc Italiam appellant desiderium sui reliquit Armenis: ac ideo post mortem illum*

C *arbitrati sunt in animam cœlestium corporum translatum, &c.* Hæc Berofus. Relictis igitur in Armenia iam multis illius regionis habitatoribus reuertitur in Damascum circa annum mundi 1756. cum familia sua. Vbi 31. post anno natus est Phaleg filius Heber. Cuius natiuitatis tempore, agitabatur illa terræ diuisio, quæ verbo & quasi testamento Noëtico facta est, vt agnoscit Augusti-

a lib. 16. de ciuit. cap. 10.
 b Antiq. l. 1. cap. 6.

nus^a, post Iosephum^b tempore ac natura longè distincta ab illa, quæ postea re ipsa facta est, in constructione Babylonicae turris & confusione linguarum. Quia ista à Noë Dei voluntate instituta est & ordinata, sed non nisi diu post occasione diuisionis linguarum in rem deducta est. Et de vtraque doctè ac solidè Salianus^c. Notat autem Scri-

g An. mūdi 1788. num. 2. & 3.

d Genes. 10. 25.

e Seder O-lam.
 b in quæst. Hebr.

g Initio Parnarij.
 h Hom. 30. in Gen.

i in cap. 14. Iosuc.

ptura in commendationem Heberis, qui caput & princeps fuit sodalitatis Hebræorum, vt vidimus, filio qui ei natus est tempore primæ diuisionis, dedisse nomen *Phaleg*, id est, diuisio: *eo quod in diebus eius diuisa sit terra*^d: Quasi exultans quod cito filiorum Dei per totum mundum disseminationem visurus esset. Idcirco tale de illo Hebræi proferunt encomium: *Heber, vt scriptum reliquit R. Iose, magnus fuit propheta, quoniam afflatu spiritus sancti filium suum Phaleg nominauit: a futura, scilicet, diuisione in fine vite eius*^e. Vaticinium etiam agnoscunt Hieronymus^f, Epiphanius^g, Chrysostomus^h, & alij.

Præterea ex prædictis colligitur Arphaxad natum esse in Armenia sicut & filium C eius Cainam. Quod si Armenia esset illa regio quæ apud Methodium vocatur Erham & filij nomen (quod non insolens esse cum aliis notat Masiusⁱ) pro abnepote sumeretur: suspicarer valde Cainam istum illum esse quem ille auctor vocat Ionithum, de quo ita loquitur: *Centesimo autem nono (forte anno post diluuium) de tertia chiliade natus est filius*

A *lius quartus Noë* (tertius tantum est à Noë) *secundum ipsius similitudinem* (sanctitatis vel instituti postea Cinæorum) & *vocauit nomen eius Ionithum* (hoc est, sicut *vinum inebrians*, Cainan verò importat *columbam*, & vtrumque nomen datum videtur à Noë allusione facta ad *vinum*, fructum vitis quam planta- uerat & ad *columbam arcæ*) *trecentesimo ve- rò tempore trium millium annorum dedit Noë donationes filio suo Ionitho*, & *dimisit eum in terram Etham* (in Armenia, vt videlicet cu- ram animarum ageret, vt indicat illa locutio

B *auctoritatem denotans in accusatiuo in ter- ram Etham*, quod nomen fenestram impor- tans à fenestra arcæ per quam cessantibus aquis diluuij *columba* à Noë dimissa est illa regio sic facile vocata est *terra fenestra*) & *post obitum Noë sexcentesimo & nonagesimo anno in eisdem tribus millibus annorum ascen- derunt filij Noë de terra Orientali Etham* (nempe sicut Sem, Cham & Iapheth de Mesopotamia, ita Arphaxad & Cainan, seu Ionithus de Armenia, vtraque enim regio Orientalis dici potest) & *adificauerunt sibi*

C *turrim in terra seu campo Sennaar*, & *ibi facta est diuisio linguarum*. Et ex hoc *dispersi sunt homines super faciem terre totius*. Ionithus au- tem *filius Noë* (hoc est abnepos) *tenuit introi- tum in Etham*, vsque ad mare quod vocatur *Heliochora*: id est regio Solis, in qua Solis ortus fit (forte mare Caspium intelligit quod est ad Orientem Armeniæ) & *habitauit ibidem*. *Hic Ionithus accepit à Deo donum sapientiæ ad*

omnes artes, qui non solum litterarum, & aliarum artium, verumetiam omnis Astrologia primus fuit inuentor (nempe, post diluuium:

a lib. I. antiq. cap. 3.

nam de columnis in quibus Iosephus^a scribit Seth ante diluuium multa de Astrologia insculpsisse notum omnibus est) ad hunc descendens Nembrod, qui erat vir gigas (ista verba iam exposuimus^b) & in multis eruditus à Deo accepit à Ionitho consilium in quibus influentiis astrorum incipiendum esset ei regnare

b lib. I. c. 8.

Qua de Ionitho scripta reperiuntur improbabilia non sunt.

super terram. Hæc Methodius. Quæ licet nonnulla contineant à quibusdam reputata pro fabulis. Ego tamen qui non omnia tam absurda iudico, qualis fides illis adhibenda sit aliis discutiendum relinquo. Duo tantum dico: vnum quidem quod Auctor historiæ Scholasticæ & Torniellus illa non putauit improbabilia, vt ego iam in citato loco notauit. Alterum est, Quod tantò magis ista secundo Cainan optarem conuenire, quantò iniustissimè quidam Auctores, contra S. Lucæ & Septuaginta auctoritatem, illum ab albo contendunt adimere Patriarcharum. Cùm ex prædictis deinceps maxima cum verisimilitudine colligi possit, non so-

Secundus Cainan non solum fuit, sed vir etiam fuit illustris inter Cinos.

lum extitisse: sed tantæ etiam dignitatis virum, vt S. Patriarcha Noë professione Cinos in illius nomine prioris antiquissimi Prophetæ & Patriarchæ Cainan Adami abnepotis simul cum nouo mundo in eius nomine & conditione illustre nomen in æternum reuiuiscere voluerit. Ita vt deinceps cùm in sacro codice Cinosorum nomen au-

dicis,

A dieris, non nisi per istum ad illum tua retrocedat memoria. Sed iam referamus aliqua de terrarum diuisione realiter facta.

Magna in primis proponitur nobis sanctissimi Patriarchæ pietas & zelus, vt antequam è viuis excedat, ista fiat filiorum ac nepotum suorum, tanquam mundi & ante diluuium tantopere labefactatæ religionis Raphaim, id est, restauratorum per orbem disseminatio: per quam veræ pietatis & fidei noui homines tanquam vasa recentia purgo & optimo infundantur liquore. *Nonerunt*, inquit Epiphanius ^a, *omnes iustum Noë* ^{a in Anco-} *reliquias mundi factum post diluuium. Cum igi-* ^{rato.} *tur relictus esset ipse & tres filij ipsius, vt qui iustus esset, & filios suos pios efficere conaretur, vt ne in eadem mala inciderent, sicut ij, qui in diluuiio perierunt: non solum per doctrinam illis pietatem proposuit, sed etiam per iurandum ab vnoquoque ipsorum benevolentiam erga fratrem exegit. Et diuidit quidem velut heres mundi à Deo constitutus tribus filiis suis vniuersum mundum sub sortem missum, & vnamquamque partem iuxta sortem singulis distribuit. Quæ* ^C *quidem pietas tanta fuit, tamque diu perleueravit in istius sanctissimi Patriarchæ filiis ac nepotibus, vt à diluuiio respectu nepotum (Cham enim filius peccauit in patrem anno 1671.) & à centum annis ante diluuium, id est, ab anno mundi 1559. quo natus est Sem. vsque ad annum 1931. quo contigit diuisio linguarum, id est, spatio 372. annorum, præter multa bona, quæ tanti Patriarchæ exem-*
plo

plo illos fecisse ex scripturis posset ostendi, A
 ne verbulum quidem, multo minus aliquod
 malum opus malè ab vlllo eorum prolatum
 inueniri possit præter illa verba tumultuosæ
 potius (credo) plebis (quæ futuram separa-
 tionem non ignorabat) quam Principum:
Venite faciamus ciuitatem ac turrim cuius cul-
men pertingat ad cælum, & celebremus nomen
nostrum antequam diuidamur in vniuersas ter-
 ras^a. In quibus vanitas quidem est: sed re-
 spectu personarum ac temporum, si bene
 considerentur tam modica: vt vel hinc eli-
 cere sit facile, quanta fuerit modestia in He- B
 bere propheta aliisque viris Ecclesiasticis qui
 tunc cum sanctissimo sene Noë degebant.
 Quod obiter sit dictum contra Calvinum &
 alios, sicut ab Ecclesia, ita à vero Dei spiri-
 tu, quo Scripturæ intelliguntur elongatos:
 qui miro modo superbiam ita loquentium
 aggrauant & exaggerant sine causa. & vt
 aliquo pacto videamus, quam sancti fuerint
 filij Dei mundi Raphaim, & restauratores
 Sem, Cainan, Ascenez, Heber & alij, qui-
 bus Noë sanctæ Ecclesiæ post se reliquit
 gubernacula. C

Deinde notandum, quod nuper ex Bero-
 so vidimus, Noë post diluuium ex Armenia
 venisse in Kitim ad regendam eam, optimè
 ita concipi posse: vt postquam spatio cen-
 tum annorum à diluuiio moratus esset in Ar-
 menia, regressus in Damascum vel Mesopo-
 tamiam ibi mansit vsque ad diuisionem lin-
 guarum, nempe ab anno mundi 1756. vsque
 ad

A ad annum 1931. hoc est 175. annorum spatio, quo tempore 875. annos habebat ætatis.

In illa ergo diuisione linguarum, quemadmodum primogenitum suum Sem supremi Pontificatus successorem reliquit in Oriente, sedem ei constituens in mediterraneo mundi, id est, in terra Chanaan: ita volens dilecto filio suo Iaphetho destinatam in Occidentalibus partibus possessionem tribuere, hoc tanquam totius orbis terrarum moderator per seipsum voluit facere, & senissimus, (vt vocat eum Berosus) sed ope diuina

B vegetus profectioem spontè suscipiens, de dilatatione datam benedictionem sua veneranda, pro viribus confirmare præsentia. Ideo proximam insulam Cyprum (quam vox Kitim primariò significat) in habitationem eligens, ibique cum nepote suo Ianan filio Iaphethi ad mortem vsque spatio 75. annorum demoratus, suo quoque sanctissimo primam Iapheti vsque in Italiam dilatationem felicitauit consilio. Et hoc modo aliquatenus in illa regnasse absurdum minimè est.

C Sicque videas Ianum (quem omnes etiam Gentiles ab *oiv*, id est, *vinum* cuius inuentor fuit, Noë esse dicunt) bicipitem pingi, non solum quia tam anteriora quam posteriora vidit sæcula: sed etiam quia sua sapientia Occidentales & Orientales rexit orbis partes. Et in vtroque sensu intelligi potest illud Ouidij^a.

*Iane biceps anni tacitè labentis origo,
Solutus de superis qui tua terga vides.*

Hinc

*Ianus qui, &
Noë cur biceps depingitur.*

a. i. Fastorū.

Hinc videas de insula Creta Iouis primi A
 a lib. 1. c. 9. Deorum patria, de qua diximus^a, vel in hoc
 & 10. Iano, vel potius in suo nepote Iauan nuda-
 tam fabulam. Videas huius Iani, id est, Noë
 sanctissimi Patriarchæ anno 718. post illius
 mortem aut circiter, renouatum nomen &
 dignitatem in illo Iano, quem scribit Euse-
 b^b in Chron. b^b in Italia regnasse annis circiter 150.
 antequam ibi regnaret *Æneas*. Denique, præ-
 Iapheth di-
 ctus est Sa-
 turnus. suppositis quæ diximus de filiis & nepoti-
 bus huius viri propter nomen *Raphaim* pas-
 sim *gigantibus* dictis, sed qui verè erant &
 dicebantur mundi *restauratores*; facile intel- B
 ligas, quod *Chronicum Alexandrinum* Sa-
 turno tribuit, qui ex gigante de progenie
 Semi natus sit: duosque habuerit filios, vnum
 Ninum, (intellige *Assur*) qui *Assyriis* impe-
 rauit, alterum *Picum*, siue *Iouem*, qui pa-
 trem in *Italiam* secutus sit, qui ibi iam diu re-
 gnabat: cui *Picus*, qui & *Iupiter* successerit,
 regnaritque 62. annis: cui etiam successerit
Faunus, qui & *Mercurius* à patre vocatus
 sit &c. Licet enim meritò ista parum veri-
 similitudinis habeant apud eos, qui nullam C
 aliam Semi progeniem agnoscunt quam car-
 nale, quæ non in Occidente, sed in Orien-
 te dominata est: sicut *Iapheth* cum filiis Oc-
 cidentem tenuit: attamen, in quantum vter-
 que filios etiam spirituales habuit præfectus
 in his quæ sunt ad Deum, in vtraque etiam
 orbis parte hoc secundo modo præfuit &
 imperauit. Ille quidem tanquam summus
 Ecclesiæ Pontifex sedem in Oriente, nempe
 Ierolo

- A Ierofolymis habebat, atque in Europa Occidentali tabernacula, *in quibus* sub illius auctoritate Iapheth, iuxta sibi à Deo datam benedictionem, habitabat ^a: Iste verò sedem ^a Gen. 9 25. habens in Occidentali Græcia quam temporaliter etiam, præsertim in filiis & nepotibus moderatus est, discipulos reliquerat in Oriente Cenezæorum sodalitatis in terra Chanaan ^b. Ipse ergo gigas (sensu sæpe dicto) de Semi quidem, sed spiritali progenie natus, à Græcis dictus Saturnus: filium successorem habuit Picum, seu Iouem, id est,
- B Iauan: qui natus in Creta in cæteris, Kertim insulis & in tota Ionia dominatus est: venireque tandem potuit in Italiam ad quam usque pater eius Iapheth dictus Saturnus dilatatus fuerat, ibique parenti succedens regnare annos duos & sexaginta, ut dicebat Chronicū Alexandrinum. Isti successit Faunus qui & Mercurius à patre vocatus est: & iste fuerit Elifa, ex quo Eusebius ^c deducit Siculos. Cui nostræ meditationi conformia habet Salianus ^d. Et tandem ex priscorum illorum Noë filiorum ac nepotum sanctitate, sapientia, virtutéque mirabili & auctoritate liceat tibi mecum suspicari: quod sicut in Oriente ante diluuium Seth & Enos pro sua vitæ innocentia & pietate Dij sunt appellati: ita post diluuium in Occidente magni illi sanctitate ac virtute gigantes, officio autem Rephaim, seu Κεφῆτες, id est curatores. Deitatis ac supremi numinis adepti nomina; & iuxta regionum idiomata necnon spiritalia,

b sup. c. 6.

c l. i. Chro.

Græc.

d An. mūdi

1931. num.

34. & Schol.

8.

Falsorum
Decorum in
Europa ori-
go unde &
quando.

ritualia, quibus specialiter enitebant, charif- A
mata, variè nuncupati sint : vtpotè, Iapheth,
Saturnus : Iauan, Iupiter : Elifa, Mercurius:
eo nempe modo, quo nuperrimè Berofus de
Patriarcha Noë dixit post mortem ab Arme-
nis translatum fuisse in animam corporum
cœlestium, & quo postea^a visuri sumus, Be-
lum seu Nembrothum inter Deos ac sydera
relatum, & Orionem fuisse vocatum : vt in-
de ad primam Europæorum Deorum facilis
tibi sit aditus originem.

Quænam autem regiones aliis Noë fi-
liis contigerint, dico breuiter, quod Sem B
in sua persona, vt iam diximus, tamquam
summus Ecclesiæ Pontifex non magnas re-
giones habuit, cui vrbs Salem & vicina pro
fedis loco reseruabatur: in filiis verò & ne-
potibus habuit Persas & Medos in Ælam^b:
Assyriam in Assur^c: Chaldæos in Arpha-
xad^d: Lydos in Lud^e, Aramæos, id est, Sy-
rios in Aram. Quod de Cœlesyria potissi-
mùm accipiendum est. Vnde Hus Arami fi-
lius primus incola fuit terræ Hus^f. Alios
eius nepotes breuitatis causa relinquo, vt ad
duoseius fratres veniam. Et primò, de Cham C
sufficit quod generaliter ita dicit Iosephus:
*Chama verò filij Syriam & regionem Amano,
Libanoque montibus hærentem obtinuerunt, quic-
quid eius ad mare Mediterraneum vergit occu-
pando, & Oceanum vsque, quo cingitur Africa
ditionis terminos proferendo. Tota ergo Syria
cum Ægypto & Africa, quàm longè latèque
patet ad Chamum pertinuit.*

Iaphethi

a cap. 11.

b Esa. 11. 11.

21. 22. 6.

Ier. 25. 25. &
alibi sæpè.c Num. 24.
22.

4. Reg. 15. 29

1. Par. 5. 26.

d Iosaph.

Antip. 1. c. 6.

e Hieron.

Euseb. lib. 1.

Chron.

f Ioseph.

Ant. lib. 1.

cap. 17.

- A Iaphethi pars quænam fuerit scite nobis pernecessarium est: maximè vt sciamus, quod ille etiam in Europa *habitauerit in tabernaculis Sem^a*, vt nuper & antea diximus: dum videlicet per se, vel per quosdam ex suis præfuit locis sacris & Ecclesiis totius Europæ super quæ summam supremus Pontifex Sem habebat iurisdictionem. Breuitatis tamen causa quasdam tantummodo illius sortis regiones nominabimus: ex quibus maxima & mirabilia hauriemus arcana. Primus ergo filius eius Gomer habuit regiones Gomeritarum, de quibus Ezechiel^b. Quo nomine Galatiæ & Cimmeriæ, seu Cimbriæ populi intelliguntur. Tertius Iaphethi filius, qui dicitur Madai Princeps Medorum fuit: illorum præsertim sic Ptolemæus^c: *Versus Macedoniam autem, inquit, & Aegæum mare similiter prætura sunt Medica, Drosica, Cæletica, &c.* Quartus filius est Iauan, de quo nuperrimè, à quo Ionia, totumque Græcorum genus, vt ait Iosephus^d. Cui planè consentit Hieronymus, & ante eum Eusebius. Quibus omnes subscribunt. Et hi nobis sufficiant ad id quod intendimus,

a Gen. 9. 27.

b cap. 38. 6.

c in Europe
tabul. & l. 3.
cap. 11.d Antiq. l. 1.
c. 6.

CAPVT VIII.

*Quod omnes philosophi tam Græciæ
quàm aliarum regionum à nepoti-
bus Noë aliisque filiis Dei habue-
runt principium.*

QVI in dicta diuisione linguarum & ædificatione turris Babylonice ex rusticis, plebeis & artificibus erant, atque hinc **B** & inde ad varias regiones abire coacti sunt, tulerunt secum (vt quidam dixit) fragmenta veritatis: eo quod pro sua simplicitate, rerum quæ ad doctrinam fidei attinebant, vt etiam nunc docet experientia, non nisi micæ & frustra, quæ de diuitum, hoc est, doctorum, pastorum & sapientium mensis cadunt colligere potuerunt. Et ista sunt fragmenta, quæ simul cum linguarum confusione tantam inter nationes & populos in iis quæ credenda erant, vel etiam quæ contigerant, ac sola verborum, terminorumque adaptatione, & inter narrandum compositione indigebant, confusionem attulerunt. At equidem filij, nepotesque Noë non micæ vel fanæ doctrinæ secum fragmenta tulerunt, cum essent doctissimi & optimè de omnibus à S. Patriarcha eruditi: sed eandem cum se vellent explicare, conceptusque suos populis exponere in inueniendis, concinnandisque

*Quid esset
confusio lin-
guarum in
Babylone.*

A q
d
cu
l
br
to
G
fu
fu
Jo
fu
no
B ro
ru
fa
ce
sc

C

A que simul vocabulis patiebantur incommoditatem, donec paulatim ex frequenti collo-
 cutione vnaquæque gens proprium sibi fa-
 bricaret idioma. Exempli gratia: qui He-
 braicè vocabantur Raphaim, id est, cura-
 tores eiusdem significationis nominibus à
 Græcis vel Θεραπευτὰς vel Κηρύτεις appellatos
 fuisse non semel vidimus. Et sicut Hebræi
 suos Prophetas à consulendo Deum יִגְבַּחִים
 Ioghatim, id est consultores^a, ita & Græci
 suas Prophetides Sibyllas nūcupabant. Quod
 nomen Dei consilium interpretatur S. Hie-
 ronymus. Prædicta ratio ducta ex veræ cor-
 ruptione doctrinæ intermixtisque fabulis
 facit vt facilè Mario Poëtæ in hac parte
 consentiam, qui rem hanc graphicè sic de-
 scribit.

Dixit, & intentos operi, molemque leuantes

Mentibus attonitis, subiecta obliuio primum

Intrat, & ignota subit imperfectio lingue

Increpitant operis studio cessante magistri

Cunctantes socios, sed vocem nemo remittit

Non intellectis, quod si quis tentat, inane

Sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat:

C *Sic vanum praua susceptum mente laborem*

Destituit frustrata manus, iam nemo pro-
pinquum,

Nemo patrem sequitur, quem quisque intelli-
git, addit.

Agglomeratque sibi, sociūque adiungere curat.

Dumque perit diuisa huius cognatio gentis,

Gentē lingua facit, sparguntur classibus equis,

Diductasque petunt vario sub sydere terras.

P 2 Quam

Quamuis ex eo quod Moyſes dicit de filiis A
Iapheth, ab iis diuiſas fuiſſe inſulas gentium in
regionibus ſuis, vnusquisque ſecundum linguam
ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis^a, non-
nulli dicant, quod vnusquisque non intelli-
gebat omnes, vt ante ſolebat: ſed alij alios
intelligebant, puta qui erant eius familiae,
alios non intelligebant, qui erant diuerſae. Et
per familias ita diſtinctae erant linguae, vt in-
ter eos remaneret ſocietas, inter quos idem
ſeruatum eſſet idioma. Eligat lector: de hoc
enim longiorem non moueo litem, vt ad rem
veniam

Nempe, vt oſtendam omnes ſcholas ac
ſodalitates philoſophorum, qui aliquam in
moribus modeſtiam, aut generaliter virtu-
tem cuiusque ſtadium profitebantur, item
praecipuos Deos colendi ritus, atque in ſa-
crificiis, templiſue ceremonias, licet multis
ſenſim ſuperſtitionibus infectas à noſtris
Cinaeis, Cenezeis, aliisque filiis Dei in Noë-
tica ſchola inſtructis originem trahere. Quod
iuxta rerum exigentiam videbimus in ſe-
quentibus. Nunc generalius agendo, quan-
tum ad Iaphet notatum velim diligenter, C
quod totum genus Graecorum, inter quos
tot, & tam inſignes fuerunt Philoſophi,
tamque multiplices illorum ſectae, quicquid
boni habuerunt ad noſtrum Iapheth, tan-
quam ad ſuum caput, aut fontem referre de-
bent. Sed ſpecialius viſuri ſumus modum
conſulendi oraculum Apollinis ſuper corti-
nas, & trypodem factum ad inſtar cancello-
rum

*Modus con-
ſulendi ora-
culum Apol-
linis ex pa-
triarchis ha-
bet originē.*

Arum (quo nomine vtuntur Latini ad significandum terminos & limites, extra quos non licet euagari) decumbendo, ex sacris esse desumptum, & à Iacob aliisque ante legem Patriarchis vsitatum, non alio vtique modo, quàm quo ab istis Noë filiis & nepotibus per traditionem acceperant. Et hoc ipsum esse quod apud Psalmistam^a iuxta Græc^a Psal. 67ⁱ Interpretes legimus, *Si dormiatis inter medios clericos*, seu terminos, μέσων τῶν κληρῶν: sed iuxta Hebr. *inter duo clathra*, seu inter duos cancellos. A quo Græco nomine urbem

B Ionix, in qua celebre erat oraculum dictam κληρῶν fuisse putamus. Similiter philosophandum est de Dodanim, siue Dodan vno ex eiusdem Iaphet filiis, qui primus coluit, vel ædificauit Dodonam Molossix in Epiro urbem, iuxta quam tam famosum apud omnes nationes simile extitit oraculum quod passim Dodonæum appellabatur. Et quia (vt tenemus cum Berofo) sanctissimus patriarcha Noë in Græcia & præsertim in insula Cypro mansit ibique vitam finiuit ac per Iaphethum filium suo totam Græciam, vel etiam

C Italiam rexit consilio: quales ibi sanctos ritus per suos Raphaim introduxerit, quanta & quam pura iecerit semina pietatis, quis poterit exprimere? Sed & quis sufficienter deflere tot animarum clades, quas ibi intulit inimicus homo, qui dum dormiunt homines tantopere vigilans est ad superfeminandum zizania? At tempus Euangelij illud est oportunum, in quo pater familias suis præ-

*Claros vrbis
Ionia vnde
dicta.*

cepit messoribus ut separatis superstitionum A
zizaniis & collectis ad comburendum veri
& antiqui cultus ceremonias tanquam pu-
rum triticum ex quo Christianæ ciuitatis pa-
nis confici debet filiorum, congregent in
Dei horreum. De quo Doctorum officio
passim & affatim tractant Patres, & nos quo-
que alibi.

Sed à Græcis ad Chaldæos demigrandum
est, quorum primum Rapha seu restaura-
torem & incolam filium Sem Arphaxad fuisse
nuper vidimus. In Chaldæa fuerunt Phi-
losophi qui dicebantur Magi & præsertim B

- a Hom. 2. in apud Persas, de quibus Chrysofostomus ^a ait,
Matth. Magos Persas non maleficos sed sapientes
b lib. de spe intelligi. Quorum scientiam talem fuisse do-
cialib. lectet Philo Iudæus ^b *quam non plebey modo; sed*
gib. *etiam reges & regum maximi & maxime Per-*
Magorū insti- sarum sic exercent, ut nemo in Regem eligatur,
tusū quale. *nisi qui prius Magorum consuetudine sit usus. &*
e Apol. 1. *iuxta Apuleum ^c Persarum lingua Magus est,*
qui nostra lingua sacerdos: callere leges ce-
remoniarum, fas sacrorum, ius religionum
est Magum esse. Horum studiis Histalpis Da-
rij pater pueros sacrorum ritus motuumque C
cæli numeros immiscuit, ait Am. Marcel-
linus ^d. Qui inter eos obseruantia strictioris
erant albis amicti procedebant, culcitram è
frondibus vilem ac humilem pro lecto ha-
bebant, olus in cibum sumebant, tritico &
pane vili utebantur, ut scribit Laertius ^e.
Imo, videas in eis priscorum Enoscæorum,
seu Essenorum regulas dum villas inhabita-
bant

A bant nulla murorum corona munitas^a: & tempore Cyri Regis, teste Xenophonte^b simul ac dies elucebat Deos hymnis celebrabant, rebusque diuinis operabantur. Ex illis fuisse, sed qui paulò licentiùs, vt inter Essenos Machabæi, viuebant, eos qui ad adorandum Christum venerunt Ierosolymam dubium non est. Atque in illis impletum prophetæ Balaam vaticinium clamat consensus omnium Patrum, **ORIENTVR STELLA EX IACOB**^c non solum in hoc quod stella duce^c ad Christum venientes eum adorauerunt: 17.

B sed etiam in hoc quod per talem adorationem nomine omnium filiorum Dei, sanctorumque philosophorum qui inter gentiles per totum mundum dispersi erant, illum agnouerunt esse filium Dei naturalem, qui alios omnes *filios Dei qui erant dispersi congregatus erat in vnum*^d iuxta ea quæ ad verbum subiungit Balaam, & *disparietabit omnes filios Seth*. Quorum verborum legitimum sensum non semel dedimus, diximusque *filios Seth* illosmet esse, qui vel prophetæ, vel filij

C Dei olim dicebantur: qui apud Gentiles pro diuersis sodalitatibus in principio sanctis ac verè religiosi, sed postcà multiplici superstitione corruptis dicebantur apud Ægyptios Prophetæ, apud Assyrios Chaldæi, apud Galatas Druidæ, in Bactris Persicis Samonæi, in Persis Magi, in Indis Gymnosophistæ, in Scythiis Anacharsis, in Tracibus Zamolxis, vt scribit Cyrillus^e. Ex tot autem nominibus duorum præsertim ad rem nostram confert

^a Am. Marcell. lib. 23.
^b lib. 8. Cyripad.

^c Num. 24.

^d Ioan. 11.
^e 12.

^e lib. 4. contra Iulianum.

non modicum perquisitio, Samonæorum, A
 nempe, & Magorum. Dum autem illos &
 alios omnes à Balaam video comprehendi
 sub antiquissimo & generalissimo nomine
filiorum Seth, qui tot sæculis præcessit dilu-
 uium, & dum video illos qui in Bactris
 Perficis dicebantur *Samanai*, in India vocari
 a l. 3. Strom. *Semai*. vel ut vult Clemens Alexandrinus
Semni: qui & in Gallia priori *Samanæorum*
 vocabulo (per Iaphetum ut credo) donati
 b Strabo
 hb. 16. sunt, vel etiam *Semnotheorum* b: ausim crede-
 re id factum aut per ipsum Sem filiorum
 Seth disciplinam post diluuium renouan- B
 tem: cum videlicet senissimus Noë esset in
 Armenia antequam Sem supremæ dignitatis
 nomine Melchisedech donaretur, pro sua
 reuerentia, vel omnes fideles, vel saltem re-
 ligiosiores, & filij Dei *Semai*, quasi diceret,
Semite nuncuparentur. Magorum autem no-
 men quidam deducunt à Magog filio Ia-
 phethi: sed perperam, nam ab illo Scythæ
 trahunt originem, quos Græci Magogas vo-
 cant, ut post Iosephum c doctiores tenent.
 Ego ut institutum, ita & nomen habuisse
 c Ant. lib. 1.
 c. 7. puto à ciuitate Magog, de qua sic Plinius d C
 d lib. 5. c. 13 ait: *Cœlesyria vrbes habet Bambycen, qua alio
 nomine Hieropolis vocatur, Syris vero Magog.*
 Ptolomæus vero e septem tantum exprimit
 insignes Asiæ ciuitates, quarum secunda est
Hieropolis, id est, sacra ciuitas à multiitudine
 templorum sic appellata à Græcis, cum proprium
 ipsius nomen sit *Magog*. Cùm autem sanctissi-
 mi illi Raphaim primi post diluuium mundi
 restau

*Semai, Sēni,
 Semanai, Sē-
 nothei phi-
 losophi à Sē
 filio Noë no-
 men habue-
 runt.*

*Magorū no-
 men unde
 deductum.*

c Ant. lib. 1.
 c. 7.

d lib. 5. c. 13

e in 4. Asiæ
 tabula.

A rest
 gifi
 &
 qu
 bis
 Ma
 riis
 nar
 La
 rea
 len
 He
 B pro
 du
 mu
 der
 rec
 pri
 se
 der
 ti l
 ph
 po
 vt
 C ren
 sic
 pla
 du
 fan
 ho
 fan
 ide
 ba

A restauratores Cœlesyriam potissimum ele-
 gissent in qua habitarent, suasque sodalitates
 & gymnasia constituerent, vt constat ex iis
 quæ diximus^a de tribus illis Cœlesyriæ vr-
 bibus Astaroth, Emath, & Cariathaim, certè
 Magog nobilitatem suam prodit in myste-
 riis ac multitudine nominum suorum, alia
 namque decem præter hoc habuit Lesem,
 Laïs, Panæas, Dan, Edessa, Bambices, Cæsa-
 rea Philippi, Hieropolis, Neroniana, & Be-
 lena vt dicitur nunc. Quorum duo priora
 Hebraica, quæ vertere liceret *Semo & Viro*,
 B propter Sem summum Ecclesiæ virum, &
 duce, ac si post linguarum diuisionem pri-
 mus eius incola, aut fundator extiterit, vi-
 dentur imposita. Octauum verò Græcum &
 recentius ex templorum in ea multitudine,
 prisca, & ad posteriora sæcula seruata præ
 se fert argumentum pietatis. Priscam qui-
 dem libenter colligerem ex hoc quod mon-
 ti Hermon sit proxima: circa quem pro-
 phetarum & filiorum Dei priscis illis tem-
 poribus frequentes conuentus fieri solebant,
 vt vidimus^b. Et cum Astrologiam profite-
 C rentur, quid si Magog id est, *de tecto* vocata
 sit ab eis, quia super tecta vt astra contem-
 plarentur frequenter ascenderent ad laudan-
 dum Deum in operibus suis? Quo postea
 sancto ritu abusi sunt Idololatræ: qui sæpe de
 hoc arguuntur^c. Quemadmodum de Per-
 sarum, ad quos vsque hinc migrarunt Magi,
 idololatria, qui nec statuas nec aras erige-
 bant sed sacrificabant in loco excelso astris,

a lib. 1. c. 9.

Magog qua
ciuitas, &
eius etymon.

b lib. 1.

c Esa. 22. 1.
Jerem. 19. 17.
d Soph. 1. 5.

P § quod

quod Deos esse putabant scribunt Herodo-
 tus ^a Strabo ^b & alij auctores. Sacra igitur
 dicta est illa ciuitas & ex templorum multi-
 tudine & ex sacris sanctorum prophetarum
 conuentibus, orationibus & sacrificiis qui-
 bus intendebant. Et hæc de Magis suffi-
 ciant.

Ad Indos nunc procedendum, apud quos
 qui dicebantur Gymnosophistæ ex ipso solo
 nomine sodalitia præ se ferunt & gymnasia,
 quæ scholæ & diatribæ antiquitus sunt vo-
 citatæ. Quales erant illæ, quas longè ante
 Abraham in nuperrimè dictis Cœlesyriæ vi-
 bibus, & iuxta ciuitatem Ierusalem antea

e lib. 1. c. 9.

ostendimus ^c. Sed si Gymnosophistarum vi-
 uendi modum conferamus cū iis quæ prius
 amplè de Essenis protulimus, statim profes-
 sionis identitas apparebit. *Philosophi eorum*

d lib. 7. c. 2.

quos *Gymnosophistas* vocant, ait Plinius ^d, ab
 exortu ad occasum perstant contuentes Solem
 immobilibus oculis feruentibus arenis toto die
 alternis pedibus insistant. Augustinus verò
 de iisdem ita differit: *Indorum Gymnosophista,*
qui mihi perhibentur philosophari in solitudini-
bus India, à generando cohibent. Et postquam
 illa quæ dixit Plinius, recitauit eisdem ter-
 minis, subiungit: *Hi frigora niuium & æstus*
flamme citra dolorem perferunt. ferunt Ale-
xandrum Magnum, quum in India expeditione
ad Gymnosophistas penetrasset grauissimè ab
illis fuisse increpitum, quod mortalis cum esset,
mortali tamen sorte non contentus totum Orien-
tem latrociniis infestaret. Illorum antiquita-
 tem

A tem videtur Cicero ^a his verbis tangere: a Tuscul.
Quæ barbara, inquit, India vastior, aut agre- lib. 5.
stior? in ea tamen gente primum hi qui sapien-
tes habentur nudi etatem agunt. Nec mirum si
tales filiorum Dei sectatores habuit India,
quæ contigit Iectan filio Heberis Hebræo-
rum patris & Archimandritæ.

Sed pauca dixerim de Druidis nostris, de
 quibus etiam Plinius ^b, & Am. Marcelli- b lib. 16. in
 nus ^c, dicentes nomen eorum importare fine.
 quercus, vel inter quercus habitatores: eo c lib. 15.
 quod sua mysteria sub quercubus celebra-
 bant. Quod ab Abraham aliisque p̄scis
 Dei filii discere potuerunt, & per traditio-
 nem accepisse qui sub quercubus in lucis
 sacrificare & orare solebant. Abraham di-
 citur plantasse nemus ^d ad orandum & sacri- d Genes. 15.
 ficandum. Consedit aliquando ad quercum
 cum dicitur peruenisse ad conuallē illustrem ^e, e Gen. 12. 6.
 quæ in Hebr. dicitur אֵלֹן מֹרֵךְ *Elon moreh*,
 Elon autem importat quercum. Iosue dicitur
 tulisse lapidem pergrandem & posuisse eam
 subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini ^f. f Ios. 24. 26.
 Videtur etiam Iacob sacrasse quercetū sum-
 C mo Deo ^g. Ex contextu enim videtur sub ea g Gen. 25. 2.
 quercu Deus apparuisse. Nam statim sequit-
 tur: *Apparuit iterum Deus Iacob postquam, &c.*
 Druidarum discipulus fuit Pythagoras, à qui-
 bus suum videtur accepisse *κοινὸς*, seu *ὁμοι-
 χαιῶν* in forma monasterij. De quo Plinius ^h h lib. 17. 6.
 & Clem. Alexandrinus ⁱ primos Astrologiæ ^{30.}
 & Philosophiæ doctores constituit Chal- i libro 1.
 dzos de Syria, Prophetas vel Sacerdotes Strom.
 Ægypti,

a de diuin. Ægypti, Druidas Galliarum & Magos Per-
 farum. Et Cicero^a postquam egit de Chal-
 dæis tanquam primis Theologis, ait: in Gal-
 liis esse Druidas eiusdem professionis exi-
 mios, & in augurandi arte potissimum. Cre-
 debant resurrectionem corporum & immor-
 talitatem animarum: excommunicatione
 utebantur, vnum verum Deum adorabant,
 & cum disciplina Magorum, Persarum, seu
 Chaldæorum symbolizabant. Quemadmo-
 dum latè probat auctor Antiquitatum vrbis
 Carnotensis in sua Parthemia^b. Vbi optimè
 vindicat illos^c ab illorum calumnia, qui di-
 cunt plures Deos adorasse, & præsertim il-
 lum, qui dicebatur *Belenus*, vt de ipsis scribit
 Aufonius. Quod vt faciat, interpretatur hoc
 nomen *Bel Enos*, hoc est, *Deus homo*: quasi
 solum illum Deum adorarent, qui aliquan-
 do futurus erat homo per incarnationem ex
 illa Virgine, cui templum Carnotense cum
 hoc titulo VIRGINI PARITVRÆ conse-
 crauerant. Et optimè, cum Druidæ essent
 ex filiis Seth, quos STELLA EX IACOB
 per virginem ORITVRA erat disparietata^d
 & in vnum omnes congregatura, vt C
 sæpe, & nuperrimè iam vidimus: quod va-
 ticipinium per traditionem accepisse credibile
 est. Attamen alia huius nominis ratio no-
 bis occurrit minimè contemnenda, vt quem
 adorabant diceretur *Bel Enos*, id est, *Deus*
Enoscis: vt significarent se Enoscis esse disci-
 pulos & asseclas, atque eundem quem eo-
 rum coryphæus & magister coluerat, eius-
 que

b fol. 30. &

31.

c fol. 38. &

39.

d Num. 24.

17.

A que nomen primus inuocare coeperat ^a, colere a Gen. 5. vlt.
 Deum. Quod si ita est: antiquissimam fuisse
 Druidarum disciplinam nemo ire potest in-
 ficias. Quam, vt nuper tetigimus, Sem su-
 premus Ecclesiae à patre destinatus Pontifex
 tam per se quàm per suos filios & nepotes
 post diluuium restaurasse, ac reuiuiscere fe-
 cisse videtur in illis philosophis, qui in In-
 dia ab eo dicti sunt Semai, vel Semni: in Ba-
 ctris Persicis, nec non in Gallia per Iapheth
 aut nepotes, Sammanæi (quo pacto iam Chri-
 stiani à Papa Papistæ dicuntur) de quibus sic
 B habet Clemens Alexand. ^b Γαλάτων οἱ Σαρ-
 μανᾶοι, ἰνδῶν οἱ γυμνοσοφισταί, τῶν οἱ μὲν σαρ-
 μᾶναι, οἱ ἕ βραχμᾶναι, ἔ τῶν σαρμάνων ὑλόβοι,
 οἱ ὑδῶρ ταῖς χερσὶ πίνουσι. Gallorum Samanæi,
 Indorum Gymnosophistæ: quorum alij Sarma-
 næ, alij Brachmanæ, & è Sarmanis Hylobij, qui
 aquam manibus portant, &c. Porro extra du-
 bium esse debet post linguarum diuisionem
 Druidas nostros vel à Gomere filio Iapheth
 viuendi rationem accepisse (qui Gomer, vt
 vidimus, in regione Galatiæ cui Galli nostri
 recentius nomen dederunt ^c primus post di-
 C luuium habitauit, vt omnes fatentur inter-
 pretes, & Iosephus ^d ait, Quos nunc Græci
 Galatas vocitant Gomarenses olim dictos Gomar
 condidit) vel potius ab ipso Iapheth ad Gal-
 lias vsque dilatato. Quamuis Genebrardus ^e
 stultum indicet eos, eorumque nomen ante
 Cyrum in Gallia requirere. Quod si ita est,
 prior sententia prævaleret, vt videlicet in Ga-
 latia à Gomeritis suã disciplinam acceperint.

b cōtra Iu-
lian. lib. 4.

c Plin. l. 5.
cap. vlt. &
Iustin. l. 25.
d Antiq. l. 1.
c. 6.

e Chronol.
ann. mundi
2109.

CAPVT IX.

*Exponuntur illa Noë ad tres suos filios,
Maledictus Chanaan, seruus
seruorum erit fratri-
bus suis, &c.*

a cap 7.

*Benedictio-
nis à Noë da-
ta filiis vera
intelligentia
quãrum im-
portet ad ro-
zium Scriptu-
ræ intelligẽ-
ssiam.*

POST QUAM in præcedentibus ^a per
quosdam Summi Pontificis Semi filio-
rum ac nepotum regiones, ad quas nos diui-
sio linguarum deduxerat, velut transcursum
ambulauimus: operæpretium iam est Cha-
naanitidis, hoc est terræ promissionis paulò
lentiùs loca distributionesque percurrere:
ex quarum cognitione non solùm omnium,
quæ huc vsque diximus & eorum quæ di-
cturi sumus; sed etiam (ingenuè dixerim)
totius sacræ Scripturæ vera intellectio de-
pendet. Sed quod ad terram Chanaan atti-
net, quicquid de illius primis post diluuium
incolis & possessoribus dicendum occurrit,
fundamentum habet super illam prorsus mi-
rabilem, quæque verbis humanis non satis
extolli potest, benedictionem, datam Iaphetho
à sanctissimo Patriarcha Noë, cum dixit:
Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis
Sem. sitque Chanaan seruus eius ^b. Vidimus vs-
que modo Iaphethum longè latèque per va-
stas non solùm Beotiæ, Græciæ, & Italiæ,
sed etiam per multas alias Europæ regiones
dilatatum:

b Gen. 9. 27.

A dil
fia
tab
fic
an
m
qu
Si
fu
se
cer
no
B tar
tic
cu
tet
hi
Io
gi
pli
eti
th
di
inf
C tar
tur
Na
na
uu
pr
di
cu
rel

A dilatatum : vbi quot fuerunt erectæ Ecclesiæ, templa, cætusque fidelium, tot fuerunt tabernacula Semi. supremi omnium Pontificis, in quibus Iapheth, tanquam Patriarcha amplissimæ ditionis sedem habuit firmissimam. Restat nunc videre quid importet quod in altera parte benedictionis sequitur,

Sitque Chanaan seruus eius. Ad hoc autè præsupponitur quod iam alibi^a me demonstrasse memini, apud Hebræos verbum *maledicendi* plerumque non tantam, vt apud Latinos, nec tam grauem execrationem importare :

B sed duntaxat contemptum & vilificationem rei cui maledicitur. Quemadmodum cum dicitur Iob *maledixisse dici sue*, satis patet ex sequentibus istam maledictionem nihil aliud importare, quàm vt dies natiuitatis Iob, quæ prius celeberrima erat in tota regione Hus, deinceps non celebretur amplius. Huius rei ignorantia fecit, vt multi etiã doctissimi ineffabilia sibi finxerint anathemata, quibus & dies natalis Iob, & maledictio data Chanaan indelebiter polluta, infectaque sit in æternum :

C tate, ista in hoc solummodo stet, quod futurus sit *Chanaan seruus seruorum Iapheth.* Nam maledictio tantum valet, quantum sonat. At, inquires, & meritò : Quid est esse seruum seruorum Iapheth ? Vt respondeam, præsuppono quod sæpe antea & nuperrimè dixi, Iaphethum esse habitatorem tabernaculorum Sem: id est, præpositum locis sacris, rebusque diuinis, quarum summus Pontifex erat

a in Iob c. 3. vers. 1.

Maledicendi verbum apud Hebræos non tanta execrationis est ac apud Latinos.

erat Sem. Cuius vices in sua persona exercuit A
in Græcia & alibi : in nepote vero Ascenez

a cap. 6.

*Quo sensu
Chanaa fuit
seruus ser-
uorum fra-
tribus suis.*

Isti autem, vt ita dicam, Episcopi Iaphethi
& Ascenez habebant sub se ministros, sa-
cerdotes & leuitas, quibus Chanaan, licet
diues & potens in temporalibus, subiicieba-
tur in iis quæ sunt ad Deum : vtpote, per
quos participaret sacrificiis, precibus, ablu-
tionibus, aliisque rebus sacris. Quemadmo-
dum Duces, Reges & Imperatores nostri sa-
cerdotibus quibuscumque hoc solo respectu
subditi sunt. Igitur Noë maledicendo Cha- B
naan, nihil aliud vult, quàm illum in statu
laicorum constituere : quo ex tunc factus
est seruus seruorum Iaphethi Episcopi, &
multo magis Semi, quamuis Iaphetho natu
maior esset. Quod autem res ita se habeat,
constat ex similibus verbis, quibus Patriar-
cha Isaac apertè declarauit Esau ploranti
quid per suam Iacobo datam benedictionem
dare ei (vtique pro more antiquo) intende-
rit. Siquidem respondit Isaac ^b : *Dominum
tuum illum constitui & omnes fratres eius* (nem-
pe in nepotibus, non enim alium fratrem C
habebat quàm Esau) *seruituti illius subiungam :*
in sensu iam dicto. Sed parumper sistendum:
cogunt enim nos quæ subdit Isaac : *Frumen-
to & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi
ultra quid faciam ?* Et hic, ô sanctissime Pa-
triarcha ipsis filij tui Esau verbis sic respon-
deo : *Num vnâ tantum benedictionem habes
pater ?* Et tu ô Esau quid tantoperè cruciaris,
vt tu

b Genes. 27.
37.

A ut tu vir grandævus 78. annorum ad instar pueruli cum maximo lacrymarum profluvio, & ciulatu flens iterum sic referas: *Mihi quoque obsecro ut benedicas?* Ad hæc benignus pater, non iam datam repetendo benedictionem, ut facere poterat si tanti non fuisset momenti, sed aliam concinnando, ait: *In pinguedine terra, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excurias & solvas iugum eius de cervicibus tuis.* Quæ secunda benedictio breuiter diseutienda est. Sed

B prius notandum, quàm parui facta sit ab Esau, licet postea illius virtute ditissimus temporalibus bonis & opulentissimus euaferit. Tam modica illi visa, in comparatione alterius, ut Moyse dicat: *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* At in quo ista sua benedictio minor est benedictione Iacobi? Primo in hoc, benedictio Iacob est benedictio primogeniti, quæ multas continebat eminentias & priuilegia supra cæteros fratres: sed præsertim continebat consecrationem, qua à patre sacerdote

C (nam nemo dat quod non habet) qui sic benedicebatur fiebat sacerdos. Ideo notanda phrasis illa, *ut benedicat tibi anima mea*, id est, persona mea, *antequam moriar.* Quasi dicat, ut per benedictionem dignitas quæ in persona mea est, tibi conferatur. Consecratio autem significatur his verbis: *frumento*

Benedictio Iacob data illi à patre importabat consecrationem & sacerdotium.

Q & vino

& vino stabilini eum. Vbi verbum, pro quo A
 legimus stabilini in archetypo est שמע samac,
 quod passim vsurpatur vbi de consecratione
 & impositione manuum sermo est. Exempli
 causa, dicitur quod Iosue filius Nun (mortuo
 Moyse) repletus est spiritu sapientia, quia Moy-
 ses posuit (id est, antequam moreretur impo-
 suerat) super eum manus suas. Supple conse-
 crando eum in sacerdotem. Quod iam in-
 iunctum fuerat Moyfi à Deo: Tolle Iosue filium
 Nun virum in quo est spiritus, & pone (al. im-
 pone) manum tuam super eum^a. Hunc ipsum
 locum adducit Mercerus^b, & ait imponendi
 habere significatum. Vnde, inquit, apud ve-
 teres fuit ritus סמיכה Semicah, id est, impo-
 sitionis manuum, qui & in nouo testamento
 obseruatus est cum ad functionem publicam
 in Ecclesia quis designaretur Act. 6.^c & aliàs,
 ex Dei institutione non humana voluntate
 ordinatus. Vellicat Catholicos homo Cal-
 uinista quasi in Ecclesia ab Episcopis non ex
 Dei institutione, sed ex humana voluntate
 sacerdotes nostri consecrarentur cum ma-
 nuum impositione ex qua deductum est no-
 men χειροtonια pro sacramento ordinis. Magis^c
 miror Lorinum^d virum alioquin doctissi-
 mum, dum non concedit Baronio dicenti
 olim impositas esse manus ab Aaron & filiis
 eius super eos qui sacrificio Leuiticoque
 officio initiarentur, sed tantum vt sacerdo-
 tes imponerent manus super victimam. Nam
 quod addit impositas manus capiti Iosue
 successoris & gubernatoris ducisque ciuilis,
 quem

^a Num. 27.

18.

^b in Thesau-
 ro in verbo
 שמע.

^c vers. 6.

^d in Act. 6.6.

A quem dicatum oportet commodis eorum quibus præest, bene quidem, vt indicant sequentia: nihil tamen prohibet quin etiam verè in sacerdotem ordinatus sit per impositionem manuum Moyſis cuius prius minister fuerat in tabernaculo^a, & cui potestatis eius plenitudinem conferri congruum¹³.

erat; vt sicut viuente Aaron *Moyſes & Aaron* erant in sacerdotibus eius^b. Ita post vtriusque mortem Iosue & Eleasar essent in sacerdotibus eius. Sed quicquid sit de Iosue, negari non potest, Iacob à patre suo Isaac per prædicta verba cum impositione manuum ordinatum ac consecratum fuisse in sacerdotem, vt exigunt vestimenta sacerdotalia Esau, quibus à matre vestitus est, quibus ante vsus non fuerat, quia nondum erat sacerdos, sed ad hanc seruabantur diem & consecrationem: quemadmodum interpretor illa verba: *Et vestibus Esau* (additur in Hebr. *filij sui maioris*) *valde bonis, quas apud se habebat domi* (al. *in domo*, id est in arca vt norunt linguæ sanctæ periti) *induit eum*. Nam si Esau iam illis vsus fuisset, non mater, sed

C ipse sacras iam vestes sacerdos seruasset & curam habuisset. Sacerdotales autem fuisse vix est qui neget. Aliæ quoque huius benedictionis ceremoniæ & circumstantiæ idem inferunt & suadent. Et cum Isidorus^c confirmat impositionis manuum vsus super ordinandos etiam Episcopos non exemplo tantum Iosue id facit: sed etiam Iacob cum ei Isaac benedixit.

a Exod. 24.

b Pl. 98.6.

c de Eccl. offic. lib. 2. cap 5.

Secundo cum addit Isaac *frumento & vino* A
 indicat quid ita consecratus offerre Deo pre-
 cipuè debeat, nempe, frumentum tam in sua
 natura, quàm panem ex eo factum, & vinum
 secundum ordinem Melchisedech. At in be-
 nedictione Esau nulla prorsus frumenti aut
 vini mentio fit, sed generaliter tantùm de
 quibusuis terræ fructibus per pinguedinem
 terræ rore cœli, id est, pluuiis & aliis cœle-
 stibus influentiis fœcundatæ significatis. Ter-
 tiò exponit quid intellexerat cùm dixisset:
Dominum tuum illum constitui, & te seruitui
eius subiugari, cum dicit: *Vives gladio, & fra-* B
tri tuo seruias: nomine gladij laicum, militif-
 que statum denotans procul à fano facit, &
 fratris sui sacerdotis seruum, subditumque
 constituit: quo sensu *βέβηλα*, id est, profa-
 nus, seu laicus vocari potuit ab Apostolo².

2 Heb. 12.
16.

Tanti autem faciebat tale in fratrem suum
 minorem amisisse dominium, talemque
 erga eum incurrisse seruitutem ac subie-
 ctionem, vt non minus quàm per eius ne-
 cem hanc sibi factam vindicare statuat iniu-
 riam. Quod si illa benedictio data fratri Ia-
 cob ad temporalia tantum se extenderet: ex- C
 tra dubium est, quod licet Iacob valde diues
 extiterit; Esau tamen longè ditior fuit in
 temporalibus. Igitur inquantum Esau victu-
 rus est gladio, hoc est militarem vitam actu-
 rus, quantumcumque Princeps illustrissimus
 & opulentissimus totiusque Idumææ caput
 & dominus; nihilominus per benedictio-
 nem datam fratri à patre Isaac, iste illius do-
 minus,

*Esau Iacobo
fratre suo
longe maior
fuit in tem-
poralibus.*

A minus, & ille istius constituitur seruus. Et hoc ipsum est quod continent & volunt ista verba maledictionis Chanaan, *Maledictus Chanaan*, hoc est, vilis & abiectus erit Chanaan. Sed in quo? *seruus seruatorum erit fratribus suis*. Ac si Noë diceret, de Chanaan quod Isaac dixit per expositionem, *Viuet in gladio*, militarem & sæcularem vitam aget, secundum quam, licet Princeps & dominus futurus sit terræ Chanaan, subditus tamen erit in spiritualibus, fratribus suis. Semo quidem tanquam summo Pontifici, Iaphetho verò in suis nepotibus Ecclesiasticis Cenezæis.

Quod autem illa verba Noë de Chanaan nullam in se contineant execrationem, sed tantum Chanaani fratris laicæ conditionis futuræ prædictionem, non tam mea est ista expositio, quàm Theodoret^a, & gavius ^{a quæst. 120} sum quando illam apud eum postea reperi. ^{in cap. 9.} Ipse enim putat ista Noë verba, seu prophetiam esse postea impletam in Gabaonitis quos sic allocutus est Iosue^b: *Cur nos decipere fraude voluistis, ut diceretis, procul valde habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis.* ^{Genes.}

C *Itaque sub maledictione eritis.* In quo autem stet tota vis istius maledictionis, prosequitur exponere his verbis: *Et non deficiet de stirpe vestra ligna cadens, aquasque comportans in domum Dei mei*, &c. Tota igitur illa maledictio nihil aliud præ se fert, quàm seruitutem & obsequium id Semo & Iaphetho Dei sacerdotibus ac ministris Nathinæorum exhibendum. Quod iam antea^c ritè colle-

gisse putamus ex textu sic ad verbum reddi-
to, *Benedictus Dominus Deus Sem, & sit Cha-
naan seruus eius*: Deo videlicet, & Semo, vt in
iis quæ sunt ad Deum, eiusque cultum Cha-
naan Semo subiiciatur. Et idem ex hoc po-
test coniiici quod in illa prædictione Pater
Noë aliorum quoque duorum filiorum iun-
git statum futurum supremum quidem Pon-
tificatum Semo, nullum ei alium dominum
aut superiorem assignando quàm Deum: ita
vt verè vsurpare possit Sophoclaum illud:

Θεός ἐμὸς ἀρχὼν θυντὸς δὲ ἄδὲ ἐστ.

Deus mi princeps, non vllus mortalium. B

Hoc enim volunt ista verba *Benedictus Do-
minus Deus Sem*. Quasi dicat: *Benedictus sit
Semi dominus, qui Deus est*. Sed quia di-
cere quis potuisset: Nonne Deus omnium
Dominus est, & proinde etiam dominus
Chami & Iaphethi? mox omnium laicorum
statum subiicit & in persona Cham, subdens,
fit Chanaan seruus eius: statum verò Ecclesia-
sticorum in persona Iaphethi, cùm postquam
illum statum expressit dicens, *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem*, subiun-
git repetens quod de Chamo dixerat Semo, C
fitque Chanaan seruus eius. Quasi per dicto-
rum interpretationem diceret: Chanaan non
tantum erit seruus summo Pontifici Semo,
sed etiam seruus ministri eius Iaphethi.
Quod iam vna generalius comprehenderat
sententia: *Maledictus Chanaan, seruus seruo-
rum erit fratribus suis*. Sed succulenta nimis
æquè ac laconica id postea Moyses decla-
rauit

A rruit hac iuxta Hebræum loquendi forma Cham *ipſi Sem natus* (al. vernaculus) *eſt etiam ipſe* (ſupple Sem) *eſt pater omnium filiorum Heber: frater Iapheti maior*^a. Quorum verborum iam expoſitorum non ſine vtilitate & ſuauitate, repetere poteris commentarium. Hæc eſt ergo legitima ac genuina ſanctiſſimi & illuminatiſſimi Patriarchæ & Prophetæ Noë conciſorum quidem, ſed arcanorum planè verborum expoſitio. Quæ tam breuiter non tam maledictionem Chanaan, quàm illius & fratrum ſtatuum prædictionem, ac velut institutionem: ſimulque totius Eccleſiæ ſub vno Paſtore ſtatutum ordinem monarchicum in Chriſto & in Eccleſia perfectè adimplendum. Secundum quem, Sem conſtituitur Melchifelech, hoc eſt, rex totius iuſtitix, quæ eſt in Eccleſia. Secundum quod nomen vidimus antea^b Paulum Apoſtolum illi Chriſtum comparaffe.

Nec leuiter tranſeundum, quanam occasione Sanctus Patriarcha omnes tres ſuos filios totam repræſentantes Eccleſiam quaſi diuina manu ductos illuc coram ſe pariter conuenientes dictis verbis exceperit. Nempe, cum ex plantata à ſe vinea dulci manato liquore inebriatus, turpiterque nudatus dormiens illuſus eſſet à Cham, à Semo autem & Iapheto pallio reuerenter opertus. Quod reuerentiæ & charitatis officium maiori non potuit remuneratione penſare, quàm illis duobus filiis natu maiorem ſummum in Ec-

Occaſione inebriationis Noë, vinum pani iugitur in ſacrificio Melchifelech.

clesie constituendo pastorem : minorem ve- A
 rò in eodem statu magnum statuendo Pa-
 triarcham. Et vice versa, Sem non ingratus,
 & sibi data bene ac sapienter vtens auctori-
 tate , statuit vt deinceps vinum , cuius occa-
 sione diabolus tantam sanctissimo & purissi-
 mo patri procurauerat ignominiam, summo
 in Ecclesia haberetur honore : sicut primus
 omnium hominum pater Adam, cum vini
 vsus nondum extaret, ex seminatis terræ fru-
 gibus frumentum , & ex eo factum panem
 sacrificium Deo fieri instituerat , vt vidi-
 mus^a : sic fructus vineæ à primo humani ge- B
 neris reparatore plantatæ cum priori con-
 iunctus vnum sibi proprium conficeret sa-
 crificium. Non alio prorsus modo, quo pa-
 tibulum crucis tam ignominiosum , vt *ma-*
ledictus esset omnis qui penderet in ligno^b : ab
 illo tempore quo Christus , cuius figura erat
 Noë , in illo nudatus fuit , in tanto honore
 per totum mundum habeatur. Quod quidem
 in pane & vino sacrificium à Melchisedech
 ad Abraham , ab Abraham ad Isaac , & ab
 Isaac ad Iacob vsque deriuatum denotant C
 datæ ab ipso Isaac Iacobo nuper exposita
 verba benedictionis. Quæ nunc diffusius
 tractare non vacat. Solum illud dicam: Quod
 sicut per verba benedictionis Iacob , cuius
 seruus Esau constituitur clarè expanduntur
 verba Patriarchæ Noë de seruitute Chanaan
 erga fratres suos : Ita sanè per sacerdotium
 Melchisedech in pane & vino apprimè de-
 claratur sacerdotium Iacob frumento & vi-
 no

a sup. lib. 1.
 cap. 1.

b Deut. 21.
 23.

A no
 ad
 aut
 eius
 ser
 fex
 tus
 ris
 mi
 plit
 pre
 B ber
 por
 tun
 geb
 mu
 fuit
 Ius
 Ecc
 dix
 (qu
 ver
 Ser

A no stabilitum, vt declarauimus.

Nec silentio prætereundum est quod Isaac ad Esau vltimo dixit, *Tempusque* (al. tempus autem) *veniet, cum excutias & soluas iugum eius de cervicibus tuis.* Id est, non amplius seruias ei: sed tu quoque præsul ac Pontifex efficiaris illius potestati minimè subditus. Quod certè adimpletum est in posteris Esau postquam ipse totius Idumææ dominus effectus est, & tota illa regio in amplissimum regnum effecta suos Pontifices supremos habuit, antequam Israëlitz suum haberent Pontificem Aaron. Illo nempe tempore, quo in Ægyptiaca seruitute degebant.

B tunc enim in Idumæa verus Dei cultus vige-
 bat admodum, & illius regni incolæ summum habebant Pontificem, quorum vnus fuit Iob sanctissimus, qui seipsum vocat *Iustum perfecti*^a: quod nomen supremam in Ecclesia potestatem importare aliquando
 diximus: nulli autem mortalium datum (quod pateat ex Scriptura) quam Noë, qui verè summus Pontifex erat, cui successit Sem.

Iob summus Pontifex.

^a Iob 11. 4.
^b cap. 1.

CAPVT X.

De diuisione terræ promissionis inter filios Chanaan, de Heber, qui in Pontificatu successit Melchisedecho, post cuius mortem Iebusæi Ierusalem occupauerunt, qui inde postea ab Israëlitis, nempe Dauide expulsi sunt.

CV M ex tribus Noë filiis duo ab illo præfecti sint in iis quæ sunt ad Deum, Sem, nimirum, & Iapheth, vnus autem qui est Cham, ad temporale dominium sit destinatus: facilè iam nobis erit regiones omnes terræ Chanaan inter ipsum & filios eius distribuere iuxta securiorem expositarum sententiam: omnibus enim super hoc altercantibus opinionibus respondendi prouinciam non assumimus. Cham igitur, iuxta prius^a citatum Iosephum habuit Ægyptum, Æthiopiã, Africã, & totã Syriã, in qua sunt omnes prouinciæ Chananæorum & Arabum. Quæ vltimæ prouinciæ ita fuerunt distributæ inter nepotes Chami, hoc est, Chanaani, qui toti regioni Chananæorũ nomen dedit, filios: vt primogenitus, qui dicebatur Sydon, Phœnicum regioni præfuerit, condita ibi Phœnice sibi cognomine ciuitate, vt post Iosephum tradit Hieronymus,

^a cap. 7.

A mus, quæ ab eo Sidon est appellata, & tota regio Sidoniorum nomen accepit. Sed & generale totius terræ sanctæ Chananaeorum nomen specialiter illi tributum est, ob id forsitan, quod Chanaan, cui successit primogenitus eius Sidon suam ibi mansionem elegit; quod ex insigni Sidonis (quam ab illo potius ædificatam & primogeniti nomine donatam putauerim) antiquitatem licet coniecere.

Chananaeorum nomen cur peculiariter tribuitur Sidonis.

B Secundus filius Chanaan fuit Heth, à quo Hethæi, qui montanam regionem incoluere, quæ postea tribui Iuda sorte obrigit, & vsque ad mare Mediterraneum protendebatur. In ea fuit ciuitas Heth, à cuius ciuibus Abraham locum sepulturæ emit^a. Vnde erant duæ priores vxores Esau Iudith^b & Ada^c. Ibi Hebron ciuitas prius Cariath-arbe, id est, ciuitas Arbe, sed potius (vt puto) Abredicta: quia ibi primò fuerunt *Enacim*, id est, *Torquati*, quos Abram, antequam diceretur Abraham, primus instituit, vt in sequentibus videbimus.

a Gen. 23.
b Gen. 26.
34.
c Gen. 36.
2. 16.

C Tertius filius Chanaan fuit Iebus ex quo Iebusæi, qui (vt censeo) tempore Semi, seu Melchisedechis (qui, vt supra vidimus, primus Ierosolymorum fundator extitit, ibique supremi Pontificatus sedem elegit) quæ circa Ierosolymam erat regionem ab ipso Iebus Iebusæorum appellatam incolebant. Sed post mortem Melchisedechis, quæ contigit anno mundi 2158. cum Abraham annorum esset 120. cuius semen tunc in Isaac, & deinceps

Ierosolyma quando à Iebusæis usurpata cœpit.

ceps in Iacob & filii in terra Chanaan peregrinabatur: ab illo, inquam, tempore Iebusæi urbem Ierosolymorum sibi vsurparunt, & à patrimonio Ecclesiæ vi & armis eripuerunt, illamque, vel saltem arcem illius tenuerunt vsque ad tempora Dauidis annumque mundi 2987. hoc est spatio 829. annorum.

Quartus filius Chanaan fuit Amor, siue Emor, à quo Amorrhæi nomen habuerunt. Isti ante aduentum Israëliitarum habitauerunt trans Iordanem ad Orientem; ita vt regnum Amorrhæorum ab Occidente Iordane clauderetur: ab Oriente regno Ammonitarum & Nabathæorum, & à Septentrione torrente Iacob & regno Basan: quod regnum aliquando in regno Amorrhæorum includitur^a. Et quia Ierosolymorum erat proximum quam Iebusæi inuaserant, & ipsa media erat inter septem Chananæorum gentes: idcirco Amorrhæorum nomine omnes illæ gentes comprehenduntur cum à Deo dicitur Abraham nondum iniquitates Amorrhæorum esse completas^b.

Quintus filius Chanaan est Gergesæorum^c parens, quem Gergam vocare possis; à quo ciuitas Gergesa nomen habuit, postea dicta Gerasa. Vnde regio Gerasenorum, & in Græco Euangelij^c propius ad Hebr. Γεργεσών Gergesenorum. Quæ ciuitas ab Adrikomio collocatur in môte, cuius meminit Marcus^d, ex quo magno impetu porcorum duo millia præcipitata sunt in mare atque suffocata.

Sextus

^a Deut. 3. 8.
31. 4.

Ammorrhæorum nomine totius terra Chanaa incola denotatur.

^b Gen. 15.
16.

^c Matth. 8.
18.

^d cap. 5. 11.

- A Sextus est Heuæus, à quo Heuæi, qui diuersarum regionum fuerunt incolæ. Nam iuxta Adrikomium ^a, quidam habitauerunt in monte Hermon maiore ad Orientem Iordanis: alij in Hermone minore in terra Maspha: alij in tribu Benjamin, quorum Metropolis erat Gabaon: alij in regione Pharan prope Cadesbarne iuxta montes Seir, qui sunt ad Meridiem tribus Iudæ. Isti Heuæi ab vno eorum familia nomine Horrhidicti sunt Horrhæi: cum quibus Esau affinitatem contraxit duplici coniugio, nempe
- B Maheleth & Oolibamæ duarum posteriorum vxorum eius. Cuius affinitatis occasione diues admodum effectus paulatim omnibus Horrhæis, & Heuæis, id est, primis Idumææ incolis è sedibus expulsis, Regni Idumæorum per posteros erecti prima iecit fundamenta.

^a in tribu Manasse num. 58. In Aser numero 47. In Benjamin numero 32. Et in Phariis num. 130.

Septimus iuxta Septuaginta Aracæne urbem Arcen in Libano sitam condidisse scribit Iosephus.

- C Octauus fuit Sinæus, qui fuit conditor ciuitatis Sin, quæ à prædicta ciuitate Arce dimidio milliario distat versus Austrum, vt ait Adrikomius ex Brocardo consentiens Hieronymo, qui non procul ab Arca sita ait.

Nonus secundum etiam Septuaginta est Aradius, qui iuxta Iosephum Aradæus Aradum insulam obtinuit. Explicat Hieronymus ^b: *Aradij sunt, qui Aradium insulam possederunt, angusto freta à Phœnices litore separatum.*

^b Tradit. Hebr.

Decimus est Samaræus. De quo Iosephus A
 scribit, nihil præter nomen in Scripturis su-
 peresse. Sanctus Hieronymus putat Sama-
 ræos esse Cœlesyrios, in quibus nobilis ci-
 uitas Edessa. Cùm autem Edessa sit ipsa Ma-
 gog, quam antea^a Magorum philosopho-
 rum primam fecimus coloniam, aut habita-
 tionem: iudicet lector, an forte Sem ante-
 quam esset summus Pontifex, existente ad-
 huc Noë circa Damascum, prima post lin-
 guarum diuisionem restauratæ Enosæorum
 vel Cinæorum sodalitatis iecerit fundamen-
 ta in illa ciuitate, à qua Magi, à Sem verò, B
 vt ibi diximus, Semai, Semni, & Samanzi
 dicti sint, quos nunc Hieronymus appellaret
 Samaræos. Nonnihil tamen repugnant no-
 mina originalia.

Vndecimus & postremus fuit Amathæus.
 Cuius regionem illam esse dicit Adriko-
 nius quæ terminus fuit terræ promissæ.
 Cuius longitudo sæpe in Scriptura defini-
 tur *ab introitu Emath*, seu Amath *vsque ad*
 b 4.Reg.23. *torrentem Egypti* b, nempe à Septentrione
 33.
 3.Reg.8.65. ad Meridiem. Ad eam vsque exploratores
 c Ios.19.35. Moyſis peruenerunt. Et cessit illa in for- C
 tem tribus Nephtalim c. Sita autem est iux-
 ta montem Libanum in finibus regionis Da-
 masci: ea est Antiochia.

Restant Pherezæi, quos ferè omnes ex-
 positores quendam populum fuisse sentiunt:
 quos Chananæis tanquam vicinis sæpe iun-
 git Scriptura: vt tribus Iuda alloquitur tri-
 bum Simeonis: *Ascende, inquit, in sortem*
meam

A mea
 Aſce
 nana
 perc
 Inue
 gna
 nau
 nibe
 Reg
 Bez
 ſalen
 Reg
 B mut
 Ado
 zec
 It
 terra
 buti
 S. Ep
 obie
 crim
 ra C
 olim
 ſe: r
 C mis
 Iſraë
 pol
 inqu
 tota
 lius
 hoc e
 aut
 reſti

A *meam & pugna contra Chanaanæum. Et mox: Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chanaanæum & Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezece decem millia virorum. Inueneruntque Adonibezec in Bezece: & pugnauerunt contra eum, & percusserunt Chanaanæum & Pherezæum^a. Vnde apparet Adonibezec fuisse Regem Pherezæorum, & eius Regiam fuisse Bezece. Et suspicio profert, Bezece non distasse à Zedece, quæ est Ierusalem: ex eo quod Reges Bezece ad instar Regum magnæ ciuitatis Zedece, qui tunc mutauerant nomen Melchisedech in nomen Adonizedech, voluisse videntur Adonibezec nuncupari.*

B

Ista est breuis, securior & communior terræ promissæ inter filios Chanaan distributio. Cui tamen sese opponere videtur S. Epiphanius in Ancorato, vbi respondens obiectioni aliquorum infidelium, qui Deum criminabantur, de eiectione Israëlitarum opera Chanaanæis è patriis sedibus, ait; Deum olim eas regiones posteritati Semi attribuisse: nepotes autem Chami eas, pulsus legitimis dominis, occupasse, ideoque illos ab Israëlitis ex Ægypto reuersis tandem iniusta possessione fuisse depullos: *Quandoquidem, inquit, Palaestina sub sortem Semi cecidit, & tota ipsius vicinia: auarus autem Chanaan filius Cham postea Palaestinorum terram inuasit, hoc est, Iudæam, ipsamque arripuit. Longanimis autem Deus diu expectans ut penitentia ducti restituerent terram filiis Sem, tandem iurifurandi*

C

*randi transgressionem ultus est. Hæc ferè Epiphanius. Quæ verba tanguntur in primo recognitionum S. Clementis; & bonam pati possunt interpretationem, vt nunc videbimus. Quamuis Pererius^a, iuxta communio-
 norem ac meliorem ferè omnium enarratorum prius à nobis positam terræ Chanaanitidis diuisionem merito non admittat illam, quam paulò ante Epiphanius posuerat his verbis: *Et diuisit quidem (Noë) velut heres mundi à Deo constitutus, tribus filiis suis vniuersum mundū sub sortem missum, & vnamquamque partem iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidem Sem primogenito cecidit sors à Perside & Baetris vsque ad Indiam & regionem Rhinocorurorum, que sita est inter Ægyptum & Palestinam è regione rubri maris. Ipsi verò Cham obtigit terra à Rhinocorura vsque ad Gades ad Meridiem. Tertio autem filio Lapheth obuenerunt ea, que spectant ad Aquilonem, à Media vsque ad Gades & Rhinocoruros.* Stare, inquam, non posse videtur ista diuisio. Primò quia Moyses^b totam regionem Chananæorum cum omnibus eius prouinciis tribuit filiis Chanaan. Secundò, quia Assyria & Babylonia à Nembrode filio Chus & nepote Cham possidentur, vt clarum est. Proinde, licet cum Pererio hanc S. Epiphaniij non concedamus diuisionem: prioribus tamen eiusdem verbis vt cumque subscribimus. Primo in hoc quod ait *Palaestinorum terram hoc est Iudæam* Semo cecidisse, si, vt videtur, per Palaestinam intelligat regionem illam*

^a in Genes.
19. cap. 15.
¶. 156.

^b Genes. 10.
15.

A illan
enim
mi I
tatis
sus
te, n
à lei
eta: v
orbi
ficus.
Palæ
lesyr
B tes A
& M
feu p
habi
Sem
ber b
quat
runt
riath
Ario
Qua
mori
C stissi
sæcu
craru
sed
fecer
Sapi
tator
bilis
guim

A illam quæ Ierosolymis erat proximior. Cum enim Sem Rex fuerit Ierusalem, in qua summi Pontificatus sedem tenuit, illius ciuitatis viciniore terras Occidentem versus habere etiam potuit, non (vt puto) forte, nec fortasse eius fratres, sed electione vel à seipso, vel à sapientissimo patre Noë facta: vt in totius regionis Chanaan, vel etiam orbis, meditullio sedes esset summi Pontificis. Secundo si S. Epiphanius sub nomine Palæstinæ comprehendat, vel intelligat Cælesyriæ prouinciam, cuius præcipuæ ciuitates Astaroth-carnaim, Cariathaim, Emath, & Mago primorū post diluuium Raphaim, seu prophetarum, filiorumque Dei fuerunt habitationes, vt antea ^a vidimus super quos Sem, in quantum *pater omnium filiorum Heber* ^b habebat & exercebat auctoritatem: ex quatuor illis regibus qui aliquando percusserunt illos *Raphaim in Astaroth Emath & Cariathaim* ^c duo Chananæi fuisse videntur; Arioth Rex Ponti, & Thadal rex Gentium. Quantò autem iniqua tunc fuit ista sanctissimorum percussio prophetarum: tantò iustissima fuit illa à Iosue facta posterioribus sæculis de illis antiquis quidem harum sacrarum ciuitatum & sanctæ regionis incolis; sed qui à priscorum sanctitate omnino defecerant. De quibus sic ad verbum in libro Sapientiæ ^d legimus: *Etenim antiquos habitatores sancta tua terra odio habens eo quod odibilia facerent opera, &c. & deuoratore sanguinis de medio mystathia tua* (Græcè ἐκ μέσων

^a lib. 1. c. 9.
& lib. 2. c. 8.

^b Gen. 10.

21.

^c Gen. 14. 5.

^d cap. 12. 5
& 6.

μωσαδελας οε) & principes parentes anima-
 rum inauxiliatarum voluisti perdere per manus
 patrum nostrorum, ut dignam coloniam accipe-
 ret Dei seruorum apud te omnium pretiosissima
 terra. Nimirum, illa terræ Chanaan extre-
 ma pars (in qua ante diluuium filij Seth duas
 columnas insculptis plenas mysteriis erexe-
 rant, sanctamque doctrinam disseminau-
 rant, ut antea^a vidimus: post diluuium au-
 tem erant tres dictæ & quædam aliæ sacræ
 ciuitates, sanctorum mystarum, scribarum,
 & prophetarum coloniarum) erat Dei mysta-
 thia, ac velut regio mystarum, ac proinde^B
 terra sancta Dei, & apud eum cæterarum re-
 gionum Chananæarum pretiosissima, ibi erant
 parentes animarum inauxiliatarum, nempe
 seruorum Dei, ac religiosorum, qui nullo
 humano solent niti auxilio. Cum autem po-
 stea à Iosue captæ fuerunt illæ ciuitates, &
 datæ Leuitici generis, id est, Ecclesiasticis,
 viris & doctoribus, ut factum fuisse docui-
 mus^b: tunc certè adimpletum est, quod di-
 cebat Epiphanius, *Longanimis Deus diu ex-*
pectans ut poenitentia ducti restituerent terram
filiis Sem, tandem iurisiurandi transgressionem
ultus est. Siquidem Semi posteritas secun-
 dum carnem Persarum, Assyriorum, Chal-
 dæorum, & Medorum quidem terras inco-
 luit: sed præterea nuper dictam Cœlesy-
 riam, quam quartus eius filius Aram, & ne-
 potes Hus, Hul, Gether & Mese inhabita-
 runt^c. Et sic prædicta tam libri Sapientiarum,
 quàm S. Epiphaniij verba de illa Palæstina
 seu

^a lib. I. c. 3.

^b sup. lib. I.
c. 9.

^c I. Par. I. 17.
S. Epipha-
nius defen-
ditur.

A seu terræ Chanaan parte ritè possunt intelli-
gi: sicut & de illa parte, quam ipse inter-
pretabatur *Iudeam*, quamque auarus Cha-
naan inuasit: tunc præsertim, vt censeo, quan-
do mortuo Melchisedech, Iebusæi qui pro-
pe Ierusalem habitabant, ciuitatem eiusque
vicinias quæ ex patrimonio erant Ecclesiæ,
armorum vi rapuerunt. Propter quæ & alia
scelera, quæ apertiùs indigitat Scriptura ^a
post 440. circiter annos ab Israëlitis expulsi
sunt: deinde penitus à Dauide ^b.

a Gen. 15.
16.
Exod. 23. 25.
24. 25.
Leuit. 10.
23.
b Iudic. 1. 8.

B Si quis autem quærat quibusnam filiis Sem
restitutio illa facienda erat, vel de quorum
manibus Iebusæi illam terram & Ierusalem
rapuerunt? Censeo raptam fuisse de mani-
bus eorum quos Sapiens nuper vocauit *ani-
mas inauxiliatas*: nempe de manibus He-
beris, qui cùm esset tunc annorum 405. &
caput sodalitatis Hebræorum, quæ tunc flo-
rebat, essetque trinepos Melchisedech sum-
mi Pontificis, sedem cum ciuitate Ierusalem
occupauit legitimè. Quam tamen vir pius
& religiosus, armis non assuetus nullòque
vicinorum fretus auxilio diu conseruare non
C valuit, aut violentos Iebusæorum impetus
sustinere. Sed in priuata aliqua degens do-
mo, vel potius iuxta ciuitatem in *valle Saue*,
id est, collegij, seu *valle Regis* Melchisedech,
vbi suæ professionis Raphaim habitabant,
vt antea ^d vidimus, suo diligentissimè sum-
mi Pontificisungebatur officio. Dum ta-
men video patrem Salianum ^e non inuenire
regionem vllam quæ data reperiatur Hebero

c 2. Reg. 5.

d lib. 1. c. 9.

e An. mūdi
1931. n. 99.

(sicut re vera nulla data est, quia erat Eccle-
 siasticus & religiosus) ideo tribuere ei mon-
 tem & ciuitatem Hebron, quam sic ab illo
 censet appellatam, ego illi libenter subscri-
 bens, sic, & tunc id factum existimauerim:
 quando ab Ierusalem expulso à Iebusæis, nec
 quidem in valle Raphaim cum discipulis
 suis pacificè viuere ac degere ei concedere-
 tur: ab Abraham oblatam urbem Cariath-
 arbe elegit sibi in habitationem: vbi tunc
 instituti sui florebat sodalitiū nuper Ena-
 cim, id est Torquatorum ordine illustratum
 ab Abraham, qui à viginti circiter annis in-
 de egressus tunc habitabat in Bersabee. Ita
 vt, quæ prius ab Abram Cariath-Abræ, hoc
 est, ciuitas Abræ dicebatur, deinceps ab He-
 ber summo Pontifice ibi sedente posterius
 nomen sortita sit & retinuerit. Hinc factum,
 vt tunc Hebræorum, seu filiorum Heber no-
 men maximè viguerit illustreque fuerit. He-
 ber autem in morte Melchisedecis erat an-
 norum 406. obiit anno vitæ suæ 464. post-
 quam vixisset in Pontificatu annos 59.

Post hæc cum iniquitates Chananzorum
 quotidie crescerent & mortuo hoc secundo
 summo Pontifice, qui de primis Raphaim
 & Noë nepotibus solus supererat, quicum-
 que alius in locum eius suffici potuit, à pess-
 ima hominum progenie, contemni cœpit;
 vnde maxima in Ecclesia Dei confusio sub-
 secuta est. Propter quam, disposuit Deus vt
 paulo post, elapsis nempe, 110. circiter an-
 nis Iacob cum tota sua familia occasione
 famis

*Hebrō ciui-
 tas ab Heber
 sic dicta no-
 mē retinuit
 quando &
 qua de causa
 id factū sit.*

A famis hinc euocaretur in Ægyptum. Quibus omnibus quadrarent prorsus quæ doctores Hebræi (licet non admittat Salianus ^a) dicunt, cum exponunt illa verba, *Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis* ^b, hoc nomine *scholas* intelligi, in quibus manebat *Jacob addiscens sapientiam & Dei timorem: & duo fuisse huiusmodi tabernacula, alterum Melchisedechis, qui erat sapiens & sacerdos Dei Altissimi* (videlicet in *valle Saue* ^c) alterum *Heberis* (nempe in Hebron) qui erat propheta (imo caput prophetarum) & res diuinas docebat: apud quem *Jacob quatuordecim annis habitavit*. Quod iustificare facillimum est; nam *Jacob* natus est anno patris *Isaac* 60. aui vero *Abrahæ* 160. Cum autem *Abraham* vixerit 175. annos, *Jacob* in morte *Abrahæ* erat annorum quindecim. Quod si pater *Isaac* pro solatio *Abrahæ* senis dedit ei puerum *Jacob* cū esset quinquennis, ab illo tempore manens in Hebron apud auum ibidem, frequentare potuit *scholas Heberis* sub eius ludimagistris vsque ad ipsius *Heberis* mortem, qui quarto post *Abrahæ* mortem anno ibidem (vt censeo) mortuus est. Et sic *Jacob* ab anno quinto vsque ad 20. exclusiuè, id est, spatio annorum quatuordecim esse potuit sub disciplina *Heberis*, vt nuper dicebant *Iudæi*. Qui etiam dicunt *Jacob* seruisse *Abrahæ* quindecim annos. Quod si seruire sumant pro viuere, hoc ipsum est quod dicimus.

a An. mūdā
2218. n. 3.

b Gen. 25.

27.

c sup. lib. 1.

c. 9.

CAPVT XI.

De multiplici idololatria, variisque colendi Deos modis, & quando ortum habuit tam in Chaldea quàm in terra Chanaan.

VT nobis facilior fiat ad tertiam mundi ætatem aditus vna prius quæstio diffidenda se præbet, quæ priorem subsequitur. Nimirum quando, quoue tempore idololatria habuerit initiũ præsertim in terra Chanaan: nam ex istius rei noticia multa Scripturæ loca, quæ pro sua obscuritate iacebant in tenebris, lumen accipiunt, alia quæ in dubiorum nutabant anxietate, firmantur: alia quæ in diutino prauæ expositionis vagabantur errore ad rectitudinem facili negotio reducuntur. Iam antea ^a pro comperito statuimus nullam ante diluuium fuisse idololatriam. Et Augustinus ^b firmare non audet ante diuisionem linguarum genus humanum alienatum fuisse à vero Dei cultu: quanto minùs id de tempore ante diluuium, quando hominibus erat vnum idemque labium, siue idioma credimus fuisse affirmaturum? Duas autem inuenio apud Salomonem ^c idololatriæ species, quarum vna altera longè crassior est. Prima est quam sic videtur describere: *Vani autem sunt omnes hominũ*

^a lib. 1. c. 2.

^b lib. 16. de ciuit. c. 10.

^c Sap. 13. l. 2. & seq. Idololatria sua species.

A homines in quibus non subest scientia Dei: & de his quæ videntur bonæ, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem aut spiritum aut citatum ærem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, aut Lunam retores orbis terrarum Deos putauerunt. De huiusmodi autem idololatriis subiungit sapiens: Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant Deum querentes & volentes inuenire. Et certè, minorem reprehensionem merentur, qui Solem, Lunam, astra, elementa

B tota, & similes res adorauerunt, quàm qui serpentes, muscas, & vilia eiusmodi animalia, vel mutas & insensibiles statuas. Licet enim quoduis animalculum perfectione naturæ superet cælos & elementa: nihilominus ad communem vsum & efficientiam magis priora conferunt, & magis habent constantem statum, perpetuitatem, & incorruptionem. *Incorruptio autem facit esse proximum Deo*^a. De istis tamen idololatriis mox *a Sap. 6. 20.* addit Sapiens: *Iterum autem nec his debet ignosci*^b. De altera vero specie sic ait; *Infelices*^b *Sap. 13. 8.*

C autem sunt, & inter mortuos sors illorum est, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ^c. Primæ speciei Dij duobus *c Ibid. vers. 10.* modis colebantur: vno modo apertè illis erigendo altaria, offerendo sacrificia cum oculorum ac manuum ad illos eleuatione, aliisque ceremoniis. Talis fuit cultus Baal

a 3. Reg. 18. (nempe Solis) tempore Eliæ prophetae^a. A
22.

b cap. 7. 17. *ligna & patres succendunt ignem & mulieres
conspargunt adipem, vt faciant placentas regine
cœli.* Denique fere quoties de cultu Baal,
Astaroth & Lunæ, vel Reginae cœli mentio

c Iud. 2. 13.
3. 7. 10. 6.
e. Reg. 7. 5.
12. 10.
fit^c, de cultu, inquam exteriori, primæ spe-
ciei Deorum publica religio denotatur. Alio
modo isti Dij à quibusdam colebantur frau-
dulenter: nempe, quando oculos coram fi-
delibus in cœlum leuando, quasi verū Deum
cœli adorando, cor & intentio eorum non
ad Creatorē cœli, sed ad Solem & alia astra B
ferebatur solummodo. Et sic, vno sensu di-
cebatur quis *habere Deos in medio sui*, id est,
in corde suo: vt mox declarabitur.

*Deos habere
in medio sui
quid signifi-
cet.*

Secundæ speciei Dij formæ fuerunt mul-
tiplicis: quidam enim Solem, vel astrum
aliud, alij quosdam homines representabant.
Præterea, istorum quidam erant publici, &
à multis publico ministerio aut religione
colebantur: vt cum legimus, *templum Asta-
roth* d, *Astaroth idolum Sidoniorum* e, *templum
Baal* f, *templum Dagon* f, &c. Alij erant ar-
cani & peculiare, quos quisque pro sua vo- C
luntate, vel ex luto aut alia materia sibi fin-
gebat, quosque posteriora tempora vocauerunt
Penates, quod in domorum penetrabilibus,
& penitus insiderent ἐπέστοι θεοί, qui
ideo penetrales à Poëtis vocantur: & phrasi
Hebræa *in medio*, id est, in interiori & pene-
trali alicuius esse dicuntur. De quibus illud
est Iacobi Patriarchæ ad suam familiam di-
ctum:

d 2. Reg. 31.
10.

e 4. Reg. 23.
13.

f 4. Reg. 10.
22.

g 1. Reg. 5. 2.

*Dij Penates
cur sic dicū-*

*tur, & quo
nomine in*

*Scriptura &
qui primus
eorū auctor.*

A Etum: *Abiicite Deos alienos qui in medio vestri sunt*, &c. ^a de quibus mox dicemus. Huiusmodi Deorum penatum primum fictorem arbitror fuisse Thare patrem Abrahamæ in Chaldaea, circa annum mundi 2000. atque inde paulatim illorum usum ad familiam usque Laban deuenisse. De quo Thare sic loquitur Epiphanius ^b: *Ab eo (Nachore) Tharra genitus est, ex quo tempore simulachra primum ex argilla, figulinoque opere reperta sunt, artifice Tharra.* In quo concordat quod de illo asserit Scriptura ^c: *Trans fluvium habitauerunt*

B *patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruiseruntque Diis alienis.* Ex quibus verbis multi colligunt etiam Abraham longo tempore Chaldaeorum delirio de astrorum diuinitate innutritum fuisse, vt loquitur id asserens Philo ^d, quem secuti sunt S. Ephrem ^e, Clemens ^f, quidam Hebraei, & ex recentioribus Masius, Magalianus, Serrarius, & alij. Et licet hoc esse possit, vt in illo sicut in Paulo conuerso maior appareret Dei bonitas & misericordia, magnique gratuita vocatio Patriarchæ, qui ad idem ad quod Paulus mirabiliter electus & segregatus esse videbatur, vt in sequentibus videbitur: placet tamen magis contraria sententia, quam amplectuntur & propugnant Abulensis, Caietanus, & Carthusianus ^g, nec non Pererius in Genesim ^h, Cornel. à Lapide ⁱ, & Salianus ^k, qui eam neruosè defendit citans quod de Abraham Suidas ^l profert ex Philone: *Abrahamum natum annos quatuordecim de cognitione*

^b sub initiū Panarij,

^c Ios. 24. 2.

^d in opuscul. de Abrahamâ. ^e serm. 2. de poenit.

^f lib. 1. recognit.

^g Abrahamâ an falsos Deos aliquando coluerit.

^h in Iosue cap. 2.

ⁱ lib. 16. n. 255. & seq.

^j in Genes. c. 11. 31.

^k An. mudi 2052. n. 3.

^l in voce Abraham.

illustratum patrem (Thare) idola fingentem his A
 verbis commonuisse: *Quid seducis homines ob
 perniciosum lucrum, hoc est, ob imagines? Non
 est alius Deus nisi cœlestis ille totius mundi opi-
 fex. Itaque cum videret homines creatura cultum
 deferentes magno labore oberrans, verum Deum
 animo religiose exquirebat.* Fortasse illæ ima-
 gines erant Theraphim, de quibus postea a:
 vel simulachra Solis, vel Zodiaci, vel alte-
 rius asterismi de quibus nuper Salomon lo-
 quebatur in prima specie idololatriæ. Qui
 quidem astrorum cultus videtur longè prius B
 in Chaldæa illum crassio rem per imagines
 antecessisse. Quod indicant illa Abrahami
 ad patrem verba, *Non est alius Deus, nisi cœ-
 lestis ille totius mundi opifex. Quasi dicat: non
 sol qui in cœlo est, sed Deus qui fecit cœ-
 los solus adorari colique debet.* Vnde idola
 primò facta vocati sunt חַמָּנִים *Hammanim*,
 id est solaria. Quod diffusius tractatum vi-
 de in nostris Commentariis b. Ratio est cur
 multi ex Israëlitis tempore Iosue, dum oran-
 do ad cœlum leuarent oculos, quasi verum
 Deum adorarent, in corde tamen reuera So-
 lem & astra pro Diis colebant, tam sæpe Iosue C
 inculcat eis dicens: *Auferte Deos alienos
 de medio vestri* c, id est (vt iuxta Hebraismum
de medio vestri, fert mea sententia) Cauete
 omnino ne verum Creatorem cœli & terræ
 eleuatis in cœlum oculis adorantes ad ex-
 tra, intus & in corde aliena prorsus inten-
 tione Solem, Lunam & astra colatis. Eodem
 d i Reg. 7. 3. modo dicendum de aliis similibus locis d.
 Et

a lib. 3. c. 9.

b in Job c. 9

c Ios. 24. 2.
14. 25.

d i Reg. 7. 3.

A Et quod alibi ^a dicuntur Israëlita post ta-
 lem Samuëlis admonitionem abstulisse Deos
 a ^{ibidem}
 verf. 4.

alienos : ita debet intelligi, protestatos fuisse
 palam & publicè, se neque Solem, neque
 Astaroth, hoc est signa Zodiaci (quæ nomen
 Astaroth significare docemus vbi supra) nun-
 quam deinceps corde & intentione adora-
 turos, multo minus ad extra. Quod facile
 patet ex eo quod ibi, quasi per expositionem
 sæpe de corde fit mentio. *Si in toto corde*

*vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos
 alienos de medio vestri* (Gall. de *vostris inte-
 rieur*) *Baalim* (Solem) & *Astaroth* (Zodia-
 cum) & *preparate corda vestra Domino, &*

seruite illi soli. Confirmatur per ea quæ ha-
 bet Augustinus ^b agitans dicta Iosue verba,
 & quærens vtrum eximia Iosue religio, pie-
 tas & industria passa tunc tantisper fuisset
 Israëlitas habuisse idola, quæ sanè à diis ali-
 enis, qui solo corde coli possunt, distingui
 debent : *Credendi non sunt*, inquit, *adhuc ha-
 buisse aliqua gentium simulachra, cum superius*
eorum obedientiam predicauerint : aut verò si
haberent, illa eos proposito sequerentur : cum sic

b quæst 298
 in Iosue.

c Ios. 22. 2.
 23. & 23. 3.
 4. 8.

C *in eos vindicatum sit, quod vnus eorum de ana-
 themate furtum fecerat. Denique Iacob dixit*
hoc eis qui cum illo exierant, de Mesopotamia,
vbi sic idola colebantur, vt & Rachel paterna
furaretur ^e : *sed post illam admonitionem Ia-
 cob dederunt que habebant. Vnde apparuit hoc*
eis ita dictum esse, quod sciebat eos habere ille
qui dixerat. Nunc verò (cum Iosue loquitur)
post hanc admonitionem Iesu Naus, nullus tale

d Gen. 35. 2.

e Gen. 31. 19

aliquid

aliquid protulit.

a r. Antiq.
cap. 8.

b lib. r. re-
cognit.

Idololatria
subtilior pri-
mo viguit in
Chaldæa.

Salianus
anno mudi
2044. n. 7.

Hæc est igitur subtilior idololatria, quam præter crassio rem in malè cultis virorum defunctorum, aut astrorum imaginibus Abraham reprehendebat in patre. Quod in- nuunt illa Ioseph de illo verba: *Ergo pri- mus omnium* (cùm esset in Chaldæa inter ido- lolatras) *clara voce prædicauit unum esse Deum verum rerum uniuersitatis conditorem. Hoc ve- rò ex terræ ac maris obseruatione colligebat, tum eorum quæ circa Solem & Lunam & reliqua sidera videbat accidere, esse nimirum potentiam quandam, quæ horum curam gerat, & omnia* B *clementer administret, &c. Eodem modo S. Clemens* b: *Ab initio, inquit, ceteris omni- bus errantibus, ipse cùm arte esset Astrologus, ex ratione & ordine stellarum agnoscere potuit conditorem, eiusque providentia cuncta guber- nari. Ex quibus colligitur, Abraham nun- quam alium quàm verum Deum adorasse. Aliud quoque coniicio, nempe, subtiliorem quam dixi idololatriam erga Solem & astra, aliam quæ circa Solis & aliorum astrorum simulachra fuit, tempore antiquiorem fuis- se, priusque viguisse in Chaldæa prisca Astro-* C *logorum alumna: & proinde, si à Nino ere- ctum patris Nembrothi simulachrum pro Deo haberi & coli cæpit anno mundi 2000. quo eodem tempore Thare 92. annorum sua potuit fingere idola, subtiliorem, quam dixi idololatriam ante hoc tempus extitisse cui Zoroastes (qui Chami putatur filius) Nembrothi contemporaneus* c *principium tribuerit.*

A tri
Al
sa
fil
V
ma
ua
tu
go
fu
int
vie
B Pe
ne
tel
ist
&
tal
acc
uo
diu
ste
op
cul
C qu
Hi
lis
ru
stel
nis
co
lor
lat

- A tribuerit. De quo hæc habet Chronicon Alexandrinum ^a: *Zoroastes ille nobilis Persarum astronomus, morituriens precatuſ est, ut fulmine ictuſ interiret: Perſiſque denunciavit, Vbi me, inquit, cœleſtis igniſ conſumpſerit, crematorum offium meorum cinereſ tollite, & ſeruate: nec regnum à vobis ex hac regione tollitur, quandiſ offa mea cuſtodietis. Inuocato ergo Orione (Nembrotho, ut credo, nuper deſuncto, & à populis ſub nomine Orionis inter numina & inter ſydera locato, ut mox videbitur) à cœleſti flamma depaſtuſ interiit*
- B *Perſe quod ille imperarat executi reliquias cinerum illiſ hodièque cuſtodiuſt. Cum autem, teſte Gregorio Turonenſi ^b & aliis multis iſte Zoroaſtes primuſ totiuſ artiſ magicæ & idololatriæ inuentor extiterit, & à Perſiſ tale nomen (quod *viuam ſtellam* importat) acceperit, ignemque & ſtellaſ de cœlo deuocauerit, & ignem adorare docuerit, quo diuinituſ immiſſo conſumptuſ diuinoſ poſtea honoreſ adeptuſ ſit: quem vehemenuſ opinio non abripit, ex tunc apud Chaldaeoſ cultum igniſ pro Deo ortum habuiſſe; de*
- C *quo multi graueſ auctoreſ, non reluſtante Hieronymo, intelligunt illa verba Geneſiſ ^c, *Eduxi te de Vr* (id eſt, de igne) *Chaldeorum*? imò ex eo quod Zoroaſtes, id eſt, *Viuuſ ſtella* ſit appellatuſ, & morti proximuſ Orionis aſtrum inuocauerit, vix ab aſſertione continere poſſum, *ſtatuaſ* illaſ apud Babylonioſ *aureaſ altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex ^d*, vel huiuſ noui Dei*

a pag. 89.
Zoroaſtes
primuſ au-
tor idolola-
tria.

b lib. 1. hiſt.
Franc. d. 5.

Igniſ quo tẽ-
pore pro Deo
coli cœpit.

d Dan. 3. 1.
Statuarum
magnarum
cultuſ unde
ortuſ habuſt.

c cap. 15. 7.

inuen

270 ECCLESIA ANTE LEGEM
inuentoris, vel illius ab isto inuocati Orionis sideris simolachra fuisse quod in cœlo robustissimi, vastissimi & armari cuiusdam gigantis formam habet, cuius balteus ex tribus rutilantissimis constat stellis, iuxta illud

a Lucanus
lib. 1.

Ensiseri nimum fulget latus Orionis^a.

Cuius cœlestis gigantis tanta apud Poëtas proceritas est, vt nulla sit tanta maris profunditas, quam humeris saltem non excedat

————— *quàm magnus Orion*

*Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam scindens humero supereminet
vndas*^b.

b Æneid. 10

Iste mentis meæ fœtus robur accipit, ex eo quod astrum Orionis (Hebr. כְּסִיל *Chefil*) influit admodum ad fœtum in ventre matris formandum & delineandum, vt latè ostendimus super ista Dei ad Iobum^c iuxta Heb. verba: *Numquid coagulabis delicias* (semina viri & fœminæ) *Chimah* (vrsæ , præsertim

c cap. 38. 31.

Syderis Orionis fluxus qualis.

Cinosura in fluxus qualis.

Cinosuræ nomen est, quæ concurrit ad coagulationem vtriusque seminis) & delineationes *Chefil* (Orionis) *aperire facies* ? Inde factum existimo, vt quidam ista natiuitatis aut formationis astra pro Diis adorarent: quem admodum in morte fecit Zoroastes inuocando Orionem. Quos tacitè vellicat Iob^d

d cap. 9. 9.
e cap. 13. 10.
iuxta Heb.
f cap. 5. 8.

& Deus per Esaiam^e & Amos^f. Quemadmodum alij Astaroth, hoc est circulum Zodiaci sub figura primi signi, nempe arietis cornuti, quem Sidonij Astarthe, alij Iunonem appellant, alij Solem sub nomine Baal: alij secundum Zodiaci signum sub tauri ruminantis,

Astaroth est Zodiaci circulus.

A minantis, maculam albam, id est, Hyadas in fronte, aliam in humero, id est, Pleiadas habentis figura: quod Ægyptij crassiori etiam cultu in suo Api, vel Serapi fecerunt, quem Israëlita fuforio opere representatum adorauerunt in deserto. Ad quem respicit Psaltes dicens: *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum*^a. Sed quia ^a Psal. 105. ista omnia clarè & amplè tractamus in nostro Iobo locis citatis, iam incœpta prosequamur.

B Duplici ergo idololatriæ specie præsupposita, priusquam de illius principio & origine meam stabiliam sententiam, vnum libenter præmitto, multos Nembrothum cum Zoroaste confundere, & hunc illum esse perperam asserere, ob id potissimum, quod non satis distingunt nomen Magiæ vel Magorum prout nunc in bonam, nunc in malam partem accipitur: nunc, inquam, sapientes importat, vt antea vidimus, nunc Astrologos. Hinc factum existimo, vt quod Nembrotho conuenit, Zoroasti tribuatur, & è contra. Præterea meminerit lector me longissime ab illis esse, qui pessima quæque de Nembrotho proferunt, & affirmant, propter illa paucula verba quæ de illo scripsit Moyse, *Et erat robustus venator coram Domino*^b: ^b Gen. 10.9. cum potius in bonam partem, eiusque sanctitatis commendationem accipienda esse docuerimus^c. Proinde quanto optimus ipse ^c lib. 1. c. 8. fuit magus & sapiens, tantò pessimus Astrologus Zoroastes exitit. De illo sub nomine Zoroastis

Magorū nomen sumitur bifariam.

- Zoroastis in bono sensu scripsit Dio Chry-
 A
 sostomus ^a Magos à Zoroaste ortos, qui
 amore iustitiæ captus, cum secessisset in mon-
 tem & Diis (id est, Deo) familiarius usus
 esset æterno igne cœlitus delapso coruscum
 ac collucentem ex eo tempore se præbuit,
 non passim quidem omnibus, sed iis, qui
 bene ad vera intuenda nati erant, & Deum
 cognoscendum apti, &c. Hæc Dio. Tale
 quid Setho patriarchæ & prophetæ sanctif-
 b
 simo contigisse vidimus antea ^b. Nembro-
 thum Magusæi apud Persas sectæ suæ prin-
 cipem inter Deos relatum & inter sydera ^B
 locatum Orionem vocant, ait Georgius Mo-
 nachus, cuius, vel ab alio sumpta verba Græ-
 ca sunt *οἱ γὰρ τὸ νεμβρωτ λέγοντες ἀποθεωθέντα,
 ἔτι ἡρόμυρον ἐν ἀστροῖς τῶν ἑρανῶν καλεῖσσι ὑείωνα.*
 c
 De Zoroaste vero scribit Laërtius ^c primum
 fuisse scientiæ syderalis inuentorem. *Post
 Zoroastem, inquit, in Persis Magi extiterunt
 plures perpetua quadam successionis serie.* Et
 d
 Iustinus ^d: *Zoroastes primus dicitur artes ma-
 gicas inuenisse & mundi principia syderumque
 motus diligentissime spectasse.* Denique tene-
 e
 mus cum Epiphanio ^e, ab hoc inuentas esse ^C
 malas artes, ac nominatim Astrologiam, quæ
 iudiciaria dicitur & Magiam, ad quam illa
 sternit iter sicut hæc ad idololatriam. Cuius
 nos ipsum constituimus primum inuento-
 rem, maximè illius, quæ subtilior est, &
 versatur circa astrorum cultum. Exempli gra-
 tia, quando morti proximus inuocauit O-
 rionem, vt nuper vidimus. Nempe, vt puto,
 Nembro

a in orat.
Borist.

b lib. 1. c. 3.

c lib. 1. c. 3.

d lib. 30.
10.

e Panarij
initio.

A N
fu
ab
et
st
pe
m
in
fi
fa
Ni
qu
B nu
mo
ren
by
ho
ta
vt
ver
fer
gna
Ass
mo
C
tis.
fal
ran
ido
&
Sc
pe
ter

A Nembrothum paulò prius mortuum & pro sua sanctitate ac sapientia ab Astrologis, vel ab ipso inter sydera relatum & Orionem dictum. Ad cuius giganteæ magnitudinis instar statuam erectam facillè crediderim ad perpetuam tanti viri memoriam: cuius nimium cultum non quidem imperante, sed indulgente filio Nino subsecuta sunt sacrificia & alia supremi cultus obsequia. Quod

Quo tēpore idololatriam cepit in Chaldaea.

B Nini circa annum mundi 2040. vel 2039. quo anno natus est Abraham, cū ipse Ninus 43. esset annorum. Præterea probitas & modestia Nembroth postquam *cepit esse potens in terra & fuit principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne*^a, in a Gen. 10. hoc apparuit, quod (vt decet virum prophetam) suo semper vixerit contentus agello, vt colligere est ex his Iustini^b de Nino filio verbis: *Fines imperij tueri magis, quam proferre mos erat, intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum veterem, & quasi autum gentium morem noua imperij cupiditate mutauit.*

b lib. I. initio. Nēbrothi in regnādo modestia.

C Sed iam de Babylone & Chaldaea plus satis. Quærendum nunc est, quonam tempore falsus Deorum cultus introductus est in terram Chanaan; Non credo vllam ibi fuisse idololatriā quamdiu vixerunt Melchisedech & Abraham: de hoc enim nullum apparet in Scriptura vestigium, quamuis ibi grauissima peccata regnarent, etiam in regionibus quæ Ierosolymis erant proximæ Amorrhæorum

S. nomine

a Gen. 13.
16.

Melchisedech & Abraham idololatriam auertunt à terra Chanaan.

nomine denotatæ, quando Deus dixit Abraham illorum iniquitates nondum completas ^a. Maximè namque super hoc inuigilabat diligentissimus Rapha, & sapientissimus Antistes Melchisedech, nec non quodammodo vices gerens, futurusque successor Heber Hebræorum coragus. Alia ex parte Abraham fidelissimus seruus Dei ac familiarissimus respectu nobilium ac sæcularium ingentem super hoc nauabat operam. Sed neque quoad vixit Heber pro illius veneranda canitie, suoque summi Pontificis ac pastoris functi munere: sed tantùm aliquot annis post eius & Abraham mortem, fortasse circa annum Isaaci 100. mundi verò 2238. Quod colligo ex eo quod nullum in Scriptura locum inuenio, ex quo deduci verè possit idololatriam viguisse in terra Chanaan, quam illum vbi Moyses narrat vastationem vrbs Sichem factam à filiis Iacob ob stupratam Dinam, quando Iacob mandatum à Deo accepit, vt inde surgens habitaret in Bethel: quò mox progressurus conuocata omni domo sua, ait: *Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inanes quas habebant: at ille infodit ea subter terebinthum quæ est post urbem Sichem* ^b. Quæ quidem idola optimè Pererius negat fuisse illa, quæ Rachel furata fuerat patri suo Laban ^c. Tum quia à decem circiter annis quando hoc contingerat non permisisset Iacob eos ab illa detineri: tum quia non de vna Rachele, sed de pluribus

b Gen. 35. 4.

c Gen. 31.
34.

A pluribus aliis nempe domesticis dicitur, quod apud illos reperta sunt idola. Proinde concludit, & optime, fuisse illa idola penes famulos (addam ego & filios) ipsius Iacob, & illa fuisse, quæ in direptione urbis repererant apud Sichimitas, & cum cætera præda propter magnificentiam & pretium operis abstulerant. Potest etiam dici quod Iacob non audens incandescentes adhuc in Sichem filios reprehendere, prudenter totam conuocat familiam, cui tale dat de abiiciendis Diis alienis mandatum: qui etiam addit præ-

B ceptum de mutandis mundandisque vestimentis, vt nihil omnino apud eos restaret ex bonis Sichimitarum. Sed quia hoc factum arguit Sichimitas huiusmodi idola habere solitos, nec ex Scriptura constet à quanto priùs tempore illis vti cœperint, ego propter vicinitatem urbis Ierosolymorum & conuersationem Abrahamæ cum illis puto Sichimitas ea habere cœpisse, non nisi post ipsius & Heberis mortem circa annum prædictum sexagesimum octauum ante raptum Dinæ.

Quamuis autem in Phœnicia, seu Sidoniorum regione longè priùs idololatriam viguisse appareat ex eo quod Rex illius regionis videtur appellari Rex gentium, qui erat vnus ex illis qui cū Rege Chodorlahomor *per-*

ferūt Raphaim (id est, restauratores mundi & prophetas vt vidimus ^a) in *Astaroth-carnaim*, quæ terræ Hus erat metropolis, & in qua habitauit postea Iob ^b vt alibi ^c docemus: vnde ab Idololatriæ antiquitate illa regio dicta

Quo tempore Idololatria initium habuit in terra Chanaan.

a lib. i. c. 8. & 9.
b Gen. 14. l. 4. & 5.
c in Com. mēt. in Iob c. i. l.

fuisse videatur Galilæa gentium: non tamen A
 ita est. Sed Rex Thadal Rex gentium à Moyse
 nominatur: non quod tempore quo illa con-
 tingerūt ita diceretur, sed tempestate Moysis,
 qui in tota illius historiæ narratione vsuatis
 suo tempore vtitur nominibus, vt ferè om-
 nes agnoscunt expositiones. Proinde non il-
 lius historiæ tempore, vt apparet, hoc est
 circa annum mundi 3118. Rex Phœnicia
 seu Sidonis, Rex dicebatur gentium, id est,
 idololatrarum: sed cum scripsit Moyses: quā-
 do videlicet in illis partibus cultus Baalim
 & Astaroth vigeat admodum. Hinc ferè B
 ab omnibus interpretibus alio prorsus sensu
 expanduntur hæc verba *Rex gentium*: vtpote,
 quòd regnum eius & multis variisque admo-
 dum gentibus ac nationibus mixtum & con-
 flatum esset: vel quod illa regio cum esset
 maritima & portuosa. mercaturæque facien-
 dæ commoda diuersas vndique confluentes
 gentes exciperet. Non igitur idololatria vi-
 guisse videtur in terra Chanaan ante dictum
 tempus anni mundi 2238. Posset iterum ali-
 quis opponere, quod primus ac velut caput
 & princeps dictorum regū Ariochi. Chodor- C
 lahomeris, & Thadalis erat Rex Sennaar, id
 est, Babylonis, seu Babylonicæ regionis, in
 qua tunc vigeat idololatria: ergo & alij
 tres erant idololatræ. Non sequitur, sape
 enim legimus in scriptura Reges Iuda, qui
 fideles erant, cum aliis Regibus infidelibus,
 & vice versa infideles seu gentiles cum fide-
 libus pactum iniisse, vt simul ad bellum con-
 tra alios Reges pergerent.

*Rex Thadal
 quo sensu di-
 catur Rex
 Gentium.*

A

CAPVT XII.

Ostenditur ex scriptura quo pacto veteres absque ullo peccato suos Raphaelm Deos vocabant, inter sydera referabant, pro Baalim, id est, tutelaribus habebant, atque in eorum Cherubim & Theraphim honorabant: & quid ista nomina proprie significant.

EX iis quæ in præcedenti capite vidimus satis apertè constat, viros sanctitate aut dignitate celebres postquâ vita functi sunt, honoris causa inter sydera à viuentibus fuisse relatos, illisque per quandam analogiam comparatos. Quod cõfirmatur tam ex iis quæ paulo post de Sem filio Noë sub Saturni nomine dicentur ab Eusebio, quàm ex his Be-
 C rosi^a de patriarcha Noë verbis: *Tunc senissimus omnium pater Noë iam ante doctos (Scythas & Armenios) Theologiam & sacros ritus, cœpit eos erudire humanam sapientiam &c. Docuit item illos astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum solis & duodecim menses ad motum lune. Qua scientia predicabat illis ab initio quid in anno & cardinibus eius futurum contingeret: Ob quæ illum existimarunt diuine nature*
 a lib. 3. antiq.

esse participem, ac propterea illum Olybama & Arga, id est, cœlum & Solem cognominauerunt, & illi plures ciuitates dedicauerunt. Quibus verbis tres indicantur modi, quibus antiqui honorabant suos Rephaim antecessores. Primò,

a lib. 1. cap. 3. iam vidimus^a. Secundò, vrbes illis dedicando: tertid, eos inter sydera collocando, hoc est asterismis aut syderibus eos comparando, quos omnes modos facilè possumus ex Scriptura colligere. Et quidem ex verbis

b Cap. 5. 25. & 26.

c Act. 7. 43.

Amos prophetæ^b quæ à B. Stephano^c per additionem nominis *Rempham* elucidari videntur, præsertim si pro illo legamus (vt ipse legisse videtur) *Rephaim*: sicque textû Amos originale cum illius additione transferamus. *Et eleuabaris cum attentione Molech vestrum, & cum intentione imagines vestras, sydas Deorum vestrorum Rephaim, quos fecistis vobis.* Vbi additione nominis *Rephaim* exponitur de quibus diis intendat loqui propheta: nempe, de sanctissimis viris *Rephaim*, quorum primus & præcipuus fuit Noë, qui ideò præcipuo syderum, nempe Soli facilè comparari potuit, & *Arga* nuncupari; *Satur-*

p lib. 6. cap. 16.

e de præp. Euan. lib. 1.

cap. 7.

scribit Diodorus^d. Quem Eusebius^e ex Phœnicum Theologia facit Phœnicie Regem *Astantres fratrem, quam forma & virginitate florentem variis modis allectam sibi coniunxerit,*
atque

A *atque ex ea non paucos filios sustulerit. Quod de Semo seu Melchisedech intelligendum puto, & illum in Phœnicia homines cultum Dei docuisse in Astaroth, id est, in caulis, mandrisque prophetarum, qui in multis florebant illius regionis ciuitatibus: atque in hoc sensu fuisse fratrem Astaroth testantur vrbes, quæ illi dicatæ nomen eius Sem retinuerunt inter quas præcipuæ fuerunt Lesem, & Beth-semes. Pergit Eusebius: Itaque Saturnus Rex regionis, quem Phœnices Israellem vocant (non proprio, sed mystico nomine, id est, fortem contra Deum, cuius iræ se plerumque opponebat) posteaquam hominem exiit, ad Saturni stellam adductus est, &c. Ecce quomodo Sem filius Noë natu maior sicut pater eius Deus habitus, syderibus, est comparatus, & quædam illi ciuitates dicatæ sunt.*

Eodem modo philosophandum de Cham eiusdem Noë filio, tam respectu Ægypti, quæ passim in Scriptura ^a terra Cham nuncupatur, a Ps. 104. 13. 27. & 105. 22. quàm respectu Chananæorum apud quos primò simpliciter, postea turpiter sub nomine Chamos honoratus est. Idem de Iapheth respectu Europæ, vt vidimus ^b. Idem de aliis ^b sup. cap. 7. Rephaim, vt mox iterum videbimus. Quem admodum autem in terra vrbes eis dicatæ eorum quoque vocabantur nominibus, vt de multis etiam in Europa locis antea ^c docuimus: ita in cælis sydeta illis affecta eorum nuncupabantur vocabulis. Vt potè, sydus Saturni cui comparabatur Sem, dicebatur

Baal-ſemes. Ideo nomen Semes non Solem, A
ſed Sem in Saturno ſignificare non ambigo.
Ratio huius eſt, quia vnaquæque regio vel
vrbs ſuum Repha, primúmque curatorem
poſt eius mortem inter ſydera collocando,
aſtro alicui vel ſyderi, & maximè Saturno
planetarum ſupremo eum comparando (vn-
de tot Saturni pro diuerſis regionibus) illum
in Baalem, id eſt, patronum, protectorem,
tutelarem, & quaſi maritum (quæ omnia ſig-
nificat nomen Baal) aſſumebat. Hinc illa

a Iof. 11. 17. Baal-gad^a,
& 13. 5. Baal-Hamon^b, Baal-Haſor^c, Baal Hermon^d, B
b Ciuit. 8. Baal-Meon^e, Baal-pharaſim^f, Baal-Tha-
11. mar^g, Cariath-Baal^h, quaſi diceret, ciuitas
c 2. Reg. 13. patroni regionis Iudææ.

23. Sed quia paulatim tam effrenata fuit po-
d Iud. 3. 3. pulorum erga illos patronos deuotio, vt ſæ-
e Num. 12. pe illa ſydera pro vero ſyderum, cælorum-
38. que factore colerent: ideo minatur Deus ſe
f 2. Reg. 5. omnes illos Baalim, falſoſque maritos ac tu-
20. telares deleturum. *Et erit in die illo, ait Do-*

g Iudic. 20. *minus, vocabis marite mi, & non vocabis me*
33. *ultra Baal mi: & remouebo nomina (tutela-*
h Iof. 18. 14. *ria) Baalim, & non memorabuntur ultra (ciui-*
tates & oppida) *in nomine eorum.* Iſti igitur
Baalim qui affecta ſunt ſydera, ſunt illa
aſteriſmorum imagines & figuræ, quas (vti-
que priſcorum more, ſed animo fornicante)
faciebant, id eſt, conſtituebant ſibi in cælo
Iſraëlitæ cum eſſent in deſerto, & quibus,
non autem Deo cælorum opifici, hoſtias
offerre ac ſacrificare intendebant: & vnus-
quiſque

A qui
ſyd
ne
que
apu
bat
Rep
qua
dra
dix
ver
ny

B
dos
tua
tun
fier
Rep
de
iſto
latr
cell
par
imp

C
pli
in
æd
Hin
qu
tam
pel
der
que

A quisque suum sydus, id est, suum in aliquo sydere Baalem adorando maxima attentione & obnixa intentione ad diuinitatem usque euehebat. Quod importat ista frequens apud Hebræos distributiva locutio: *Elevationis cum attentione sydus Deorum vestrorum Rephaim*, &c. ^a Ista est mentis fornicatio, quam Psalmista vocat errorem cordis, *Quaraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde* ^b. Concordant verba S. Stephani ^c, & expositio S. Hieronymi ^d.

a Amos 5. 25.

b Ps. 94. 10.
c Act. 7. 43.
d in cap. 5. Amos.

B Præter tres istos Rephaim exaltandi modos, quartus fuit per eorum exteriores statuas, quæ cum non ad colendum, sed tantum in defunctorum memoriam signumque fierent, vocabantur Theraphim quasi Thau Rephaim, id est signum aut typus Rephaim: de quibus postea ^e. Quemadmodum autem istorum Heroas, seu Rephaim citra idololatricam ad extra honorandi modorum excellentissimus ille fuit, quo syderibus comparabantur, ita aptissimo nomine Baal, quod importat *elevationem*, exprimebatur. Exempli causa. Licet Sem valde honoraretur in eo quod multa loca ad eius honorem ædificata, dicataque vocarentur Beth-semes, Hir-semes, &c. nec non in suo Theraphim, quod Moloc, seu Melcom dicebatur: longè tamen maiori colebatur honore vel cum appellabatur Deus, vel cum post mortem syderi assimilabatur. Hinc sume discrimen quod esse censeo inter Heroum, Rephaimue

e lib. 3. c. 8.

figuras quæ dicebantur Cherubim, & inter A illas quæ Theraphim nuncupabantur. Nam utraque ex prima institutione facta esse non ambigo ad huiusmodi viros iam vita functos honorandum, sed cum tali discrimine, ut Theraphim hominem cum eius, dum inter viuos degeret, dignitatis signis exprimeret. Cherub autem in ea effigie qua in suo sydere repræsentabatur in cælo. Nimirum Theraph Molocho, seu Molechi (quem Melchisedechum esse putamus) priusquam Israëlita Ægyptiorum fermento essent infecti, hominis diademate redimiti, regalibusque, aut pontificalibus induti figuram simpliciter habebat in magnæ (de more) molis statua. Cherub autem Saturni syderis vel Molocho cum relatione ad sydus Saturni imaginem cum quibusdam qualitarum cælestium notis referebat, ut mox amplius videbitur.

Sed prius quædam noranda sunt. Primum quidem (notent hoc nouatores nostri) antiquos nefas existimasse, si statim ac eorum Rephaim & Heroes è viuis excessissent, non fecissent eorum Cherubim aut Theraphim. C Vnde Israëlita cum suspicarentur & quasi pro certo tenerent Heroem, insignemque ducem suum Moysen fuisse defunctum, statim venerunt ad Aaron, quem loco fratris sui successisse vno consensu tenebant, & instanter postularunt, ut statim mortui ducis sui, qui ex Ægypto nuperrimè tam potenter ac mirabiliter eos liberauerat Cherub faciendum

A cie
eo
ter
lin
mo
lat
ter
Vi
cen
uer
nos
xle
B mu
ap
ru
rap
fa
mo
no
fig
If
tel
C ral
cu
in
iu
lo
nu
C
tin
tu

A ciendum curaret : in quo deinceps Moysen eos ad terram Chanaan deducentem contemplantur, & præteritorum eius mirabilium ac beneficiorum iugiter refricarent memoriam. Sic enim profus in bonam, nullatenus in malam partem Moysisve contemptum accipienda sunt ista populi verba: *Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos precedant: Moysi enim huic viro (κατ' ἐξοχῶν) qui nos eduxit de terra Egypti ignoramus quid acciderit^a.*

^a Exod. 32. 1

Secundò notandum tritum valde fuisse apud priscos, etiam ante Moysen, vsum istarum imaginum, tam Cherubim quàm The-raphim: vt quilibet æquus rerum æstimator facilè colliget ex illo Dei toties reiterato more de faciendo Cherubim^b super arcam, non exprimendo quales eorum deberent esse figuræ, eo quod esset iam ei notissima.

^b ExoA. 25. 18.

Tertiò notandum, quod cum populus Israël esset adhuc in Ægypto, erat iam arca testamenti; coram qua populus Deum adorabat, & ex qua Deus sua reddebat oracula cum propitiatorio & Cherubis aureis, sicut in illa alia magnifica quam postea in deserto iussit fieri. Quod passim colligitur ex his longè antea^c dictis verbis de manna primò nuperrime è cælo lapsa: *Imple gomor ex eo & custodiat in futuras generationes. Et statim: sume vas unum & mitte ibi Man quantum potest capere gomor, & repone coram Domino:*

^c Exod. 16. 32. 33.

Domino : nempe, coram arca in qua adorabatur Dominus in tabernaculo, de quo mox subditur : Posuitque illud Aaron in tabernaculo referuandum. Imò cum populus Israël transiit mare rubrum, antequam tribus Leui eligeretur in ministerium arcæ & tabernaculi, tribus Iuda (vtique ex officio) detulisse videtur illâ priorem arcam, per quam Deus tunc viam fecit populo, sicut postea temporibus Iosue in transitu Iordanis, Leuitæ portantes arcam viam populo fecerunt.

Sic enim videtur intelligendum quod Psalmista^a iuxta Hebr. *In egrediendo Israël ex* B
Egypto familia Iacob è populo barbaro, fuit
Iehuda in sanctitate eius, Israël in potestatibus
eius. Mare vidit & fugit, Iarden conuersus est
retrosum. Sed quia ex Scriptura^b tribus Leui iam electa in ministerium fuisse videtur, alius sensus melior est, nempe duos Cherubim, qui tunc erant super illam arcam representasse duos patriarchas, Israël seu Iacob, & filium eius Iudam. Paraphrasis enim Chaldaica sic habet : *Facta est Ecclesia domus Iehuda vnita* (sicut Cherubim opere fusorie vniebantur arcæ vel saltem eius operculo) C
sanctitati eius, Israël potestatibus eius, Vbi arca
testamenti non tantum, vt solet, dicitur sanctitas, sed etiam propter mirabilia per eam facta per emphaticum numerum pluralem vocatur potestates. Vnde subditur, *Mare vidit & fugit* sicut postea^c in conspectu alterius arcæ, in qua alius erat Cherub, vt mox videbitur, *Iordanis conuersus est retrosum.*

Propterea

^a Ps. 113. 1. 2.

^b 1. Reg. 2.
27.

^c Ios. 3. 16.

- A Propterea quartò notandum est *arcam testamenti* ob id (præter alias rationes) sic appellari, eo quod Deus, qui super illam de propitiatorio reddebat oracula, pro sua clementia, & *φιλανθρωπία*, quemadmodum passim se dicebat Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Iacob, & Deum patrum Israël : ita se talem ad extra ostendere voluit, vt in arca illos successiuè pro diuersis temporibus in suæ peculiaris ibi præsentia necnon proferendæ à se veritatis testes assumere voluerit, ideòque eorum imagines & Cherubim in ea re præsentari, & opere fusorio strictissime ei, velut sibi, vniri. Et hoc esse non ambigo quod semel & iterum, id est, obnixè & cum quadam animi contentione commendat, diligenterque seruari vult à Moyse, vt non Moyse, sed ipse Deus sui oraculi testes in arca ponendos nominet : vt, videlicet, vnus Cherub, vni, alter alteri patriarchæ, prout ei placuerit affectetur, illumque repræsentet. Sic enim prorsus intelligendum iudico istud repetitum mandatum : *Cherub vnus sit in latere vno; & alter in altero : utrumque latius propitiatorij tegant expandentes alas & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca : In qua pones testimonium quod dabo tibi* ^a Exod. 25. 16. & 20.
- B id est, impones Cherubinibus nomina duorum testium quæ dixerò. Vnde postea finitis omnibus quæ ad tabernaculum attinebant, antequam omnia in locis propriis aptata dedicarentur, de hoc testimonio tanquam de re præcipua

- a Exod. 40. 18. (Moyſes) *teſtimonium in arca.* ^a. Hoc eſt, iam conſtitutum à Deo quale eſſet declarauit. Sed quibuſnam duobus patriarchis, inquires, datum tunc eſt teſtimonium iſtud? Audacter dixerim, Iacobo & Iosepho filio eius loco Iudæ, qui hæctenus ſpatio circiter 141. annorum nempe ab anno mundi 4404. quo mortuus erat Iudas in Ægypto, vſque ad annum 2545. quo tabernaculi & arcæ conſecratio facta eſt in deſerto à Moyſe *meſe primo* (Niſan) *prima die* ^b *meſiſ*) teſtis in ſuo Cherub cum ſuo patre Iacob electus à Deo ^B & ab Iſraëlitis habitus fuerat. De huius enim tali anno & meſe factæ conſecrationis anniuerſaria die præciſè loquitur Pſalmiſta ^c, & ad illius ſolemnitatis deuotam celebrationem hortatur hiſ verbis: *Exultate Deo adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob, ſumite pſalmum & date, &c. Buccinate in neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtra. Quia præceptum in Iſraël eſt, & iudicium Deo Iacob. Teſtimonium in Ioseph poſuit illud cum exiret de terra Ægypti, &c. Iuxta Hebr. poſuit illud ſicut cum ingrederetur ſuper terram Ægypti.* ^C
- Ut breuis ſit huiuſmodi totius ſententiæ ſenſus: Celebrate cum omni deuotione illud ſolemne feſtum conſecrationis tabernaculi factæ à Moyſe in nouilunio meſiſ Niſan: quo ex Dei præcepto à Moyſe ſtatutum eſt vt Patriarchæ Iacob & Ioseph in ſuis Cherubim ſuper arcam poſiti eſſent in thronum, ac ſedem, ex qua Deus ſua iudicia & teſti

A & testimonia redderet : & maximè quando sic Ioseph in testem Dei super arcam primò positus est in ea ferè forma & gloria , qua per urbem triumphum egit quando cœpit dominari super Ægyptum, & in publicis acclamationibus *linguam quam non nouerat audire*, cùm lingua Ægyptiaca clamabant coram eo ABRECH, id est, *pater teuer* : aut, *flecte genua* ^a.

a Gen. 41. 43

Ista confirmantur ex eo quod quemadmodum Psalmista loquens de exitu Israël ex Ægypto eiusque per mare rubrum transitu B (quando prior arca Iacobi & Iudæ ornabatur Cherubis) dixit, *Iudam fuisse tunc in sanctitate*, id est, in arca testimonij ; Israël autem ex aduerso *in potestatibus eius*, addens, *Mare vidit sanctitatem, & fugit* : similiter, cùm loquitur de altero eorundè Israëlitarum transitu per Iordanem quando alter cum Iacobo testis arcæ erat Ioseph, in eodem prorsus sensu ita specialiter de istis duobus loquitur ^b : *Deus in sanctitate via tua*, id est, ab arca, vel per arcam fecisti tibi viam, *quis Deus magnus sicut Deus noster ? tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam : redemisti in brachio tuo filios Iacob & Ioseph. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ & timuerunt*, &c. Ad eosdem & idem alludit ista precatio : *Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim manifestare (irradiare) coram Ephraim, Beniamim, & Manasse. Quasi diceret : Tu qui elegisti Israël & Ioseph, vt federes inter*
corum

b Ps. 76. 15.
16. 17.

eorum Cherubim, emitte lucem tuæ protectionis & fauoris super eorum filios. In primis super tribum Beniamim postremi & dilectissimi filiorum Israël, & super tribus Ephraim & Manasse filiorum Ioseph.

Ex quibus multa facillè colligi possunt. Vnum est, semper Deum, cui talis Cheruborum arcæ dedicatio reseruabatur, antiquitatis in hoc seruasse ordinem. Licet enim Ioseph ante Iudam in Ægypto mortuus sit, propter quod statim testis in arcâ videretur esse ponendus: non tamen nisi post Iudam positus est. Secundum est: alios quoque Iuda maiores illum in hoc præcessisse, utpote auum eius Isaac, & patrem Iacob: qui postquam Ecclesiam Dei in sua familia optimis stabiliuisset legibus & anno moræ eius in Ægypto 17. mundi verò 2345. è viuis excessisset, à filio suo Iosepho testis Dei in suo Cherub dedicatus est atque Isaaci (ut videtur) Cherubo iunctus. Non sic tamen de posterioribus Ioseph. Ipse enim postremus omnium patriarcharum à Moyse, Deo iubente, in huiusmodi testem assumptus, consecratusque est, ut patet ex iam dictis.

Tertium est, prædictum ordinem per traditionem præcisè & exactè necnon cum magna celebritate antea seruatum fuisse, ut affatim probat historia de vitulo aureo ^a (sicut ex auro constabat prior Cherub conflato à populo Israël. Siquidem Moyse tantum viri & Ducis, quem mortuum existimabant, facere volentes Cherubim & eum Cherubo Iosephi,

^a Exod. 32.

A Io
iu
fic
fic
lic
ru
ro
sta
re
vt
fin
pt
B ne
Iac
M
me
sta
Ch
da
ne
ver
gra
qu
pra
C mi
Æg
mi
cie
co
lita
Vi
ali
M

A Iosephi qui iuxta dictum (qui videtur fuisse iuxta summorum sibi succedentium Pontificum) ordinem poni debebat super arcam, sicut rei euentus probauit, coniungere : cum licentiam faciendi sibi Deos, hoc est, Deorum suorum liberatorum Cherubos ab Aaron accepissent : ne solito plures facerent, statuerunt, duos quidem duntaxat facere Cherubos super arcam, vnum Iosephi, vt ordo requirebat, alterum Moyfis, quem sine Cherub relinquere, vel sine illo ceptum iter in terram promissam prosequi

B nefas iudicantes, relictis duobus antiquis Iacobi & Iudæ, duos alios novos Iosephi & Moyfis conflare statuerunt, sed contra Dei mentem : quæ (vt constat ex citatis Psalmistæ verbis) erat, vt sicut in priori arca erant Cherubim Iacobi & Iudæ, sic in ista secunda & vltima, remanente Iacob, pro Iuda poneretur Ioseph : nullusque Moyfis, etiam si verè mortuus fuisset, fieret Cherub. Et ideo grauissimè peccauerunt : & præterea in hoc quod fecerunt Iosephi Cherubum, nõ iuxta præscriptam à Deo formam, qualem ex Psalmista didicimus, sed iuxta abominationes

C Ægyptiorum (qui, multorum sententia, nomine Serapidis pro Deo coluerunt cum specie Bouis, qui symbolum est fertilitatis, vt constat ex somnio Pharaonis ^a, cuius fertilitatis in Ægypto auctor fuerat) in forma ^{27.} Vituli. Et sic duplici titulo fecerunt sibi Deos alienos à mente Dei. Primo noui Dei, nempe Moyfis conflando Cherubum : secundo for-

mando Iosephi Cherubim in forma abomi- A
nationis Ægyptiorum. Quem duplicem er-
rorem Moyſes eis poſtea exprobraſſe vide-
tur his verbis ^a: *Prouocauerunt eum in diis*
^{a Deut. 32.} *alienis, & in abominationibus ad iracundiam*
^{26.} *conuoſtauerunt. Immolauerunt demoniis & non*
Deo, diis quos ignorabant (an à Deo electi
effent) nouis, quos non coluerunt (in arca po-
ſitos) patres eorum (ſic enim legi poteſt) Io-
ſephum & Moyſen abiecto Iacobo omnium
tribuum patre, quem ſemper in Cherubis
Deus eſſe volebat. De illo enim quod iux-
ta Hebr. ſubditur nomine petrae videtur in-
telligendum, Petrae quae te genuit oblitus es, &
oblitus es Dei parturientis te. De Iosepho quo-
que in forma glorioſè triumphantis effor-
mando, ſed in vilem conſtrato vitulum, eſt
illa alia exprobratio ^b: Et fecerunt vitulum in
^{b Pl. 105. 19.} *Horeb, & adorauerunt ſculptile: & mutaue-*
^{& ſeq.} *runt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli co-*
medentis foenum. De Iacobo verò, cuius Che-
rub erat in arca priori tam per aliquod tem-
pus moræ in Ægypto, quàm in tranſitu ma-
ris rubri, eſt illud quod ſequitur: Obliti ſunt
Deum (Iacobum) qui ſaluauit eos, qui fecit
magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham,
terribilia in mari rubro.

Aliud quod ex Pfalmiſta ante laudatis
e 3. Reg. 12. verbis elicitur, eſt, Regem Ieroboam ^c, qui
^{21.} duarum Ephraim & Manaffe, hoc eſt, filio-
rum Ioseph, tribuum ditiones intra re-
gnum ſuum Iſraël amplectebatur, non er-
raſſe in eiectione Cherubi Ioseph patris
horum

A horum tribuum: eo quod etiam in arca testamenti, quæ tunc erat in Ierusalem, vnus ex duobus Cherubim erat Iosephi, alter vero Iacobi. Sed in duobus præsertim errauit. Nempe, in hoc quod regni sui Baalem Iosephum repræsentauit in forma abominationis Ægyptiorum, id est, vituli, vel etiam vaccæ: & præterea, quod spreto altero patriarchæ Iacobi Cherubo (quem Deus semper manere super arcam intendebat, quippe qui erat petra quæ genuerat omnes tribus) Iosephi Cherubim diuisit in duos, faciendo duos vitulos, vnum in Bethel, & alterum in Dan.

Præterea, cum ex dictis constet, per totum moræ in Ægypto tempus vnã ad minus apud Israëlitas fuisse arcam testamenti, in qua erant Cherubim Iacobi & Iudæ, credibile est, aliam adhuc priorem extitisse, in qua ante mortem Iacobi Abrahæ & Isaac erant Cherubim: mortuo autem Iacobo, & multiplicata iam valde prole Israëlitica, quando illa Ecclesia aliquam bonæ institutionis formam habebat, à succedente in Ecclesiæ regimine Iosepho alteram arcam fuisse constructam, in qua poni cœpit Cherub Iacobi cum Isaaci Cherubo, qui erat in præcedenti. Et hoc, vt compleatur numerus quatuor Cheruborum, quos Ezechiel ² per analogiam ad quædam phænomena sub quibusdam animalium figuris symbolicè repræsentauit. Nimirum, Isaac, ex quo Christi genealogia ducit principium, in figura hominis: Iacob, qui post luctam cum Angelo se

a cap 10.

a Gen. 32.
30.

b Gen. 49. 9.
c Deut. 33.
37.

vidisse Deum facie ad faciem ^a afferebat, in A
Aquila solis contemplatrice: Iudas, iuxta pa-
tris benedictionem ^b, in Leone: & Ioseph,
in Vitulo, cui etiam à Moysè comparatur ^c.
Moyses tamen suos Cherubim nō alia quā
hominis forma conspexisse credendus est. Vi-
detur tamen ex priscorum traditione & con-
suetudine ad sanctorum Patriarcharum san-
ctitatis & dignitatis excellentiam melius ex-
primendam quādam illis cœlestes addidisse
qualitates. Nimirum, formam Angelicam,
quæ significaretur, quod sicut Angeli orbes
cœlestes optimè moderantur: ita sancti Pa-
triarchæ sapientissimè rexerant Dei Eccle-
siam: Item alas extensas quæ ad instar cœ-
lestis amplitudinis animi eorum capacitatem
& sapientiæ latitudinem ostenderent: faciei
fulgur & coruscationem, quæ vehementissi-
mi in Deum amoris flammam exprimeret: &
præterea insignem eorum humilitatem in eo
quod propitiatorium, id est, scabellum Dei
sustentarent: & ab illius quem sustinebant
infinitis spatiis elongatos esse dignitate, ne
quis eos pro veris diis coleret. Quæ om-
nia longè melius & excellentius in huius-
modi cœlestibus symbolicisque figuris, id
est, in Cherubim, quā in Theraphim, hoc
est, statuis aut imaginibus humanis expri-
mebantur.

Hinc facile erit veram nominis *כֶּרֶב* *Che-
rub* etymologiam deducere: in quo, iuxta
peritiorum sententiam, littera *ב* seruilis est,
& particula similitudinis, non cum nomine
כֶּרֶב

A **רַבִּיָּא** *Rabia*, id est, *puer*, quasi Cherub figura sit pueri referens effigiem (quod in Cherubis Ieroboam & Ezechielis falsum esse constat) sed cum emphatico nomine **רַב** *Rab* Latine *multus* (vt optimè dedit Oleaster ^a) quod, teste Kimhi apud Pagninum ^b, importat hominem honorabilem, inelytum, existimatum, aut reputatum ob multiplices dignitates, quibus pollet, sic appellatum. Et quia ista multiplex, insignisque magnitudo à priscis illis sapientissimis & astrologiæ valde deditis viris iudicata est longè melius sic re-

B præsentari, quàm per communem, tritam ac simplicem terreni hominis figuram: Ideo huiusmodi virorum imagines sub symbolis cœlestibus repræsentatiuæ optimè & sapienter vocatæ sunt Cherubim, sed propriè Cherabim: eo quod factæ sunt ad instar magnorum illorum Rabim, qui in amplissimis vastissimi cœli maximæque molis ac virtutis repræsentabantur syderibus aut constellationibus: vt de Nembrotho vidimus in capite præcedenti. Huius autem etymonis veritas probatur ex hoc, quod ferè omnia quæ

C tam in lege, quàm in hagiographis reperiuntur, nomina Cherub aut Cherubim siue **רַבִּיָּא** scripta reperiuntur vt notauit Pagninus ^c. Quemadmodum ergo Reaphim & Theraphim, ita & Cherabhim pronunciatum legitimè, non Cherubim.

Quantum ad nomen **שֵׁרָפִים** *Seraph*, & **שֵׁרָפִים** *Seraphim*, puto esse nomen primò peculiari-
ter affectatum Cherubo Iosephi patriarchæ,

T 3 (qui

a in cap. 3.
Genes.

& Exod. 25.
b in verbo

רַבִּיָּא

c in verbo

רַבִּיָּא

qui sub Serapis nomine colebatur ab Ægypt- A
riis, vt vidimus: vel potius Cherubo Semi
(qui est Melchisedech) qui diceretur Seraph,
quasi Sem Repha, quem figurabat. Quod
postea commune factum est omnibus Che-
rubis, vt idem sit Seraphim ac Cherubim.
Hæc pauca quæ de hoc essent dicenda be-
nignè & grato animo suscipiat lector, &
boni consulat.

IACOBI



IACOBI BOVL DVC
 ORDINIS CAPVCCI-
 NORVM PRÆDICATORIS,
 DE ECCLESIA
 ANTE LEGEM
 Liber Tertius.

CAPVT PRIMVM.

*De duplici vocatione Abraham, de tri-
 plici eius exitu semel ex Chaldaea in
 Haran, secundò ex Haran ad vi-
 sendum terram Chanaan, tertio ad
 manendum in ea: cur Deus urgeat
 hunc tertium, & quomodo Abra-
 ham in hoc tertio multa in Chanaan
 instituerit Hebræorum cœnobia.*

APTISSIME pro præsentis instituti
 ratione tertix mundi ætatis initium in
 quintum & septuagesimum annum Patriar-

chæ Abrahamæ cum Torniello distulimus : li- A

a in Genes. cet, vt ait Abulensis ^a, *terminetur secunda*

cap. 11. q. 29. *ætas in Thara, cum in natiuitate Abrahamæ filij*

b An. mūdi *eius incipiat tertia ætas, secundum omnes.* Hæc

3039. n. 2.

est ergo, inquit Salianus ^b tertia mundi ætas
& quasi adolescentia : in qua radij clariores
emicant diuinae lucis & cognitionis in orbe
terrarum & nominatim in familia Thare.

Quo ipso tempore, vt homo virium corpo-
ris, ita & mundus hic potentia & regno-
rum, quorum initia his temporibus auspi-
catur Eusebius in Chronico, incrementa
cæpit. Cum quo eodem Saliano, nec non B

*Abrahæ quo
patris anno
natus.*

R. Patre Henrico Haruillæo nostri ordinis
doctissimo viro in sua nuperimè edita Isa-

goge Chronologica, aliisque permultis ve-

teribus ac neotericis expositoribus teneo, &

tanquam ab illis neruose probatum præsup-

pono, Abrahamum anno patris Thare cen-

tesimo & trigesimo natum esse : ex eo po-

tissimum, quod ex Scriptura constet illum,

quinto & septuagesimo ætatis suæ anno Dei

iussu exiisse de Haran vt veniret, & maneret

in terram Chanaan ^c : idque compleuisse

postquam mortuus est pater eius ^d, qui mor- C

tuus est 205. suæ ætatis anno. Ex quibus

consequens est, Abraham natum esse anno

130. vitæ patris sui. Vnum duntaxat huic

^c Gen. 12. 4.

^d Act. 7. 4.

ad

A ad
ad
ue
fra
c
th
pli
bra
fac
bra
Ch
cin
B id
se
exi
Th
luf
ei :
fun
fam
exi
Egr
de
mon
C tur
vid
dic
mil
fer
pro
gno
Ab
no

A ad lustrandam, visendamque illam; alterum ad manendum in illa, nec inde amplius reuertendum. Primum cum solo Loth filio fratris sui, & forsitan viuo adhuc Thare: secundum post eius mortem cum eodem Lotho, cum vxore & tota familia sua. Imò, duplicem tantum censeo fuisse vocationem Abrahamæ, sed triplicem exitum. Prior vocatio facta fuit in Vr Chaldæorum, *priusquam Abraham moraretur in Charam*^a: posterior in Charam, siue ante, siue post mortem Thare, *cum illum Deus transtulit in terram Chanaan*^b, a Act. 7. 4. b ibidem.

B id est, circa illud tempus, quo Deus iussit, vt se transferret ad habitandum illic. Primus exitus fuit ex Hur Chaldæorum cum patre Thare in Haran. Secundus fuit ex Haran ad lustrandam terram, quam Deus pollicebatur ei: Tertius fuit celebris, quando patre defuncto exiuit ex Haran cum vxore & tota familia sua nunquam reuersurus. Secundi exitus causa tacite continetur his verbis: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi*^c. Quæ licet à Moysè ponan- c Gen. 12. 1.

C tur immediatè post mortem Thare & dicta videantur in Haran, necesse tamen non est, dicta fuisse mortuo iam Thare. Sed verisimile est, quod cum Thare ægrè admodum ferret ire in terram Chanaan, & Abraham progressum aliquatenus retardaret: Deus cognoscens Thare citò moriturum, altera vice Abraham alloquens primæ vocationis memoriam per secundam refrauit. Atque vt

libentius ad exitum sese accingat, terræ Chanaan nomen non exprimit, aut à pulchritudine aut fœcunditate commendat : sed solùm dicit, *venit in terram quã monstrabo tibi.*

Abraha duplex exitus ex Haran in terram Chanaan ostenditur.

Quasi dicat : Licet tibi durum fortasse videatur, quod non solùm ex fœcundissima Chaldæa iam te eduxerim in istam Mesopotamiæ pinguißimam regionem, ex qua te iterum exire iubeo : scias tamen, terram ad quam te mitto, vel ipse deduco (hoc enim importat verbum *Veni*) talem esse, vt tuo ipsi iudicio qualis ipsa sit ponderandum relinquam. Quibus verbis incensus Abraham B viuente adhuc Thare illam explorare statuit. Vnde, assumpto Loth filio fratris sui pro comite itineris, & pro altero de hac re competenti iudice, qui etiam illius regionis particeps erat futurus : & fortasse, vt cum eo tanquam oculato teste etiam patrem Thare tantopere renitentem meliùs induceret, vt, relicta etiam Mesopotamia, citò secum veniret in Chanaan iuxta diuinam quæ vehementius eum premebat voluntatem progressus. Et hoc puto significari his subsequenti- bus verbis ; *Egressus est itaque Abram, sicut praeceperat ei Dominus (nempe prædictis verbis) & iuit cum eo Loth.* Et statim additur : *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran : tulitque Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiã quam possederant, & animas quas fecerant in Haran.* Quæ vltima verba multipliciter commendant istũ vltimum Abrahamæ exitum : ab eius ætate : à magni

A à magnifico apparatu quem sonant: à personis illum comitantibus, & præsertim ab illis animabus, quas fecerant in Haran. Itaque distincta prorsus esse videntur ab illis, quibus dictum fuerat: *Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus & iuit cum eo Lot.* Cum enim dixerat Deus, *Veni in terram quam monstrabo tibi:* tacitè dixerat se nolle ut Abraham relicta Haran iret in aliam terram nisi priùs illam explorasset. Et hoc est tacitum præceptum latens sub istis verbis, *Egressus est itaque* (legi potest, *egressus autem fuerat*) *Abram, sicut præceperat ei Dominus.* Deinde quod dicitur, *& iuit cum eo Lot*, nullum importat insignem egressum, aut apparatus: sed simplicem cum vnico comite & coexploratore progressum. Nec ideo additur, sicut in solemnibus egressu, *filio fratris sui*, sed solum, *cum eo Lot.* Adde, quod si non esset distinctus ab altero exitus, superuacanea esset omnino illa tam proxima de Loth repetitio.

Sed ad quid Deus tantopere vrgebat exitum Abraham tam ex Chaldæa, quàm ex Mesopotamia, & progressum in terram Chanaan? Nimirum, quia cum Hebræus esset (vt ante sæpè dictum est & in sequentibus videbitur) id est, ex societate filiorum Dei (qui & filij Heber appellantur in Genesi ²) quibus tunc præerat Heber, tantæque sapientiæ, sanctitatis & erga verum Dei cultum amoris, vt non solum patrem ab idololatria cum aliis multis ad veram religionem sua pietate & doctrina reuocauerat, cum esset

Secundum exitum Abraham cur Deus tantopere vrgeat.

a cap. 10. 21.

esset in Chaldæa: Imò, vt multi tenent, ab A igne, in quem pro Dei causa protegenda immissus, illæsus exiuerat: sed & in eadem regione patrem Thare ad veram fidem reductum conseruauerat, animasque multas Deo lucratus fuerat, vt mox videbimus: mittit eum Deus in Chanaan, vt per eum cultus idolorum iam in duas Chaldææ & Mesopotamiæ dictas prouincias grassans virus impediretur, ne videlicet, suam (quam præ cæteris diligebat) Chanaanam inficeret regionem. Et praterea vt summus Pontifex Melchisedech, sicut in Hebere, pro Ecclesiasticis B & prophetis, ita in Abrahamo pro sæcularibus & laicis eximium veræ religionis haberet conseruatorem ac promotorem. Quod ex multis coniiicere licet. Et primò ex eo quod nuper dictum est, illum secum duxisse

Abraham in animas quas fecerant in Haran. Per quas non
vero Dei cultu viros, vt Sara mulieres institue-
bat,
 intelliguntur liberi quos Abraham & Lot ibi genuerant, cum ille decem adhuc annos liberis caruerit: & probabilius sit istius filias natas postea fuisse in terra Sodomorum: præsertim cum Moyses de progenie Lot nihil dicat hoc loco, eam alioquin, vt apparet, C non omisurus. Et proinde multis placet Oncheli ^a sententia, intelligi personas, quas subiecerant legi. Nam, vt ibi interpret ait, Hebræi tradunt Abrahamum viros; Saram verò mulieres in vero Dei cultu instituisse, atque ita eas in Domino procreasse. Quo sensu non solum Paulus ^b se multos in Christo genuisse dicit: & discipuli prophetarum filij

^a in Paraph. Chald.

^b 1. Cor. 4. 14.

A filij eorum appellantur ^a: sed etiam propheta ^a 4. Reg. 2. 3
 tiffæ, vt Maria soror Moyfis & Debora, alia-
 que mulieres pastores & matres populorum
 dicebantur, vt vidimus ^b. Quibus subscribit ^b lib. 2. c. 4.
 Abulensis, existimatque probabile, eos, quos
 in eo loco ad veri Dei cognitionem, cul-
 tumque traduxerant, cum abeuntibus esse
 profectos in terram Chanaan, vt magis ab
 eis erudirentur. Eadem habet Pererius. Con-
 sulte & sapienter doctissimi viri: qui si de
 filiis Dei Enoscæis, Cinæis, Cenezæis & He-
 bræis arcanum quod antea amplè deduxi-
 mus, comperissent: procul dubio addidif-
 sent, istos fuisse Abrahami & Saræ Hebræo-
 rum, hoc est illius sodalitatatis nuper in Do-
 mino genitos filios, seu nouitios & initiatos
 quos adhuc in pietate tenellos, multis aliis
 fortioribus ibi pro aliorum ædificatione re-
 lictis, secum adducere operæ duxerunt pre-
 tium. Quod planè confirmatur ex multitu-
 dine *vernaculorum* ^c, sed propriè *nouitiorum*, ^c Gen. 14.
 per quos Abraham persecutus est, percussit-
 que quatuor illos reges, qui fratrem suum
 Lot cum illius substantia & multos alios ex
 C Sodoma captiuos duxerant.

Secundò, quod Abraham Hebræus à Deo
 missus sit in Chanaan vt fideles in fide con-
 seruaret, idololatriæ viam præcluderet, ad
 deuotionem omnes accenderet, & per eum
 plures in messem animarum idonei mitte-
 rentur operarij, manifestè sic declarat Chry-
 sostomus ^c, *Dispensabat Dominus, vt non so-*
lùm Palaestinam incolentibus esset doctor, sed
etiam in Genes.

*Missus est in
 Chanaan vt
 viâ præclu-
 deret idolo-
 latria.*

*d Hom. 3. 24
 in Genes.*

is qui in *Egypto* erant, & lux virtutis eius A
manifestaretur omnibus: quasi enim luminare
quoddam eum, qui in *Chaldaeorum* delituerat
terra illinc euocarat, ut eos qui in tenebris er-
rorum sedebant ad veritatis viam introduceret.

Quod etiam optimè colligitur ex modo quem
feruat tam in progressu, quàm in egressu in
terram *Chanaan* cum dictis animabus quas
fecerat in *Haran*. Ex qua pergens ad *Sichem*
rectissima via, & transiens per *Damascum*,

a An. mūdi
2114. n. 10. adeo ut tentum filum, ait *Salianus* ^a, ab vno
locorum illorum ad alterum ad portas *Da-
masci* pertranseat, satis in hoc ad *Dei* exe-
quenda mandata suam diligentiam ostendit B

b Gal. 3. 9. ac fidelitatem de qua ab *Apostolo* ^b com-
mendatur, sed & pietatem, cum ferè in om-
nibus locis & vrbibus, per quas illi transire
contigit, suæ professionis instituat sodalitia.

c Antiq. l. 1.
c. 8. Scribit *Iosephus* ^c ex *Nicolao Damascenò*
Abrahamum cum exercitu è regione supra
Babylonem sita venisse *Damascum*, ibique
regnasse, nec ita multò post inde cum suo
populo migrasse, & sedem in terram tunc
Chananaeam, nunc vero *Iudæam* nomina-
tam transtulisse. Quæ omnia nullus enarra-
torum non admittit excepto regno, quod an-
gustia temporis rerum agendarum, & præ-
fertim ad longè alia vocantis, vrgentisque
Dei voluntas minimè patitur. Ego sanè &
ibi regnasse non dubito: nempe, *Regis* sa-
crorum per dies aliquot fuisse munere fun-
ctum, quod etiam in aliis locis exerciturus
erat per sacrificiorum oblationes, publicas
orationes,

A orationes, nominisque Dei cum suorum as-
 seclarum seu discipulorum exercitu, sacrá-
 que militia per aliquod tempus in sacris,
 quæ ibi fixit tabernaculis, cum tanta om-
 nium ædificatione: vt deinde ille locus, seu
 vicus iuxta Damascum in quo fixerat taber-
 naculum, vocatus sit *Abrahæ domicilium*, vt
 ait idem apud Iosephum Damascenus. In
 quo sensu verissimum est quod ait Iustinus ^a,
*Damascum quendam regnasse Damasci, indé-
 que Abrahamum, Moysen, Israël.* Ibi enim

a lib. 36.
 Regnasse in
 Damasco
 quo sensu
 verum est.

B legis diuinæ, sacræque cultus regnarunt ob-
 seruantiam, quo prius Pater eorum Abra-
 ham regnauerat. Quid si Damascus ille fun-
 dator aut Rex vrbs Damasci, cum in sua
 vrbe pia Abrahæ vidisset exercitia, illius
 exemplo relicta cognatione sua sequi eum
 voluerit, secumque manere in terra Cha-
 naan? Quem pro sua morum grauitate &
 rerum experientia Abraham dum in Ægyp-
 tum & aibi peregrinaretur procuratorem
 domus suæ constituerit, suasque vices ge-
 rentem in omnibus tabernaculis: quem bo-

C norum suorum reliquisset successorem &
 hæredem, si sine liberis mortuus fuisset? De
 quo ita loquitur Abraham: *Domine Deus
 quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, &
 filius procuratoris domus mea iste Damascus
 Elieser vernaculus meus* (Hebr. filius domus
 meæ, quasi dicat, quem in domo mea genui
 in Domino, id enim valet nomé Hebræum)
hæres meus erit. Statimque sermo Domini factus

Elieser rex
 Damasci re-
 lieto regno
 secutus est
 Abraham.

- est ad eum dicens : Non erit hic hæres tuus , sed qui egredietur de utero tuo ipsum habebis hæredem ^a. Quasi dicat : Non Damascus ille Eliezer , quem spiritualiter genuisti , sed alius qui de lumbis tuis egressurus est , erit hæres tuus. Non alio modo intelligenda sunt quæ sacer textus suggerit de Abraham ad alia loca progressu. Pertransiit Abram terram , usque ad locum Sichem (quæ postea Leuitarum fuit , vt de multis aliis vrbibus quas prioribus sæculis sancti prophetæ incoluerunt , notauimus ^b) usque ad conuallem illustrem (verè illustris dici potest , erat enim vallis Saue , quæ & vallis Regis , & vallis Raphaim dicebatur , & tum illustrium virorum sanctorumque prophetarum erat habitatio vt vidimus ^c) Chanaanæus autem tunc erat in terra (nempe , coram qua gente non timet homo peregrinus , viator , & extraneus illa facere quæ sequuntur , vt diuinis mandatis obtemperet) apparuit autem Dominus Abram , & dixit ei : semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare Domino qui apparuerat ei ^d. Nimirum , cum iam ferè in medio regionis est , nomine posterorum suorum illam accipiat , vt iam tum , quasi in possessionem missus erigat altare. Quod sanè non deserit : sed quibusdam ex suis ibi relictis , non ad possidendam terram , sed ad Deo seruiendum diuinisque laudibus ac ministeriis vacandum more Raphaim iam ibi habitantium , inuocat nomen Domini. Postquam autem per aliquot dies ibi mansit cū vxore sua , pergit vltèrius ,
- vt in

^a Gen. 15. 2.^b lib. 1. c. 9.

eibidem.

^d Gen. 12. 7.

A vt
ta
tu
E
l
di
er
(
ca
co
d
h
B fe
A
lo
p
b
lo
b
b
c
H
ti
b
C ft
(
p
f
d
r
r
i

A vt in Bethel aliisque locis sacra suæ sodalitatatis erigat tabernacula, in quibus inuocetur nomen Domini iuxta ritum primò ab Enos institutum, & tunc seruatum ab Hebræis, qui hunc ritum à Cinæis per Noë didicerant post diluuium. Quemadmodum enim de Cinæis legimus, *Cognationes quoque (al. familiæ) scribarum habitantium in tabes, canentes atque resonantes & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, &c.* ^a Sic eiusdem professionis viri vocantur *morantes* seu habitantes *in tabernaculis* ^b, in eodem vtique sensu, vt ex antea ^c dictis colligitur. Igitur Abraham vir Cinæus seu Hebræus discipulos quos ex Haran secum duxit huc & illuc per diuersa, iuxta eorum institutum, distribuens tabernacula, omnia per quæ transit loca suis replet cœnobiis. Ibi, inquit Genebrardus ^d repleuit omnia sacellis & altaribus eam regionem quasi totam Deo dedicans. *Ædificauit duos altaria* ^e, vnum inter Hai & Bethel, alterum prope Sichem: tertium prope Hebron ^f: quartum in Bersabee ^g: quintum in monte Moria ^h, vbi postea templum. Sic tanquam verus Cinæus (quorum institutum postea dictum est Rechabitarum) in hoc ædificandæ religionis principio *domum non ædificat, sementem non serit, vineas non plantat, nec habet*, seu possidet, *sed in tabernaculis habitat* ⁱ. quod optimè notauit S. Stephanus ^k: *Et inde (ex Charan) postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.*

Hebraorum institutum à Cinæis ortū habet.

a 1. Paral. 2. 54.

b Iudic. 8.

11.

c lib. 1. c. 9.

d Chronol. anno num. 1949.

e Gen. 12. 7. & 13.

f Gen. 15.

g Gen. 21.

h Gen. 22.

i Jerem. 35.

7.

k Act. 7. 4.

& 5.

*Et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum A
pedis. Nempe, ut iam diximus, in illo prin-
cipio: alioquin promissio facta à Deo est
Abrahæ non pro semine tantum posterisque
eius, verum etiam pro ipso. Omnem terram
quam conspicias tibi dabo & semini tuo^a. Simi-
liter ait Ezechiel^b, *Vnus erat Abraham &
hereditate possedit terram. Et Deus loquens
cum Isaac: Tibi, inquit, & semini tuo dabo
vniuersas regiones has^c. Nimirum postquam
Abraham suæ sodalitatis alumnos huc &
illuc sine vlla hæreditatis possessione in ta-
bernaculis constituerit: non in sensu Caie-
tani^d, quod ratione vel respectu tui dabo semini
tuo terram hanc.**

a Gen. 13.

15.

b cap. 33. 24.

c Gen. 26. 4.

e in Genes.

c. 13.

Præterea, quod Deus miserit Abraham in
terram Chanaan ut suo suorumque exemplo
& doctrina imminens idololatriæ malum a-
uerteret & pietatem promoueret tertio con-
firmatur ex eo quod postquam spatio circi-
ter vnus anni quinque iam nuper erecta sta-
tuisset cœnobia, cum, Deo ita disponente,
*facta esset fames in terra Chanaan, & ipse des-
cendisset in Egyptum, ut peregrinaretur ibi^e*
(eodem certè modo, quo cum tanto anima-
rum lucro peregrinatus fuerat in Damasco,
in Sichem, in Bethel, aliisque Chanaaniti-
dis locis) *cum vxore sua* (quæ ibi etiam mulie-
res suo more posset instruere) *facta illi pote-
stas est, ait Iosephus^f congregiendi cum præ-
stantissimo quoque Ægyptiorum, ac doctis-
simo: quo factum est, ut virtutis nomine in
maximam æstimationem venerit, eorum er-
rores*

Gen. 12.

*rabâ adit
gyptum ob
nem.*

Antiq

A rores vanissimos esse probauerit, Arithmeti-
 cam, Astronomiamque (parum pius Iose-
 phus & humana tantum sapiens omittit ve-
 rum Dei cultum & pietatem) docuerit. Quod
 tradidit etiam Eupolemon apud Eusebium.

Vixit autem, inquit, Abraham in Heliopoli cum *Verum Dei*
sacerdotibus, a quo Astrologiam sacerdotes di- *cultum ac*
dicerunt (scilicet sanctissimus Dei sacerdos & *pietate docet*
seruus Dei deuotissimus solam sacerdotes, *Ægyptios.*

quibus parum illa confert, docuerit Astro-
 logiam) qui tamen non inuenisse, sed ab Enoch
 per successionem sibi (cum aliis quæ religionis
 sunt) traditam fatebatur. Artapanus quoque

ibidem ait Abrahamum ad Phæretatem Æ-
 gyptiorum Regem migrasse & Astrologiam
 illi tradidisse, ac post 20. annos (ego tres tan-
 tum menses censeo) in loca Syriae rursus re-
 diisse. Interim fuerunt ei oves & boves, & asini
 & serui, & familia & ancille (& in his Agar
 Ægyptia) & asina & cameli. Et ipsi Abram
 benefecit. (Pharao) propter eam ^a Saram. Et

Chrysostr. ^b Terribilis postea erat eis iustus, ^{16.}

& propterea magnis officiis cum prosequi con-
 tendunt placantes ipsius Dominum propter ea
 que in illum commiserant (rapiendo uxorem
 eius) & mox. Magna cum claritate & gloria,
 locupletatusque diuitiis redit iustus: & fit doctor
 per ea qua contigerunt non solum Ægyptiis, sed
 etiam omnibus qui in itinere erant, & qui in Pa-
 lestina habitabant.

Porro, consulte Salianus putat Abraha-
 mum antequam iret in Ægyptum diutiùs ali-
 quanto substituisse in conualle Mambre quàm

in præcedentibus locis. Cui libenter subscribo, existimans & id libentius fecisse, propter Raphaim, qui ibi habitabant. Et quod de conualle Mambre seu illustri dicitur & inde

^a Gen. 12. 8. *transgrediens^a iuxta Heb. non esse legendum euulsit sed euulsit se: quod indicat nouum ha-*

Cum quadã sensus repugnantia migrat ex conualle Mambre in Bethel. buisse præceptum hinc transmigrandi ad montem qui erat ad Orientem Bethel; eo quod Deus apparuerat ei in valle illustri, & pollicitus fuerat semini eius tam pulchram regionem, cum quadam sensus repugnantia inde aliò transmeat, & à tam sibi grato loco quasi se auellit: quo pacto Christus à dile-

^b Luc. 22. 41.

ctissimis discipulis suis auulsus^b fuisse dicitur. Quaquidem auulsione & tam frequenti locorum mutatione exponitur quod de Abra-

^c Heb. 11. 8.

ham dicit Apostolus^c fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiit nesciens quo iret. Nimirum volebat Deus, vt multa filiorum Dei cœnobia institueret in Chanaan antequam iret in Ægyptum: vnde postea reuersus transiit per eadem hospitia donec veni-

^d Gen. 12. 1. 3. 4.

ret in Bethel. Reuersusque est, ait Moyse^d per iter quo venerat à Meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini.

A

CAPVT II.

De firma habitatione Abrahe in terra Chanaan post suam per aliquot annos peregrinationem.

POSTQVAM Abraham à tempore quo egressus est de Haran quindecim menses conlumpsit in perlustratione & peregrinatione continua per terram Chanaan cum vxore sua & nepote Lot, nec non in Ægypto, vnde cum magna multitudine ouium, boiū, asinorum, seruorum, famularum, asinarum, camelorum, & ipse diues valde in possessione auri & argenti^a reuersus est ascendens à meridionali Ægypto ad Australem plagam vsque Bethel & Hai, vt dictum est: finita peregrinatione, tempus est, vt firmam stabilemque habeat mansionem in terra quam toties Deus illi promiserat. Vsque modo non habuit hereditatem in terra Chanaan, nec passum pedis, vt dicebat S. Stephanus^b. Vsque modo Scriptura loquitur de eo tanquam de homine transeunte^c vel transiliente, seu progrediente ab vno in alium locum, in singulis figente tabernacula, vel altaria duntaxat ædificante variasque peregrinationes faciente. At deinceps tantas habebit possessiones, vt de amplissimis armis & regionibus, tanquam verus earum possessor ac dominus dicere possit

a Gen. 12.

16. & 13. 1. & 2.

Abrahā firmā in Chanaanā constituit mansionem.

b Act. 7. 4. 5.

c Gen. 12. 6. 8. 9. & 10.

- nepoti suo Lot: *Ecce vniuersa terra coram te A
est: si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo*^a.
 a Gen. 13. 9. Cùm egressus fuerat de Haran simpliciter
 dicitur tulisse omnem substantiam quam possede-
 rant^b: nunc autem dicitur, quod non poterat
 b Gen. 12. 5. eos capere terra^c. Incommodum nimis esset,
 c Gen. 13. 5. imò impossibile tantam bonorum omnium
 abundantiam dirigere, fructusque percipere,
 tantum famulitium habere & adhuc in con-
 tinua esse peregrinatione. Ideo non amplius
 agitur de figendis tabernaculis, sed de firma
 mansione & habitatione: nunc dicitur de
 Abraham & Lot, quod non poterant habitare B
 simul, habitare communiter. Vtique sicut non
 alio verbo, ita non alio sensu, quàm eo quo
 statim subditur: *Eo autem tempore Chananæus
 & Phereus habitabant in terra illa*^d quamuis
 d Gen. 13. 7. non eodem modo. Chananæi enim habita-
 ham aliter bant in ciuitatibus & domibus: Abraham
 Chananeus dicitur ha- autem & filius eius Isaac & nepos eius Iacob
 bitare in ter- habitabant extra ciuitates & in tabernaculis
 ra Chanaa. more Hebræorum & filiorum Dei seu pro-
 phetarum quales erant. Vtrumque eleganter
 e Heb. 11. 9. perstrinxit Apostolus e dicens: de Abraham:
 fide demoratus est (ecce mansio opposita pere-
 grinationi, de qua nuper locutus fuerat) in
 terra promissionis tanquam in aliena in casulis
 habitando cum Isaac & Iacob coheredibus pro-
 missionis eiusdem. Proinde iterum per idem
 verbum quod firmam stationem, sessionem,
 & mansionem importat, reperitur in Gene-
 cap. 13. 12. si^f, Abraham habitauit in terra Chanaan: Lot
 habitauit in Sodomis. Et statim eadem terra,
 nempe

A nempe circa Bethel & Hai promittitur à Deo non solum semini Abrahamæ, sed etiam ipsi Abrahamæ igitur Abraham deinceps aliquid saltem ex ea & quæ illi erat proxima possidere cœpit, & præsertim iuxta conuallem Mambre. Vnde mox post illam promissionem, dicitur: *Mouens igitur tabernaculum suum Abram venit* (supple ex loco iuxta Bethel) *& habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: edificauit que ibi altare Domino*^a. a Gen. 13. Sed id apertissimè constat ex hoc quod paulò post Dominus dixit ipsi Abrahamo loquens specialiter de hac valle Mambre: *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldaorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam*^b. In b Gen. 15. 7. qua mansit vsque ad annum vitæ suæ 100. id est, spatio annorum 21. Tunc enim profectus inde est in terram Australem inter Cades & Sur^c, in qua per aliquot tempus post regressum cum Isaac de monte Moria, habitasse constat fortasse quinque annorum spatio, id est vsque ad 30. annum vitæ Isaac: deinde rediit in Hebron, vbi septimo post anno defuncta est Sara. c Gen. 10. 1.

C Proinde subscribo Iosepho d scribenti d 1. Antiq. Abrahamum ex Ægypto reuersum in Chananaeam agros cum Loto diuississe: nempe, quos vel nuper à Chananaeis pecunia ex Ægypto allata non multo tunc pretio comparauerant, vel post vtriusque factam habitationis, qua ab inuicem separari debebant, electionem comparaturi erant: vel quod ob incolarum adhuc paucitatem, talis aruorum

electio sine ullius detrimento fieri posset. A
 Quod sanè probabilius est, ac ferè conici
 potest ex hoc quod Abraham in tot aliis locis
 sine vlla contradictione, aut iurgio plura fi-
 xerit tabernacula, quorum singula ex multis
 vtriusque sexus personis constabant, quæ cir-
 ca illa de frugibus & fructibus regionis victi-
 tabant. Et quod ita sit, ita colligitur: quod
 verisimile nullatenus est, Abraham quando
 cum vxore & Lot Ægypti peregrinationem
 suscepit, omnes illas animas seu personas-
 quas fecerant in Haran, & substantiam quam
 inde attulerant, secum duxisse: sed potius il- B
 las omnes per tabernacula distributas, vt ibi
 diuino vacarent ministerio, reliquisse.

Confirmatur hæc post tot peregrinatio-
 nes firma in Hebron & diutina habitatio ex
 iis quæ ibi Abraham fecit post suam à Loto
 separationem. Siquidem, primò de diuino
 cultu cogitans ædificat ibi altare Domino.
 Secundò, dum vacat in his quæ sui, id est, fi-
 liorum Dei muneris sunt, quod est animas
 Deo per bonam doctrinam & exemplo gi-
 gnere, fœdus inicit cum tribus ex Principibus
 Hebronitis Mambre, Escol, & Aner, illos, C
 videlicet suæ adiungens amicitia, necnon
 sodalitati anno ætatis eius circiter 79. Nam
 anno sequenti (quo putamus contigisse il-
 lud bellum, seu pugnam Chodorlahomoris
 & sociorum Regum contra Pentapolitas²)
 de isto fœdere tanquam nuper factò, dicitur:
*Ecce vnus qui euaserat nuntiauit Abra Hebreo,
 qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi
 fratris*

*Inicit fœdus
 cum Mambre
 Escol & A-
 ner.*

a Gen. 14.
 13.

A *fratris Escol & fratris Aner. Hi enim pepigerant* (anno scilicet præterito) *fœdus cum Abrami*^a. a *ibid. v. 13.*
 Vbi vides Abram societatis filiorum Heber^b, b *Gen. 10.*
 seu Hebræorum compelliari nomine: quorum^{21.} archimandrita & pater erat Heber, qui tunc (vt arbitror habitabat iuxta Ierusalem in *valle Sane*^c, id est, *valle collegij* (vt declarauimus^d) quæ aliter *vallis Regis*, dicitur c *Gen. 14.*
 supple Melchisedechis, & *vallis Raphaim*,^{17.} qui sunt filij Dei seu prophetæ qui ibi morabantur. In valle autem Mambre Abram^d nouus erat incola, qui nominatur Hebræus d *lib. 1. c. 9.*
 B tunc præsertim cum agitur de fœdere contracto cum Principibus Hebronitis. Quid si *Fœdus initiū ab Abramo cum tribus principibus Hebronitis cur & quale fuit.*
 non, secundum carnem, sed propter tale fœdus contractum vocentur fratres eiusdem scilicet, Hebræorum sodalitatis cum Abram: qui cum iam sub Heberis disciplina militarent, quam per Abraham reflorescere videbant, strictiorem cum illo contraxerint amicitiam? Non igitur illi Principes id fecerunt, veriti ne clades vicinorum Pentapolitarum quæ imminere videbantur in seipos redundarent: ideoque Abrahamum virum potentem, sapientia celebrem & bello fortem sibi propugnaculum aggregarunt, vt quidam interpretantur. Ex quo enim Scripturæ loco constare nobis potest istos Principes fama vel experientia didicisse Abram nouum eorum contribulem fortem esse bello? Bene quidem ab anno præterito illius ac sodalitatis eius in Psalmis decantandis & Dei nomine in nuper ibi fixis tabernaculis inuocando,

electio sine ullius detrimento fieri posset. A
 Quod sanè probabilius est, ac ferè coniecti
 potest ex hoc quod Abraham in tot aliis locis
 sine vlla contradictione, aut iurgio plura fi-
 xerit tabernacula, quorum singula ex multis
 vtriusque sexus personis constabant, quæ cir-
 ca illa de frugibus & fructibus regionis victi-
 tabant. Et quod ita sit, ita colligitur: quod
 verisimile nullatenus est, Abraham quando
 cum vxore & Lot Ægypti peregrinationem
 suscepit, omnes illas animas seu personas
 quas fecerant in Haran, & substantiam quam
 inde attulerant, secum duxisse: sed potius il-
 las omnes per tabernacula distributas, vt ibi
 diuino vacarent ministerio, reliquisse. B

Confirmatur hæc post tot peregrinatio-
 nes firma in Hebron & diutina habitatio ex
 iis quæ ibi Abraham fecit post suam à Loto
 separationem. Siquidem, primò de diuino
 cultu cogitans ædificat ibi altare Domino.
 Secundò, dum vacat in his quæ sui, id est, fi-
 liorum Dei muneris sunt, quod est animas
 Deo per bonam doctrinam & exemplo gi-
 gnere, fœdus inicit cum tribus ex Principibus
 Hebronitis Mambre, Escol, & Aner, illos, C
 videlicet suæ adiungens amicitia, necnon
 sodalitati anno ætatis eius circiter 79. Nam
 anno sequenti (quo putamus contigisse il-
 lud bellum, seu pugnam Chodorlahomoris
 & sociorum Regum contra Pentapolitas^a)
 de isto fœdere tanquam nuper factò, dicitur:
*Ecce vnus qui euaserat nuntiauit Abra Hebrao,
 qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi
 fratris*

*Inicit fœdus
 cum Mambre
 Escol & A-
 ner.*

a Gen. 14.
 13.

A *fratris Escol & fratris Aner. Hi enim pepigerant* (anno scilicet præterito) *fœdus cum Abram* ^a. a *ibid. v. 13.*
 Vbi vides Abram societatis *filiorum Heber* ^b, b *Gen. 10.*
 seu Hebræorum compellari nomine: quorum ^{21.}
 archimandrita & pater erat Heber, qui tunc (vt arbitror habitabat iuxta Ierusalem in *valle Saue* ^c, id est, *valle collegij* (vt decla- c *Gen. 14.*
 rauimus ^d) quæ aliter *vallis Regis*, dicitur ^{17.}
 supple Melchisedechis, & *vallis Raphaim*, d *lib. 1. c. 9.*
 qui sunt filij Dei seu prophetæ qui ibi morabantur. In valle autem Mambre Abram nouus erat incola, qui nominatur Hebræus

B tunc præsertim cùm agitur de fœdere contracto cum Principibus Hebronitis. Quid si non secundum carnem, sed propter tale fœdus contractum vocentur fratres eiusdem scilicet, Hebræorum sodalitatibus cum Abram: qui cùm iam sub Heberis disciplina militarent, quam per Abraham reflorescere videbant, strictiorem cum illo contraxerint amicitiam? Non igitur illi Principes id fecerunt, veriti ne clades vicinorum Pentapolarum quæ imminere videbantur in seipso redundarent: ideoque Abrahamum virum potentem, sapientia celebrem & bello fortem sibi propugnaculum aggregarunt, vt quidam interpretantur. Ex quo enim Scripturæ loco constare nobis potest istos Principes fama vel experientia didicisse Abram nouum eorum contribulem fortem esse bello? Bene quidem ab anno præterito illius ac sodalitatibus eius in Psalmis decantandis & Dei nomine in nuper ibi fixis tabernaculis inuo-

Fœdus initū ab Abram cum tribus principibus Hebronitis cur & quale fuit.

cando, in sacrificiis super altare recens ædificatum frequenter oblati, pietatem, atque in aliis nuper ibi adductæ religionis exercitiis perspexerāt insignia deuotionis, exēpla actus autem bellicos prorsus nullos. Adde quod si hoc esset, à tempore pacti fœderis de communi consensu fœderatorum & communibus expensis cohortes iam militum & copiæ paratæ & ad manum essent per quas subitaneos & impræuisos hostiū frangere possent impetus, non per imparatam, vilem, timidam, inexpertemque mācipiorum, aut famulorum turbam, qualem illos fuisse multi putant, de quibus mox subditur : *Quod cum audisset Abram, captum uidelicet Loth fratrem suum, numerauit (selegit, disposuit, ordinauit) expeditos vernaculos trecentos decem & octo, & persecutus est usque Dan*^a. At utique nullum aliud fœdus, aut societas ab istis cum Abram Hebræo contracta fuerat, quàm ut sub illius moderamine eandem cum eo professam Hebræorum disciplinam meliùs obseruarent : non quidem iuxta leges strictioris obseruantia eorum qui in solis habitabant tabernaculis nihil possidentes & diuino seruitio die ac nocte vacantes (quorum etiam curam Abram habuisse non dubito, præsertim in tabernaculis à se fixis) sed illorum, qui in propriis domibus inter sæculares laicam, sed piam vitam ducentes (quales sub Asidæorum nomine postea fuerunt strenui illi Machabæi^b) si quod pro Dei religione vel patria bellum occurreret, strenuè decertabant. De quibus iam

^a Gen. 14.

14.

^b 1. Mach.

7. 13.

A iam antea ^a. Huiusce autem Hebræorum ^{a lib. i. c. ii.}
classis erant illi 318. milites (nos vocaremus
equites) quos Abram, non quidem ex sua
domo, quæ nulla tunc erat, cum habitaret
in tabernaculis, neque ex famulitij sui fami-
lia quæ tunc tanta esse non poterat: sed ex
domo, id est, familia sua sodalitatis, ex ciui-
tate Hebron aliisque proximis locis subito
conuocauit, secumque duxit ad bellum. Et
quia ex illis animabus erant, quas nuper ibi
fecerat, & adhuc in hoc statu religionis, non
item in arte militandi tyrones erant ac no-
uitij: ideo iuxta Hebræum dicitur, quod
expediuit nouitios suos natos domus sue (hoc
est, familiæ suæ religiosæ, in Deo genitos,
talis enim est vis terminorum) *octodecim &*
trecentos ^b. Et quod hæc Abrahami cum istis ^{b Gen. 14.}
tribus viris societas spiritualis fuerit modo ^{14.}
iam dicto, ex hoc coniicitur: quod postea ^c, ^{c ibid. v. 24.}
quasi ex Enoscæorum (qui iidem sunt ac He-
bræi, ut sæpe antea vidimus ^d) sodalitate, ^{d lib. i. c. ii.}
antiquo nomine dicuntur *Enoscim*: quibus
tanquam huiusmodi, non nouitiis, sed pro-
fessis, ac prouectis quandam spoliiorum par-
tem tunc debitam fuisse significant Abræ ad
amissim originale sic reddita verba, cum
ait Regi Sodomorum se nihil omnino vel-
le de spoliis hostium: *Præter tantum quæ co-*
mederant pueri, & partem Enoscim, qui fue-
rant secum Haner, Escol & Mambre, ipsi, in-
quit, accipiant partem suam. Similiter postea
^e iuxta Hebr. dicitur Abraham *circumcidisse* ^{e Gen. 17.}
filium suum Ismaëlem & omnes natos domus sue ^{23.}
(eodem

*Vernaculi
quos ad bel-
lum ducit
Abrahã sue
rũs Hebræo-
rum sodali-
tatis nouitij.*

(eodem quo nuper sensu) & omnem acquisitum argento suo (forſitan mercenarios diariorumque ſeruos) & omnem maſculum in Enofcaeis domus ſuae, id eſt, omnes ſuae ſodalitatis Enofcaeos, ſeu religioſos. Nam ad quid tam multipliciter profert quod vno verbo dicere poterat, omnes familiares & domeſticos ſuos, ſi de domeſticorum ſola intellexiſſet familia?

CAPVT III.

De decimis datis ab Abraham Melchisedeſcho: de prima ſtirpis Enac, id eſt, Torquatorum ordinis ab illo facta institutione, & de eo quod Adam dicitur ſepultus in Hebron.

HORVM occasione duo nobis occurrunt declaranda quæ ad multa Scripturæ loca intelligenda valde conferunt. Primum eſt quod quærit & ſoluit Salianus^a, an Abraham dederit Melchisedeſcho decimam partem tam de præda erepta à Chodorlahomor & tribus aliis regibus quàm de præda Pentapolitana recuperata quæ cum certos haberet dominos iis reſtituenda non aliis diſpartienda videbatur. Et videtur ſanè, inquit, dediſſe planè de omnibus; cum priorum tamen dominorum conſenſu quibus

^a An. mūdi
2118. n. 34.
31. 36.

*Quibus de
rebus Abra-
ham ſoluit
Decimas
Melchisede-
ſcho.*

A bus merito gratissimum fuit de decem partibus amissis, nouem recuperare, & ponere in lucro quod præter spem reciperent; non in damno, quod Domino & eius sanctissimo sacerdoti largirentur. Quod autem Abraham tam præcisè negat se quicquam de præda Pentapolitanorum accepturum, causa est, quod id Deo iureiurando spondidisset, cum scilicet iret contra dictos reges, uti censent Pererius, Caietanus & alij. Cum autem loquitur Regi Baræ prudenter addidit, *ex omnibus quæ tua sunt*: non enim diffidetur se prædam, quæ barbarorum propria erat, in rem suam conuersurum. Est enim in iure gentium, ut quæ iusto bello acquisita sunt, in dominium Victorum transeant, ut significat Ambrosius & Abulensis, stipendij scilicet loco, ut Chrysostomus^a quoque interpretatur. Igitur Abraham ex utraque præda decimas obtulit: ex barbarorum quidem spoliis tanquam ex propriis & iure belli acquisitis: ex Pentapolitanorum verò præda de eorum consensu, licet iure gentium positio sua essent, non tamen naturæ, quod sequitur Abraham. Vnde Pererius: *Quæ tua sunt*, exponit, quæ tua fuerunt, sed iam mea sunt. Nam capta bello cuiuscumque illa fuerint, fiunt victoris, lege non naturali, sed positua multarum gentium. Quam autem ingenuè Regum barbarorum Abraham expenderit quæ secum tulit spolia videamus.

Et hoc est alterum quod valde notandum est, de iis qui passim in Scriptura dicuntur

Enacim,

a Hom. 35.
& 36. in Genes.

Enacim, id est, Torquati: quos putamus il- A
 est, Tor-
 quati qui-
 nam sint &
 unde sumunt
 originem.

Institres fuisse milites, quorum ordo institu-
 tus sit ab Abraham paulò postquam inie-
 tædus cum tribus istis Hebronitis Principi-
 bus Mambre, Escol, & Aner. Quibus tres
 alij successisse videntur, Achimam, Sifai, &
 Tholmai, quos exploratores missi postea à
 Moyse in terram Chanaan inuenerunt in
 Hebron. *Ascenderunt que ad Merisiam & ve-
 nerunt in Hebron, ubi erant Achiman & Sifai
 & Tholmai filij Enac: nam Hebron septem an-
 nis ante Tanim urbem Egypti condita est.* a.

a Num. 13.
 23.

Propter quæ verba meritò quis diceret: ut B
 quid Moyse cū nominauit istos filios Enac
 statim loquitur de antiquitate istarum ciui-
 tatum Hebron & Tanis? Cur etiam inter-
 pres Latinus textum originale, in quo est
 particula copulatiua, &, transtulit per cau-
 fatiuam, *Nam*? Quid habent consortij istæ
 ciuitates cum filiis Enac? Sed ad rem opti-
 mè & sapienter. Pro cuius expositione alius
 Scripturæ locus adducendus est huiusmodi:
Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe:

b Ios. 14. 15. *Adam maximus ibi inter Enacim situs est* b.
 In quæ verba sic differit Masius, vel potius C
 referit ex Beresith Rabba Hebræorum com-
 mentario. *Scriptum illic est, ideo ab Arba, id
 est, quatuor, nomen istæ urbi esse, quia priscis
 saculis quatuor illic p̄ viri (nota pios dici vi-
 ros) habitauerunt Aner, Escol, Mambre, &
 Abraham; iudemque illic sint circumcisi. Qua-
 tuor item matrone celeberrime fame ibi sepulte
 Eua, Sara, Rebecca, Lia: & quatuor Patriarche
 quoque*

A quoque Adam, Abraham, Isaac, Iacob. Quæ Rabinorum expositio prorsus indigna mihi videtur quæ à nostris approbetur, ob id præfertim quod falsum mox esse cõstabit Adam & Euam in Hebron fuisse sepultos. Proinde talis super hoc sit nostra sententia. Ab illis ego sum, qui dictionem *טור* Chauah, non singularem quendam hominem, sed torquem significare dicunt. Ideo quod in libro Iosue Arbe dicitur esse pater Enak, in eo sumo sensu, quo Iabel vocatur pater, id est, primus auctor, vel inuentor, adeoque caput & princeps habitantium in tentoriis atque pastorum, & Iubal pater canentium cithara & organo ^a. a Gen. 4. 20. Ita vt Arbe primus inter principes fuerit, ^{21.} qui viros insignes & honore dignos torque donauerit, siue ipse fuerit aliquis ex filiis aut nepotibus Noë sic appellatus, quemadmodum Rabbi Salomõ hanc ciuitatem à Cham filio Noë putat ædificatam: siue (quod magis aridet) fuerit Abrahã paulò postquam cum tribus viris professione Hebræis Mambre, Escol & Aner contraxit fœdus, quando anno post dictam de quatuor regibus reportatam victoriam auctus est ingeni equorum & iumentorum numero prædaque opulentissima, vt loquitur Philo ^b. Adde, si placet, vt verissimum, regalium ornamentorum, qualia sunt torques & diademata. Quorum ista dederit Abraham: illas autem sibi, tribusque nuper sibi confœderatis assumpsit, illos ex tunc torquatos instituens, & eorum, qui proinde filij Enak, seu Enacim deinceps appellarentur,

Enac nõ significat quendam hominẽ sed torquem.

Arbe propriũ nomen viri est.

b lib. de Abraham.

Enacim, id est, Torquatorum ordinis origo.

pellarentur; ordini dans principium. Quem-
admodum Titus Manlius Torquati cogno-
men accepit à torque, quam occiso ad Ame-
nem Gallo detraxit.

Quæ dicimus intrudunt potiùs quàm sua-
deant verba originalia: *Nomen autem He-
bronis olim fuerat Cariath-Arbe; Is* (nempe
a Ios. 14. 15. *Arbe) fuerat homo inter Torquatos maximus*^a:
quippe qui torquis pater & inuentor & Tor-
quatorum institutor fuerat. Confirmatur ex
b Num. 13. alio b textu, quem ad verbum ita reddidi-
23. mus: *Venerunt* (exploratores) *in Hebron, ubi*
Tanis qua *erant Achiman & Sisai, & Tholmai filij Enak,* B
quæ à quibus *Nam Hebron septem annis ante Tanim urbem*
adificata est. *Ægypti condita est.* Narratio ista explora-
torum contigit circa annum mundi 2545.
nempe 423. post dictam Abrahamæ victoriam.
Tanis autem vrbs est Ægypti celeberrima
c cap. 2. 43. Taphnis à Ieremia^c dicta, in qua Moyses
44. & 46. coram Pharaone in campo illi proximo mul-
d Pl. 77. 12. ta fecit signa vt habetur in Psalmis d. Ex
& 33. vtriusque prophetæ verbis elicitur in illa
fuisse Regiam Pharaonis: quam ferè omnes
expositores consentiunt à Titanibus filiis
Noë ortum & nomen accepisse. Videtur au-
tem quod ipsa sit Heliopolis vel ei proxima,
in qua (vt in primo capite dictum est) Abra-
ham conuersabatur cum sacerdotibus quos
docebat astrologiam cum esset in Ægypto:
vbi & ipsum Regem docuit, à quo maxima
accepit munera. Quod si cum ibi esset vidit
Pharaonem illustres viros torque donare,
quemadmodum posterioribus annis Ioseph
à Rege

A à R
est
run
duc
reg
Pri
vict
dine
rati
mo
ex t
ret
B Hel
ord
nun
lom
prie
inq
Arb
adh
I
den
aut
frag
C sis &
Sisa
niss
lim
Om
gior
phil
de L
qua

A à Rege Ægypti Eques Torquatus effectus est, aut saltem torque donatus ^a, nihil mi- a Gen. 41.
 rum, si Abraham nouissimè, id est, hinc à ^{42.}
 duobus circiter annis, cum tanta quatuor
 regum occasione spoliatorum in se & tribus
 Principibus iam aliàs sibi confœderatis & *Torquatoris*
 victoriæ sociis ad instar Regis Ægypti or- *ordo quando*
 dinem inchoauit Torquatorum. Et hæc est *& qua occa-*
 ratio, cur de Tani vrbe Regia Ægypti ser- *sione ab A-*
 mo fit cum agitur de Hebron, in qua primò *brahim in-*
 ex fidelibus facti sunt Enacim. Quasi dice- *stitutus est.*
 ret Moyses: Quamuis Abraham in ciuitate
 B Hebron primò fecerit Torquatos, quorum
 ordine illustrata ab Abram patre Enac no-
 num nomen *Cariath-Abra* sortita sit: nihi-
 lominus Tani Ægyptiaca, in qua iste ordo
 priùs vigit, septem annis antiquior est. At,
 inquis, non vocatur illa ciuitas *Abra*, sed
Arbe. Et hoc mox explicabitur, postquam
 adhuc pauca de Torquatis dixerimus.

Istorum ordinis tres deinceps fuisse vi-
 dentur Principes & velut capita tribus dictis
 aut stirpe, aut potiùs aliorum equitum suf-
 fragiis succedentia. Qui autè tempore Moy-
 C sis & Iosue florebant erant illi tres *Achiman*,
Sisai & *Tholmai*: hos cum exploratores inue-
 nissent in Hebron, & alios multos *Nephi-*
lim seu fideles: de istis quidem sic referunt ^b: b Num. 13,
Omnis populus quem vidimus in medio eius (re-
gionis) viri mensurarum: & ibi vidimus Ne-
philim: de illis verò, filios Enah (id est, torquis)
de Nephilim, seu ex Nephilim. Hoc est, Tor-
 quatos, qui sicut nos sunt *Nephilim*. Et quia

isti Torquati corpus mysticum & congrega-
 tionem conficiebant, sicut apud nos *Equites*
Templi, vocant illam *stirpem Enac*, dicentes,
stirpem Enac vidimus ibi: quæ scilicet non
 propagatione carnali, sed instituti ac socie-
 tatis obseruantia ad Moysis vsque tempora
 in illa ciuitate inter gentiles perseuerabat.
 Quo sensu de Rechabitis sumenda non du-
 bito ista Dei apud Ieremiam ^a verba: *Non de-*
ficiet vir de stirpe Ionadab filij Recab stans in
conspectu meo cunctis diebus: sicut amplius po-
 stea ^b declarabitur. In illis autem explora-
 torum verbis nominum propriorum expres-
 sio manifestè iudicat eorum familiarem &

^a cap. 35.
 ult.

^b cap. 12.

Achunam,
Isai, & Thol-
mai erant ex
Torquatis fi-
delibus.

^c Deut. 2.

Cur Deus
illos ab Is-
raëlitis occi-
di permisit.

liberiores cum Torquatis illis Hebronitis
 conuersationem, quàm cum aliis terræ inco-
 lis sine euidenti vitæ periculo habuisse non
 poterant. Nimirum, quia eiusdem erant re-
 ligionis. Quibus etiam exploratores spem
 fecisse potuerant, quod in proximo Israëlitz
 illuc venturi erant ad possidendam terram,
 quam Deus Abrahamæ & semini eius promise-
 rat. Cur ergo, dices, voluit Deus illos ab
 Israëlitis occidi penitusque deleri, cum pro-
 hibuerit iisdem filiis Israël ne Moabitis &
 Idumæis vllam inferrent molestiam ^c ob id
 potissimum quod illi ex Lot, isti verò ex Esau
 essent oriundi? Respondetur: iustissimo id
 factum fuisse iudicio: quia, cum à sanctissi-
 mis viris ac prophetis Hebere & Abrahamo,
 nec non ab primis illis Torquatis sanctam
 doctrinam accepissent & illam turpissimis
 criminibus & flagitiis obscurassent, cū pessimi-
 mis

A mis Amorrhæis inuolui, grauioreſque pœnas dare meruerunt. Iam igitur euaneſcant tot dubia quæ ab Andrea Maſio ^a mouentur de Enac, de Arbe, deque tribus dictis viris. ut potè, cur in libro Iofue de iſtorum exterminatione narratio fiat quæ contigit poſt Iofue obitum? An Arbe fuerit pater illius viri qui dicitur Enac, & iſtius filij Achiman, Siſai & Tholmai? aut potiùs (vt ſuſpicatur) Arbe iſtorum trium virorum parens, Enac verò vniuerſi iſtius hominum generis primus auctor? Ceſſet vetus illa acceptio nominū Raphaim,

B Nephilim, Enacim, & ſimilium pro monſtroſæ molis corporeæ viris: quorum veræ ſignificationis ignorantia tantam multis ſcripturæ locis attulit obſcuritatem. Congruentius atque veriſimilius multò eſt, vt teneamus *Enacim*, ſeu *filios Enac* ſignificare *Torquatos*: quorum pater, id eſt, primus inter fideles, ſeu Nephilim fuit inſtitutor Abram cum eſſet in illa vrbe quæ ab illo poſtea dicta eſt Cariath-Arbæ, tam propter diutinaſ eius iuxta illam moram, quàm propter tot mirabilia quæ ibi feciſſe legitur, quocum-

C que priùs nomine vocaretur. Facilis enim fuit primitiuum nomen אַבְרָם *Abram* præter metatheſim vltimæ radicalis א in ו mutatio. Nam, teſte Maſio ſulto auctoritate Kimhi, appellationes ſiue hominum ſiue locorum propriæ vna sæpe aut etiam altera litera variantur: vt oſtendi poſſet multis exemplis. Et ſi *Arbe* à quatuor viris, aut perſonis ibi ſepultis nomen habuit, ab illarum numero

a in Iofue cap. 15.

Cariath-Arbe ab Abram nomen habuit.

Variatio litterarum in nominibus propriis frequens in ſcriptura.

a An. mūdi
 2117. n. 4.
Adā sepul-
sus in monte
Caluaria.
b in carmi-
 ne contra
 Marcionē
 de resur.
 Christi.
c Tract. 35.
 in Matth.
d in c. 5. Es.
e in Ancor.
f in fragmē
 to de Chri-
 sti passione.
g in cap. 23.
 Luca.
h Serm. 71.
 de temp.
i Epist. 17. ad
 Marcel.
k in cap. 27.
 Matth. 15.
 Marc. 23.
 Luc. & 19.
 Ioan.
l in cap. 27.
 Matth.
m An. Chri-
 stum 34.
n lib. 7. in
 Gen. n. 116.
o An. m. 930
p An. mūdi
 930. n. 9.
q lib. de pa-
 radiso.
r in Esa. p. 1.
 c. 2. & 14.
r lib. 2. c. 10.

excludendæ sunt Isaac, Iacob, Rebecca & Lia A
 quarum sepultura hoc nomine posteriores
 sunt : vt optimè considerat Salianus ^a. Cesset
 præterea illa tam malè petita ex ante citatis
 libri Iosue verbis opinio; Adam primum ho-
 minem formatum fuisse, nomenque accepit-
 se ex quadam Adama id est, terra rubra quæ
 erat in quodam agro iuxta Hebron, qui di-
 cebatur Damascus, vbi sit vallis lacrymarum,
 in qua Adam 100. annis ploravit mortem
 Abelis : ibique mortuus sepultus est. Longè
 alius est dictorum verborum sensus. Multò
 verò tutior est plurimorum antiquorum B
 patrum sententia, qui omnes magno consen-
 su sepulchrum Adæ Ierosolymis atque adeo
 in ipso Caluariae monte constituunt. Nempe
 Tertullianus ^b, Cyprianus ^c, Origenes ^d, Ba-
 silius ^e, Epiphanius ^f, Athanasius ^g, Ambro-
 sius ^h, Augustinus ⁱ, Hieronymus ^k (licet
 alibi in aliam pronior sit sententiam) Theo-
 phylactus ^l Euthymius ^m : & ex recentiori-
 bus Baronius ⁿ, Pererius ^o, Torniiellus ^p &
 Salianus ^q: quibus toto corde subscribo. Pro
 cuius sententiæ confirmatione, rei declara-
 tione, & multorum à nobis antè dictorum C
 elucidatione ac probatione, placet adducere
 quæ habet Moses Bar-cepha Syrus ^r *Atha-*
nasius, inquit, & *Cyrillus* ^r *inter alia scribunt*
habitationem primam post Paradisum fuisse
Adamo in Iudæa (latè sumendo Iudæam vsque
 ad Cœlesyriam & Damascum, de quo su-
 pra ^s) *Præterea ipsum posteaquam per plurimas*
regiones vagatus, in aliis atque aliis habitasset
locis,

A locis
 lebr
 lebr
 bus
 Sy
 mi
 Bar
 No
 pla
 xit
 suis
 cam
 B luv
 pro
 par
 diff
 Iua
 reg
 qu
 atq
 Ser
 rea
 sibi
 obr
 C tur
 An
 re
 cū
 ar
 le
 li
 ru
 th

A *locis, tandem sub vite finem venisse in montem Iebus, ibique sepultum esse. Certum est autem Iebus esse Hierusalem. Et verò Dominus Iacobus Orrohaita (siue Edessenus, scriptor apud Syros cum primis nobilis, & magni Ephraimi olim doctor, vt scribit Masius, qui hunc Bar-cephan in latinum vertit) tradit etiam Noë illic habitasse, atque in regione Sodomorum plantasse illas cedros ex quibus arcam construxit. Quam arcam cum esset vnà cum liberis suis conscensurus impendente diluuiò, secum in eam intulisse ossa Adam; eaque deinde post diluuium Arca egressum suis filiis distribuisse, prout orbem terrarum inter illos habitandum partiebatur. Verbi gratia Caluariam Adam dedit primogenito suo Sem, & terram assignasse ei Iudæam (nempe, Semi personæ Iebusæorum regionem, Aram auté filio eius Cælesyriam, quæ est Iudæa largè sumpta, de qua antea ^a) a ibidem. atque ita posteritatem Semi (vel ipsummet Sem) cum in Iudæam (& Iebus) seu suam hereditatem venisset; illam Adæ Caluariam, quæ sibi de illius ossibus ex paterna distributione obuenerat, in Adæ sepulchro, quod aliqui iam C tum illuc extabat reposuisse. Nomen igitur Arbe, id est quatuor, minimè primorum parentum Adæ & Euæ personas complectitur, cum eorum corpora, vel ossa in Chariatharbe, seu Hebron sepulta non fuerint sed in Ierusalem. Quod si ita est, & si Noë non solius Adæ & Euæ, sed aliorum etiam primorum sanctissimorumque Patriarcharum Sethi, Enos, Cainan, Malaleel, & c. in arca ser-*

uasset reliquias, quibus inter filios distribu-
tis, integrum Adæ Scheletum Semo conti-
gisset, in eodem quo priùs fuerat sepulchro
reponendum facillè est, vt postea Heber Se-
mo, seu Melchisedeço succedens, ex Iero-
solyms expulsus, & in Hebron secedens
pro consolatione Abrahæ & Isaac secum
illud transtulerit ibi sepeliendum, sola Ie-

*Quo sensu
Adam dici
potuit sepul-
tus in He-
bron.*

rosolyms relicta Caluaria: tunc verum ef-
set, & hoc modo, fortasse, verum est, Adam
in Hebron fuisse sepultum: sicque ma-
xima cum verisimilitudine discrepantes pa-
trum concordarent sententiæ. Verumtamen B
ista etiam sepultura seu ossium Adæ transla-
tio adhuc multò post Cariath-Arbe appel-
a lib. 2. c. 10. lationem contigisset, vt ex antea * dictis
apparet. Potius igitur à quatuor viris il-
lustrissimis Abram, Aner, Escol & Mambre
confœderatis talis nominatio deducta vi-
detur. At cum ex textu originali libri Io-
b cap. 14. 15. sue b, annuente Masio, Arbe sit alicuius vi-
ri nomen qui fuit pater filiorum Enac, id
est Torquatorum, hoc est institutor, & ex
antea dictis colligatur illum fuisse Abram:
persto in mea sententia ab illo solo ciuita- C
tem Hebron priùs nomen habuisse *Cariath-
Abram*, deinde cum quadam alteratione *Ca-
riath-arbah* fuisse vocatum.

A

CAPVT IV.

De primo Dei cum Abrahamo celebri tractatu circa res Ecclesiæ futuras, de pacto multis cum ceremoniis inito, quas deinceps in consulendo Deum propheta seruabant: de secundo fœdere pro nascituro Isaac, & circumcisionis signo: deque noua ex Hebron in Bethel transmigra-
 B
 tione.

POST stabilitam habitationem in valle Mambre, & institutionem ordinis Torquatorum in ciuitate Hebron, anno sequenti, quem Abrahami 81. fuisse credo, mundi verò 2119. incœpit Dominus tractare cum seruo suo fidelissimo de totius Ecclesiæ suæ negotiis, deque mirabilibus per semen Abrahamæ in terra Chanaan aliquando adimplendis. Qui quidem tractatus quatuor potissimum includit: nempe, promissionem hæredis de utero eius egressuri, cuius semen stellarum numerum multitudinem sit superaturum ^a. II. confirmationem solemnem sacri-
 C
 ficij multiplicique ritu stabilitam de totius
 T
 terræ Chanaan iam illi semini promissæ donatione. III. prædictionem de illius semi-

nis spatio 400. annorum peregrinatione in A
terra aliena. IV. constitutionem ipsius Abra-
hæ & feminis eius super singulos terræ Cha-
naan populos, necnon super omnes filio-
rum Dei apud illos sodalitates, videlicet Ci-
næorum, Cenezæorum & Raphaim, vt vi-
dimus in præcedentibus ^a. Sed notandæ
omnino sunt istius tractatus circumstantiæ.
Primò, à tempore, quod iam notauimus:
secundò, ex eo quod Abraham Damascum
Eliezerem, quem velut suum futurum hæ-
redem proponit Deo, vocat *filium procura-*
toris domus sue ^b, sed iuxta Hebr. *filium vr-*
tica domus sue. Tertio, quod Deus non lo-
quitur Abrahamo in tabernaculo, sed *eduxit*
eum foras ^c, idque nocte, vt facilius stellas
numerare posset. Quartò, ad memoriam
eius reducit, quod *eduxerit*, id est, liberauerit
eum *de Vr Chaldeæorum* ^d. Quintò, quod iubet
illi præparare ex specialibus quibusdam ani-
malibus & volucris sacrificium ^e. Sextò,
quod postquam per totum diem diuisæ par-
tes animalium & volucrum altrinsecus po-
sitæ remanserunt, non nisi post occasum
Solis, post grauem soporem Abrahamæ, & post
horrorem magnum ac tenebrosam ante-
quam fœdus celebretur, *dicitur ad eum* (non
dicitur quis loquatur, nempe, dum dormit,
videt in somnis quendam sibi dicentem) (*Sci-*
to pranoscens, &c. ^f quibus verbis futura fe-
minis eius peregrinatio prædicitur. Septi-
mò, cum iam euigilatus esset, in illis opacissi-
mis tenebris apparuit *clibanus fumans, & lam-*
pai

a lib. 1. c. 13.

b Gen. 15. 2.

c ibid. v. 5.

d vers. 7.

e vers. 9. 10.

f vers. 13.

A pas
uo,
du
& p
Ch
tion
dictu
tum
atqu
verg
tum
Patri
B tio &
bito
Chan
dalita
deinc
confu
circu
breui
relict
mus
nus
dunt.
C Pri
Deus
esse D
ditam
ex qua
ipsum
ex Ha
periph
Abrah

A *pat ignis transiens inter diuisiones illas* ^a. Octa- a vers. 17.
 uo, dicitur quod in illo pepigit Dominus fœ-
 dus cum Abram, &c. de dando dominio
 & potestate semini suo super singulas terræ
 Chanaan gentes, & super omnes congrega-
 tiones filiorum Dei quæ apud illas erant, vt
 dictum est ^b. Quod quidem fœdus tot orna- b lib. I. c. 13.
 tum circumstantiis, tot mysteriis refertum,
 atque in tantam totius Abrahamiticæ gentis
 vergens vtilitatem & gloriam, & in quo
 tum sacrificandi modus, tum diuinæ sancto
 Patriarchæ factæ reuelationis in somnis ra-
 tio & ordo minutatim deducitur, non du-
 bito à posteris, & præsertim à nuper in terra
 Chanaan renouatis ab illo Hebræorum so-
 dalitatibus alta fuisse mente repostum. Ita vt
 deinceps Prophetæ, qui Deum per somnia
 consulebant prædictas pro viribus seruarent
 circumstantias, & ceremonias: quæ idcirco
 breuiter resumendæ, exponendæque sunt,
 relictis mysteriis, quæ meritò Chryso-
 stomus ^c, Theodoretus, Diodorus ^d, Caieta-
 nus ^e Del Rio ^f, & alij diligenter expan-
 dunt.

Propheta cõ-
 sulentes Deõ
 oraculũ ce-
 remonias
 prius serua-
 tas ab Abra-
 ham serua-
 bant.

c Hom. 36.
 in Genes.
 d in Catena
 Lipoman.
 e quaest. 65.
 in Genes.
 f in cap. 15.
 Genes.
 g cap. 1.
 Eliezer Da-
 mascus cur
 Abrahæ do-
 mus vrticeæ
 filius dici-
 tur.

C Prima sit illa qua Eliezer (qui exponitur
Deus meus adiutor, cuius cognomen videtur
 esse Damascus, à quo S. Hieronymus con-
 ditam & nominatam credit urbem Damasci,
 ex qua nos credimus, & antea g diximus,
 ipsum sponte secutum fuisse Abraham cum
 ex Harã illuc transiens veniret in Chanaan)
 periphraesticè nuncupatur *filius vrticeæ domus*
 Abrahæ, hoc est filius vrticeæ domus &c.

qua periphraſi Abram breuiter & eleganter A
deſcribit domus & habitacula Hebræorum
& filiorum Dei, quæ in tabernaculis tranſ-
latitiis erant, & plerumque in locis deſer-
tis inter vepres, ſpinas & vrticas figebantur,
ſuper quas, vel iuxta quas Propheta dormi-
entes diuinas ſæpe in ſomnis viſiones &
reuelationes accipiebant. Inde poſtea fa-
ctum arbitror, quod *in ramuſculis* ^a arborum
& inter clathra, ſeu cancellos ex ramuſculis
textos cùm oraculum Dei conſulerent, dor-
mituri decumberent ^b. Itaque *ſilius domus*
vrticeæ dicetur Eliezer, vel quia in tali loco ^B
ab Abram in Deo genitus eſt, vel quia de
ſocietate & familia illorum eſt, qui habitant
inter vrticas.

Tertia circumſtantia priorem confirmat,
& quaſi indicat Deum illis temporibus non
ſolitum fuiſſe loqui prophetis in eorum ta-
bernaculis, ſed foris in agro, lociſque ſub dio
apertis. Quarta, qua Deus reducit in me-
moriam Abræ, quod *eduxerit eum de Vr*, id
eſt, de igne *Chaldeorum*, deſeruit ſeptimæ
circumſtantix, quæ inter opaciſſimas noctis
tenebras ſubitò factas poſt maximam ſere-
nitatem in qua facilè ſtellæ viderentur ab
Abram, apparuit Deus in forma magnæ lam-
padis ardentis tranſeuntis per partes diuiſas
animalium. Nimirum, vt ſicut *erat mos apud*
*Chaldeos iuramento ſtabilire tranſeundo per me-
dias diuiſiones* (quem morè ad inſtar patris A-
brahæ deinceps retinuerunt & ſeruarunt He-
bræi ^c) & *lex regionis eius rem confirmabat,*

^a Tob. 4. 13.
iuxta Hebr.

^b Gen. 49.
14.
Iudic. 5. 15.
Pſal. 67. 14.
iuxta Hebr.

^c Ier. 34. 18.
& 19.

A vt afferunt Chryſoſtomus ^a, Theodoretus ^b,
 Procopius ^c, & Cyrillus ^d: ita in forma ignis,
 quem pro Deo Chaldæi adorabant, hoc
 ſolemne pactum iniretur cum Abram, Quasi
 Deus diceret ei: Ego quidem eduxi te de
 igne, quem pro Deo Chaldæi colebant: ſed
 vt ſcias me verum eſſe Deum, ſæpe deinceps
 tibi, aliisque Prophetis nec non ex ſemine
 tuo Iſraëlitis in forma ignis apparebo. Quod
 ſæpiſſime factum legimus ^e. Hinc ortum
 habuit mos, vt in tabernaculis, locisque ſacris,
 in quibus Prophetæ dormiebant ad con-
 ſulendum Dominum magna eſſet lampas
 ardens, ſicut latè oſtendimus in Commen-
 tatiis noſtris in hæc Iobi ^f verba: *Quando
 ſplendebat lucerna eius (Dei) ſuper caput meum,
 & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Vnde
 Debora Prophetes, quæ multis præerat ta-
 bernaculis, iuxta Hebræum dicitur *Mulier
 lampadum* ^g, id eſt, quæ curam habet mul-
 torum tabernaculorum, in quorum ſingulis
 eſt *lucerna Dei*, ſed propriè *lampas Dei*, quæ,
 videlicet diuinitatis ſymbolum eſt. Hinc ſta-
 tutum de igne, quem Deus iugiter in con-
 ſpectu ſuo ardere voluit, & de inſigni lam-
 pade ante ſancta ſanctorum.

Sexta circumſtantia duo præſertim indigi-
 tat, quæ poſterioribus ſæculis ſeruata legi-
 mus à Prophetis Dei oraculum conſulenti-
 bus: nempe, vt nocte hoc fieret, & cum E-
 noſcim (id eſt, prophetæ, vt ſæpe vidimus)
 graui ſopore tenerentur. Vtrumque decla-
 rat Eliphaz filius Eſau Conſultor & Pro-
 pheta

a Hom. 37.
 in Gen.
 b quæſt. 65.
 in Gen.
 c in cap. 15.
 Gen.
 d lib. 10. cõ-
 tra Iulianũ.

e Exod. 3. 2.
 13. 21 22. 14.
 24. 19. 18. 24
 17. 40. 36.
 Num. 9. 15.
 16.
 Deut. 4. 12.
 15. 33. 36. &
 alibi.
 f cap. 29. 3.

g Iudic. 4. 4.

*Lampas ar-
 dens in locis
 ſacris ſym-
 bolum diui-
 nitatis vnde
 habuit ini-
 tium.*



pheta sicut Iob. apud Idumæos, cum de se- A
 ipso loquens, iuxta Hebr. *Et ad me*, inquit,
verbum furtivè dictum (quis loquatur non ex-
 primitur vt & hîc de Abram nuper notauim-
 us) & *suscepit auris mea pusillum ab eo, in*
ramusculis, à visionibus noctis, in cadere (id
 est, quando solet cadere) *soporem* (intensum,
 vt valet dictio) *super Enoscim*^a. De quibus
 circumstantiis cum ibi affatim tractemus, suf-
 ficit hîc quædam pro iis assignare loca^b. Pu-
 tamus igitur Prophetas Israëlitarum, qui, si-
 cut Abraham, vt plurimum degebant in ta-
 bernaculis, vt de Rechabitis & Cinæis no- B
 tum est^c ad instar illius celeberrimæ reue-
 lationis auguralia sua, seu oraculi loca dis-
 posuisse, eundemque consulendi modum ob-
 seruasse. De quibus adhuc ampliùs in sequen-
 tibus^d.

- a Iob. 4. 12.
 13.
 b 2. Par. 36.
 15.
 Jerem. 25. 3.
 & 4. 26. 5. 29
 19. 35. 14. 15.
 44. 4.
 1. Reg. 9. 19.
 Num. 22. 8.
 19. 41.
 c 1. Paral. 2.
 55.
 & Ier. 35. 7.
 d cap. 9. 10.
 11. & 12.

Postquam Deus de propaganda prole A-
 brahæ tam solemnî ritu, humano more pro
 sua bonitate cum seruo suo pepigit fædus,
 paulò post ad ea quæ promisit implenda
 procedit; & vt dona sua pluris fiant, stu-
 pendis illa circumstantiis velut pretiosis la-
 pillis & margaritis adornat. Exempli gratia, C
 licet quæ de semine Abraham super nume-
 rum stellarum multiplicando pollicitus fue-
 rat, non tam in Ismaël, quàm in Isaac essent
 adimplenda, ab illo tamén suæ promissionis
 impletionem incipit. Etenim vitæ suæ an-
 no 86. quinto post initum pactum solemnè,
 suscitavit Saram, quæ (cum ex relatione mariti
 nullam prorsus de se in diuinis promissis
 videt

A videt factam esse mentionem ; & dictum quidem de Abrahamo ipsum habiturum hæredem , non Damascum Eliezer , qui spiritaliter tantum natus erat in domo vrticea mariti Hebræi : sed filium , quem ipse de lumbis suis esset geniturus , minimè tamen dictum fuisse per quam mulierem id fieri contingeret) existimans se sterilem seque vetulam conspiciens atque huic muneri minime destinatam arbitrata , offert marito in vxorem & thalami sociam illam ancillam , quam ex Ægypto secum nuper adduxerant ,

B nomine Agar. Itaque *dedit eam viro suo uxorem post annos decem , quàm habitare cœperant in terra Chanaan* ^a. Ille verò diuina quoque ^a Gen. 15. 3. inspiratione instructus in has inferioris ordinis consentit nuptias : vnde anno sequenti ineunte, *cum octoginta sex annorū erat Abram peperit ei Agar Ismaëlem* ^b. A cuius natiuitate ^b Gen. 16. 16. duodecim transierant anni & decimus tertius cœperat , vitæ Abrahamæ nonagesimus nonus, Saræ verò 89. vt tantò mirabilior fiat in ea conceptio Isaaci , quem anno sequenti paritura est , quanto magis processit in diebus , quibus sine magno miraculo concipere & parere non potest. Non tamen Deus vult hunc filium mirabilem, in cuius semine benedictionem accepturæ sunt omnes gentes, sine nouo fœdere, nouisque & antea non auditis ceremoniis ac signis adhibitis mundo dare. Et primo , noua fit Abrahamæ Dei apparitio, quam Caietanus, Pererius, Del Rio, & alij visibili & corporea specie factam esse

C

*Apparitio
Dei facta
Abrahæ sub
qua forma
fuit.*

sentiunt:

fentiunt: quibus non solum assentior, sed A
 etiam pro rei grauitate, & vt aliis huius pro-
 missionis respondeat mirabilibus mox vi-
 dendis, non dubito fuisse in forma ignis,
 iuxta nuper notata. In qua Deus maxima
 quanto vnquam homini viatori concessum
 est, apparuit maiestate. Secundo longa ac
 ferè vnus anni dispositio à Deo requiritur,
 & præcipitur Abrahæ antequam cum eo pa-
 ctum feriat istud. Et hoc est quod importat
 ista, de more, laconica Moylis locutio: *Post-*
quam Abraham nonaginta nouem annorum esse
cæperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: B
Ego Deus omnipotens (qui nunc mirabilia fac-
cturus sum in natiuitate Isaac) ambula coram
me & esto perfectus: ponamque fœdus meum
inter me & te, & multiplicabo te vehementer
 nimis. Vidimus antea ^a, quod *ambulare co-*
ram Deo & esse perfectum, nihil aliud est,
 quam in statu perfectionis & virtutis coram
 Deo quotidie conuersari, & vno verbo re-
 ligiosum esse. Vbi etiam diximus hanc phra-
 sim nunc actum nunc habitum importare:
 primo modo sumi, cum vel perfectionis sta-
 tus votum emittitur, vel iam professus aliqua C
 suæ vocationis elicit opera. Secundo modo
 ille dicitur coram Deo ambulare & perfe-
 ctus esse, qui professione religiosus est, quam-
 uis suæ professionis nullum faciat actum.
 Abram ergo cum esset Hebræus hoc secun-
 do modo ambulabat iam coram Deo, &
 erat perfectus quando Deus apparuit ei: ideo
 cum dicitur ei, *Ambula coram me*, &c. hoc
 secundo

^a lib. I. c. 14.

*Ambulare
 coram Deo
 quid impor-
 tet.*

A secu
 Qua
 dign
 quo
 uen
 actu
 cum
 si po
 post
 cim
 potu
 prin
 B vt e
 P
 nibu
 prof
 ruit
 Dec
 fact
 culo
 non
 in S
 rum
 mul
 C fuer
 gia
 pro
 qua
 om
 rat.
 priu
 cipi
 Isma

A secundo modo non intelligitur, sed primo. Quasi dicat Deus: Præpara animam tuam ad dignè nouum fœdus mecum citò faciendum: quod vt meliùs efficias, iam incipe solito feruentiores & frequentiores tuæ vocationis actus producere, donec ad te reuertar, vt tecum paciscar. Hoc autem non contigit nisi post nouem circiter menses. Nam paulò post ^a dicitur Ismaël circumcissus cum tredecim annos compleuisset, quos impleſſe non potuit, nisi pater eius 99. impleuisset, cum primus illius concurrat cum 87. patris sui,

B vt ex dictis facilè colligitur.

^a Gen. 17.
^{25.}

Post igitur tot mensium spatio in orationibus & Ieiuniis, sacrificiis, aliisque suæ professionis exercitiis præparationem, apparuit iterum Deus Abramo, qui statim coram Deo cecidit pronus in terram, & multa alia facta sunt, quæ à quarto huius capituli versiculo narrantur vsque ad finem. Mutatum est nomen Abram in Abraham & nomen Sarai in Sara, prout constitutus est pater multarum gentium: promittitur ei Isaac, & proles multo magis multiplicata quam promissa fuerat in priori fœdere, idque terminis energia plenis. Item nõ vna pars terræ Chanaan promittitur, vtpote, conuallis Mambre in quætunc habitabat, vt in priori fœdere: sed omnes regiones per quas peregrinatus fuerat. Præterea datur signũ noui fœderis non prius auditum, circumcisio, quæ obnixè præcipitur, atque ipsa eadem die exercetur erga Ismaelem, omnes nouitios domus sue, vniuersoque

*Circumcisio
signum fœ-
deris nouum
& antea in-
auditum.*

^a Genes. 17. *Enoscatis domus sue*^a, & erga ipsum Abraham, Eodem tempore apparuit iterum Deus Abrahæ in conualle Mambre; à quo de mox futuro Sodomorum exitio monitus pro eorum salute precatur, ex quo seruetur Lot cum vxore, & filiabus eius. Abraham autem postquam mansisset in conualle Mambre ab anno 79. vsque ad præsentem 100. non sine nouo Dei mandato ex loco Hebronico pro altera vice, non quidem vt in prima, euellit se cum quadam repugnantia ob loci amœnitatem, aut Raphaim conuersionem aut propter noui Torquatorū à se instituti gloriam: sed nouo fœdere, nouisque ac mirabilibus promissionibus confirmatus, posthabitis omnibus sponte proficiscitur ad alium locum ad meridiem iuxta urbem Gerara (nota interim semper extra vrbes loca) *inter Ca-*

^b Genes. 20. *des & Sur*^b: non vt ibi hospitalitatem exerceret, quæ defectura videbatur post submersionem regionis Sodomiticæ, vt putat Abulensis: neque ob famem quam putat Pererius in Hebrone contigisse, de quo fit mentio po-

^c Genes. 26. *stea*^c, neque ob aliam causam, quam vt sic^c cut spatio 21. annorum Hebronitas sua vitæ probitate exemplis & doctrinis mirificè ædificauerat, & natiuitate filij sui Ismaelis nouissimè illustrauerat: ita Palæstinorum regionem nuperrimè promissi filij sui Isaac natiuitate decoraret. Sed præsertim vt suæ, id est Hebræorum sodalitatis nouam ibi duceret coloniam, idemque fœdus initum antea cum

A cu
ver
cu
Ge
gra
tor
pu
tio
ait
ali
qu
Ge
B suf
obe
nij
co
ar
&
fo
tre
qu
ob
da
ne
C re
m
m
na
m
ra
li
q
le

A cum tribus Hebronitis Principibus & quo
 verus Dei cultus miro modo confirmabatur,
 cum sanctissimo atque sapientissimo Rege
 Geraræ contraheret: quod & ei tantò magis
 gratum fore iudicabat, quantò nouo Torqua-
 torum illustrissimo Ordini sese libentiùs co-
 pularet. Similem utique huius transmigra-
 tionis finem meditatur Chrysostomus ^a cum ^a Hom. 45.

ait: *eum aliquando in Bethel figere tabernacula,*
aliquando autem apud quercum Mambre, ali-
quando in Ægyptum descendere, nunc autem in
Geraris tabernacula collocare & omnia facile

B *sustinere, ut gratitudinem erga benefactorem, &*
obedientiam erga Dominum suum per omnia ma-
nifeste declaret. Igitur relicto in tabernaculis
 conuallis Mambre pro suas vices gerente &
 archimandrita dignissimo Damasco Elieser,
 & assumpta vxore Sara cum aliis paucis suæ
 sodalitatæ, venit Geraram Palæstinæ me-
 tropolim, quæ ab Hebron non plusquam

quatuordecim horarum distat itinere ^b &
 obserua obiter Saræ sanctitatem & à mun-
 dana conuersatione solitudinem, qualis om-
 nes quidem decet mulieres, sed præcipuè

C religiosas. Nota omnibus & vndique est fa-
 ma illustrissimi Prophetæ Abrahamæ, cuius no-
 men longè latèque per totam terram Cha-
 naan & per Ægyptum diffunditur: ideoque
 maximo cum honore & iubilo veniens Ge-
 raram à Rege excipitur: quæ autem vxor il-
 lius sit, prorsus ignoratur. Idque tanto magis
 quanto Abraham dicet postea Regi Abime-
 lech: *Postquam eduxit me Deus* (proprie, er-

^b Adriko-
 mius in ta-
 bulis.

*Sara mode-
 stia & soli-
 tudo mirabi-
 lis.*

rare fecit me, hoc est, huc & illuc peregrinari) *de domo patris mei, dixi ad eam, in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus*

Genes. 20.
14.

sum. Sed omnino mirabile, quod mulier nonagenaria à Rege in coniugium quærat, & statim ac cum Abraham appulit in Geraris petita ab Abrahamo est, & ad Regem ducta.

b in cap. 11.

*Abimelech
Rex Gerara
sanctus vir
& propheta
fuit.*

Admirationem auget huius Regis sanctitas, quæ à nemine, paucis exceptis, non commendatur, quam & nos in nostro Iobo pluribus ostendimus. Et nunc vno verbo dicimus, eodem modo fuisse Regem Geraræ, quo tres amici Iob suarum ciuitatum dicuntur Reges qui tamen etiam sicut Iob erant Prophetæ. Quod de isto tantò firmiter asserere possumus, quantò ex textu patet familiaribus Dei colloquiis & visionibus illustrari fuisse solitum. Ita vt, cum Deus postea de Abrahamo loquens dicit ei: *Nunc ergo redde viro suo uxorem, quia propheta est* &c. idem esse videtur ac si diceret: quamuis nemini liceat citra graue peccatum uxorem rapere proximi: multò tamen minùs licet tibi, qui propheta es, illi, quem non ignoras esse prophetam, talem inferre iniuriam. Sed cur mulierem tam vetulam sanctus vir & propheta sibi copulare tantopere cupit?

Cur Abimelech Saram tam vetulam affectauit & rapere fecit.

Extra instituti nostri limites longiùs discederemus, si omnium super hoc sententias promeremus. Ego simpliciter existimo nullo id sanctissimum Regem æstu fecisse ductum libidinis, cuius nulla causa competens esse videbatur: sed ex mera feruentique deuotione, sperans

A sperans se fore beatum si posset frequentius conuersari, deque rebus diuinis familiarius tractare cum tam sancta, veneranda & religiosa muliere, quæ tam à suo sanctissimo fratre Abrahamo, quàm ex diutina cum Deo conuersatione praxique virtutum in illa pia Hebræorum per Abraham tantopere resplendente sodalitate didicerat. Quod confirmatur tum ex iis quæ alibi ^a dicimus de mulieribus Therapeutidibus postea vocatis: tam ex eo quod non parum temporis versatam Saram in domo Abimelech fateri necesse est,

a supra lib. 1. cap. 9. & infra lib. 3. cap. 9.

B antequam sciretur eam esse Abrahæ coniugem, vt plaga sterilitatis, quæ memoratur in fine capitis, in tota Regis familia sentiretur. Nempe, Rex petierat eam ab Abrahamo tanquam futuram coniugem, vt illum in sua sorore etiam vetula honoraret: & per multum tempus suauibus ac diuinis, quæ præsertim affectabat, eius fruitus est colloquiis, Cum autem tempus adesset, quo eam consummato matrimonio in vxorem erat ducturus, venit Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: *En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum* ^b.

C Ex dictis collige quàm facilè omnes quæ super hanc historiam mouentur quæstiones, soluantur. Vt pote, cur postea fœdus cum isto Rege feriat Abraham, quale sit istud fœdus, maximè si verba originalia ponderentur: ad quid Abrahâ, qui oues & boues & alia in magna quantitate in proxima vrbe Hebron nuperque reliquerat, quæ huc facili negotio ad se dedu-

b Genes. 20. 3.

ci possent, noua in Bethel congregat armen- A
 ta, nouam constituat familiam, idque ex do-
 no Regis Abimelech, qui tulit oues & boues
 & seruos & ancillas, & dedit Abraham, eodem
 pacto quo in Hebron suam confecerat colo-
 niam ex similibus sibi factis à Rege Ægypti
 donariis. Item quod Rex Abimelech dederit
 Abraham mille argenteos in velamen oculorum
 Sara ad omnes qui cum illa erant, nempe in
 eius sodalitate, quod de religioso velo vide-
 tur intelligi. Omnia, inquam, ista facile per-
 ciipiuntur, si Abraham tanquam sodalitis
 filiorum Dei propagatorem ac restauratorem B
 à Deo institutum consideremus: aliter autem
 minimè.

 C A P V T V.

*De tabernaculis quæ fixit Abraham iux-
 ta ciuitatem Gerarã, de fœdere inito
 cum Rege eius Abimelech, de nemo-
 re plantato in Bersabee, de sepultura C
 Sara, de morte Abraham.*

Post illa quæ de Abraham & Abimelech
 a Genes. 21. nuper deduximus ponit Moyse a histo-
 riam de conceptione, natiuitate & ablac-
 tatione Isaac, deque fugatione ancillæ Agar
 & filij eius è domo Abraham, de Ismaëlis con-
 iugio & habitatione in deserto Pharã. Dein-
 de

A de subiungit historiam de fœdere inito ab Abraham cum dicto Rege Abimelech decimo sexto anno, tempore quo Abraham locum habitationis ab illo acceperat, cum ipse Abraham centesimum decimum sextum annum ageret. De quo antequam agamus resumendum duco, quod quemadmodum cum voluit iuxta conuallem Mambre habitationem eligere *fixit tabernaculum & edificauit ibi altare Domino*^a: Ita procul dubio fecisse a *Genes. 12.* credendum est statim ac concessus est ei locus^{18.}

B sanè modo, quo nunc religiosi nostris loca donantur à Regibus & Principibus prope eorum ditiones & prædia, in quibus sua possint cœnobîa construere. Et hoc est quod dicitur Abraham à rege: *Terra coram vobis est, ubicumque tibi placuerit habita*^b. Postea plantauit ibi quercetum, in quo de vsitato tunc^{15.} more psallendo, canendo & orando cum sua sodalitate cœpit inuocare nomen Domini. Quod priusquam ampliùs exponamus, breuiter resumenda sunt ea, quæ ab illa prima loci Bersabee acceptione vsque ad istam

C nemoris plantationem acciderunt. Rerum autem à Moysè digesta series requirit, vt statim post vltimum fœdus cum Deo initum, post circumcisionem totius Abrahamiticæ familiæ, & à vulnere circumcisionis sanationem, Abraham completo anno centesimo ex tabernaculo iuxta conuallem Mambre ad locum prope Geraram pertexerit. Ad cuius aduentum Rex Abimelech Saram accepit, vt

Quo tempore
Sara conce-
pit Isaac.

a Gen. 21.
21.

dictum est, quam apud se tenuit spatio, ut A
puto, trium circiter mensium. Ipsa autē paulo postquam ad maritum, qui in proximis erat tabernaculis reuersa est, concepit Isaac quem sub anni finem in lucem edidit. Qui, iuxta Hieronymi aliorumque sententiam, quinquennis ablactatus est. Anno verò sequenti sexto videlicet ætatis Isaac, domo eiectus est Ismaël cum matre sua, cum ipse esset annorum 20. Cum autem trigessimum ageret & habitaret in deserto Pharan, accepit illi mater sua uxorem de terra *Aegypti* ^a Eodem tempore (prosequitur Moyses) dixit Abimelech B
& Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in omnibus quæ agis &c. Quibus verbis & sequentibus incipit Rex Abimelech tractare cum Abraham de fœdere cum eo iungendo. Ex eo autem quod secum assumit virum professione militem, occurrit opinio, quod idem pactum velit contrahere, quod cum tribus Principibus Hebronitis paulo antequam exisset ex Hebron, contraxerat Abraham. Quod inter alias causas ob id fecisse putamus, ut reflorescenti per Abraham Hebræorum fraternitati se sociaret, ut C
antea diximus. Hoc etiam exigit istius Regis ac Prophetæ pietas: nec aduersantur ipsius verba sic ad verbum reddita, *Deus tecum in omnibus quæ tu facis. Et nunc iura mihi per Deum. Ecce si mentitus fueris mihi & filio meo & nepoti meo, iuxta misericordiam quam feci tecum, facies mecum, & cum terra in qua peregrinatus es.* ^b Vbi mentiri in eodem sensu sumitur

b ibid. v. 13.

A mitur quo *mentiri opus oliuæ*^a dicitur, &

_____ *spem mentita seges*^b

quæ non respondet spei agricolæ. Quasi diceret Abimelech : sexdecim anni sunt quod ex toto affectu locum tibi dedi apud me, in quo figeres tabernaculum & tuæ societatis institueres coloniam : cum autem sis senex antequam moriaris iusiurandum à te exigo, vt nec mihi nec posteritati meæ in hoc deficias : sed iugiter istius instituti professores in hac mea possessione maneant & in hac regione in qua habitare nobiscum dignatus

B es. *Percusserunt que ambo fœdus*, seruando solemnitatem ; vt ait Abulensis, quæ seruabatur antiquitus in huiusmodi fœderibus, vt scilicet occiderentur quædam animalia, & inter diuisiones transirent : vt de fœdere inter Deum & Abraham paulò ante dictum est. At mox ex ipso textu quis paciscendi ritus seruatus sit, apparebit. Sed prorsus notandum est duo ab Abrahamo cum Abimelech celebrari fœdera: vnum quidem de habitando iugiter in illo sibi antea dato à Rege agro seu loco iuxta petitionem nuper recitatam : alterum pro puteo à seruis Regis vsurpato. Postulationi quidem regis annuit libentissimè dicens, *Ego iurabo*, id est, paciscar libenter quod in hoc mihi à te concessio loco mea deinceps perpetuò manebit sodalitas : sed priùs vnum habeo quod expostulem & apud te ô Rex conquerar, quod vsque nunc ab aliquot annis patienter sustinui & toleraui dissimulans : nempe, quòd serui

a Habac. 3.

17.

b Horat.
lib. 1. epist.

7.

tui abstulerunt mihi puteum sibi que vsurpa- A
 runt quem in agro mihi à te donato pro fa-
 milia meâ & pecorum necessitate foderam,
 & adhuc illum detinent. Si vis vt iuramen-
 to votis ac petitioni tuâ annuam, fac vt ille
 puteus mihi restituatur: quia mihi meisque
 posteris profus est necessarius. Hoc volunt
 ista verba: *Ego iurabo. Et (verumtamen) in-*
crepauit (Abraham) Abimelech propter puteum
aqua, quem vi abstulerant serui eius ^a. Quia
 æquus rerum iudex ex his verbis non opti-
 mè coniicit agrum in que erat puteus ille &
 reliquum habitationis Abraham non ab ipso B
 pecunia emptum, sed dono & liberalitate
 Regis acceptum & vsque nunc retentum
 fuisse, & ideo tali per seruos factæ putei
 vsurpationi vsque nunc non restitisse, sed
 eam tolerasse, & nunc cum tanta humilitate
 de illa formasse querimoniam? Ad quam
 pius & sanctus Rex profusque talis vsurpa-
 tionis inscius ingenuè respondit: *Nescini*
quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mi-
hi, & ego non audiui præter hodie ^b. Vt igitur
 Abraham tam vsurpati putei, quàm totius
 habitationis locum sibi posterisque suis fir- C
 mo iure possessionis acquirat, præter initum
 de ibi iugiter manendo fœdus, alterum de
 sibi à Rege restituto puteo speciale ferit.
 Pro primo fœdere, *Tulit Abraham oues &*
boues, & dedit Abimelech, percusseruntque ambo
fœdus ^c. Pro altero: *statuit Abraham septem*
agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech:
Quid sibi voluit agna ista quæ stare fecisti
seorsum?

a vers. 25.

b vers. 26.

c vers. 27.

A *seorsum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Et idcirco vocatus est locus ille Bersabee (id est, puteus iuramenti) quia ibi uterque iuravit. Quid si legeretur, ut legi potest quia ibi utrumque iuravit, vel etiam iuravit illa duo? Certè cum in Hebræo verbum sit pluralis numeri qui ad personas refertur; illa duo ad duo iuramenta, seu fœdera quæ imposto nomini ansam præbuerunt, videntur respicere. Ex distinctis enim ab Abraham Regi datis muneribus duo distincta manifestè apparent iuramenta. Et sic intelligendum existimo textum iuxta Hebræum, Quia ibi iurauerant duo illa. Confirmatur ex repetitione secundi pacti: Et iniurunt fœdus pro puteo iuramenti. Quamvis Hebræa videantur solùm huius duplicis fœderis notare locum: Et percusserunt fœdus in Beersebah.*

Postquam autem per solemne iuramentum firmata est mansio simul cum amicitia Regis, statuit Abraham aptum diuinis laudibus locum in eodem in quo iurauerant agro iuxta illius temporis ritum præparare. Proinde mox subiungitur: Abraham vero plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini^a. Vnde Caietanus optimè dixit, il-
 a vers. 5; 5;

a in Iob.
cap. 15. 34.
& 16. 20.

Excelsa de
quibus saepe
scriptura,
quid sint.

b lib. 12. c. 1.

c lib. 2. c. 8.

d Gen. 13.
18.

stris ^a. Et ista sunt excelsa, in quibus sacrifici- A
care nunc permissum ac licitum, nunc pro-
hibitum fuisse legimus. Quod quomodo in-
telligendum sit ibidem elucidamus. Interim
agnoscant hîc Gentiles ea quæ ex sacris scri-
pturis furati sunt, falsisque diis, quod vero
Deo optimè dedicabatur, iniquè tribuerunt.
Hac fuere quondam numinum templa, ait Pli-
nius ^b, *priscoque ritu simplicia rura etiam nunc*
Deo præcellentem arborem dicant: nec magis
auro fulgentia atque ebore simulachra, quam
lucos, & in iis silentia ipsa adoramus. Arbo-
rum genera numinibus suis dicata perpetuo ser-
vantur: ut Ioui, Esculus; Apollini, Laurus;
Minerue, olea; Veneri, myrthus; Herculi, po-
populus. Quod autem longè ante Abraham
iste sub quercubus & in nemoribus Deum
colendi ritus esset in usu apud Dei prophe-
tas colligitur ex iis quæ antea ^c diximus de
Druidis nostris, qui in sylvis sub quercubus
orationes & sacrificia faciebant. Quod à nul-
lis aliis didicisse potuerant, quam à Gome-
ritis Noë nepotibus, qui primi post diuisio-
nem linguarum Galatiam incoluerunt: ex
qua Druidæ trahunt, originem. Ad inuo- B
candum ergo nomen Domini more filio-
rum Dei plantavit Abraham istud nectus in
loco, vel iuxta locum qui dictus est Bersa-
bee ad instar illius *querceti Mambre ubi ad-*
ficauerat altare Domino ^d, diuque prius habi-
tauerat, & vnde venerat in hunc locum. In
quo habitauit annis circiter triginta. Nam
cum Isaac descendisset de monte in quo pa-
ratus

A ra
T
ab
ne
tr
an
re
se
Sa
C
ag
in
B na
car
tiu
hab
illo
tur
pre
xer
in
tan
del
Me
C tall
bee
re
que
xiff
pla
rer,
tat
ad p

A ratus fuerat ad sacrificium, annum agens 25.

Tunc reuersus est Abraham ad pueros suos abieruntque Bersabee simul & habitauit ibi^a: a Gen. 22. nempe per aliquod tempus forte vsque ad 19.

trigesimum Isaaci annum: qui septimus fuit ante mortem Saræ, & circa quem videtur regressus Abraham ex Bersabee in Hebron, seu ad conuallem Mambre, vbi mortua est Sara, vel potius in proxima ciuitate Hebron. Cùm enim Isaac septimum vltra trigesimum ageret annum dicitur quod Sara mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron in terra Cha-

B naan: venitque Abraham vt plangeret & fleret eam^b. Proinde bene scripsit Seuerus Sulpitius^c, Abrahamum quando mortua est Sara habitasse in Hebron quocumque tempore illuc regressus sit. Solet autem quæri, vnde tunc venit Abraham vt fleret Saram? Propter hoc, ait Abulensis^d, quidam Hebræi dixerunt Abrahamum ab immolatione venisse & in reditu reperisse mortuam Saram, exanimatam nuntio immolationis. Sed hanc fabulam destruit Scriptura, quæ digressos ex monte Moria ait venisse Bersabeam, ibique habitasse. Alij dicunt, dum migrarent ex Bersabee antecessisse Saram, & contracta ex itinere ægritudine breui morte sublata, moxque venisse Abrahamum & mortuam planxisse. At solemniter, de more, fuit Abraham planctus. Abulensis ait, venisse vt plangeret, quia sepulchrum erat in agro extra ciuitatē, ideoque domo & vrbe exisse in agrum ad plangendum. Ego simpliciter verbis Scripturæ

b Gen. 23.2
c lib. 1. hist. sacræ.

d in Eccli. cap. 26. 16.

C

pturæ adhærens Saram intra ipsam ciuitatem mortuam esse dico : quod notauit Moy-
ses, vt sciremus illam non in tabernaculis
iuxta conuallem Mambre, in quibus Abra-
ham cum sua familia habitabat, obiisse : sed
in ciuitate ad quam vel maritus, vel amici
ciues cum cœpit ægrotare deportari cura-
runt, vt sanitati eius ac senectutis infirmi-
tati prouideretur. Cùm autem nuntium de
morte eius ad Abraham delatum est, ex con-
ualle Mambre venit in Hebron vt flieret
mortuam ; in qua eadem vrbe vel prope il-
lam proceres & Principes sua habebant se-
pulchra : Abraham autem cum velut ad-
uena esset apud illos, non petit vt sepeliat
mortuum suum in eorum sepulchris ; sed
vt inter eos tanquam ciuis ius habeat sepul-
turæ. Quo illi concesso emit agrum extra
ciuitatem, in qua erat *spelunca duplex*, quæ
respiciebat, id est, erat è regione, *Mambre*^a,
ibique sepeliuit vxorem suam. Et postea re-
uersus est in Bersabee, iuxta locum in quo
tunc manebat Isaac qui post mortem matris
dicitur habitasse in terra Australi^b vbi erat
locus qui vocatur *puteus viuentis & viden-*^c
tis : ibique etiam post mortem patris ha-
bitauit^d. Ex quo nec Abraham à Bersabee
discessisse videtur, nec à filio fuisse longè se-
iunctum, donec paulò post nuptias Isaaci
cum Rebecca, cùm esset annorum 141. ac-
cepit Ceturam in vxorem cum qua mox
regressus in Hebron, ibi mansit vsque ad
mortem, dulcissimo Heberis summi Ponti-
ficis

a Gen. 23.
17.

b Gen. 24.
62.

c Gen. 16.
14. & 24.
62.

d Gen. 25.
11.

A fic
nis
an

D

B

P
tris
reg
gyp
à D
car
ter
pe
seo
dix

C dix
dit
reg

do
dici
mo
nub
bra

A ficis fructus contubernio : qui quatuor annis illum superuixit, & cum vixisset 464. annos vita functus ibi est.

CAPVT VI.

De peregrinatione & virtutibus Isaac,
& de loco ac modo quo Rebecca
consuluit Dominum pro infantibus
in eius utero pugnantibus.

B PRIMò consideratione dignum est, quod
quintodecimo post mortem Abrahamæ pa-
tris anno Isaac nonagenarius orta fame in
regione in qua manebat, statuit ire in Æ-
gyptum cum vxore Rebecca, sed impeditus
à Deo est; qui non vult eum alibi multipli-
care tabernacula & loca sacra, quàm in illa
terra in qua iam ei dixerat vt habitaret, nem-
pe in Chanaan. Sic enim intelligendum cen-
seo illud ei dictum: *Quiesce in terra quam
dixero* (in Hebr. est futurum pro præterito
C dixi) & *peregrinare in ea*^a. Ratio mox sub- a Gen. 26. 2.
ditur: *Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas* 3.
regiones has.

Iuuat autè scire vbi habitabat Isaac quan-
do ista orta est fames. Si terra Australis que
dicitur puteus viuientis & videntis, & in qua
morabatur quando cum Rebecca iniit con-
nubium^b & etiam post mortem patris A-
braham^c, eadem est cum terra Australi iux-
11.

- a Gen. 10. 1. ta Geraram^a, vt existimare videtur Hiero- A
 bin Tradit. nymus^b, & in qua erat locus qui duplici
 iuramento seu fœdere inito ab Abrahamo
 cum Rege Geraræ Abimelech dictus est Ber-
 fabee, vt vidimus in præcedenti capite, ve-
 rissimile non est ibi habitasse quando pro-
 pter famem iter aggressus est versus Ægyptum
 & abiit ad Abimelech regem Palestino-
 rum in Gerara^c. Ista enim verba non proximi-
 mum Bersabee, sed remotiorem locum in-
 dicant. Deinde non interrogatus fuisset à viris
 loci illius (Geraræ) super uxore sua, nec igno-
 rasset Rex Rebecam non sororem sed vxor- B
 em Isaac esse^d, quam ex vicinitate optimè
 nouisset. Adde quod cum dicitur quod Abi-
 melech prospiciens per fenestram vidit eum
 iocantem cum Rebecca, idque cum ibi mora-
 tus fuisset per dies multos^e, denotatur quod
 ipse velut peregrinus & transiens morabatur
 in ciuitate, quod non fecisset si proximum
 tunc in Bersabee habuisset domicilium. Pro-
 inde censeo locum Bersabee prope Gera-
 ram non illum esse qui dicitur puteus viuen-
 tis & videntis, licet vterque sit in Australi
 plaga terræ Chanaan, sed istum, in quo Isaac C
 ante, & post mortem patris habitabat à ciui-
 tate Gerara aliquantò distantiore versus
 desertum Sur extitisse: ex quo, orta fame,
 iter aggressus vt iret in Ægyptum transiens
 per Geraram, relicta Bersabee (fortasse ne
 suis affeculis fame etiam vexatis molestus es-
 set) mansit in ciuitate per multos dies. Vbi
 apparuit ei Dominus, & ait: *Ne descendas in
 Ægyptum,*

Locus Ber-
 sabee dictus
 non est locus
 putei viuen-
 tis & viden-
 tis.

A *Egyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi: & peregrinare in ea*^a. iuxta Hebr. *peregrinare in terra hac.* Cui mandato obtemperans mansit in Bersabee, in qua pater eius manserat spatio 30. annorum. Et hoc volunt ista verba: *Sevit autem Isaac in terra illa, &c. habuit quoque possessiones ouium & armentorum & familia plurimum. Ob hoc invidentes ei Palestini omnes puteos quos foderant serui patris eius Abrahæ (cum videlicet esset in Bersabee) illo tempore (quo ibi manebat Isaac) obstruxerunt implentes humo.* Qui etiam à Re-

a Gen. 26. 2.

B ge coactus est inde discedere ad torrentem Geraræ: vnde iterum exiens ad locum Bersabee regressus^b, & ad mortem vsque moratus est. Itaque saltem à quadagesimo vitæ suæ anno, quo Rebeccæ matrimonio iunctus est vsque ad 90. circiter annum, quo ista in Geratis & Bersabee mora contigit, hoc est spatio 50. annorum habitauit Isaac in loco iuxta puteum viuentis & videntis: & deinceps in Bersabee vsque ad mortem, hoc est spatio 90. annorum. Sed ad priora vitæ eius tempora redeamus, & quædam de illo celebriora notemus.

b ibid. 7. 23.

Cùm esset annorum circiter 25. quinto à morte Melchisedecis (qui Rex Ierusalem & summus Ecclesiæ Dei Pontifex solebat offerre Deo Altissimo panem & vinum in sacrificium, quod erat figura sacrificij incruenti corporis Christi sub speciebus panis & vini) Isaac figura fuit Christi in multis.

te Moria ligatus ipso etiam consentiente & A
 incredibili animi fortitudine seipsum dispo-
 nente ad mortem, ferè iugulatus à Patre &
 immolatus est: vtriusque sacrificij figura or-
 dine, loco & tempore responderet veritati,
 qua Christus in eodem loco primò quidem
 incruentè, & paulò post cum proprij effu-
 sione sanguinis seipsum hostiam Patri ob-

*Eliezer cur
 eligitur pro-
 nubus ma-
 trimonij
 Isaac.*

*a Galat. 4.
 23.28.29.*

*b Gen. 24.
 63.
 c in Tradit.*

*d Gen. 15.5.
 17.*

tulit in sacrificium. Aliud quoque notan-
 dum, quod cum esset quadragenarius, Elie-
 zer Damascus non sine mysterio eligitur ab
 Abrahamo in mediatorem & pronubum
 coniugij Isaac cum Rebecca. Conueniebat B
 enim vt ille qui erat *filius domus vricee*, &
 secundum spiritum in Domino genitus ab
 Abraham, matrimonij eius qui ab Aposto-
 lo ^a dicitur filius secundum spiritum, tracta-
 ret negotium. Tertio notandum, quod Isaac
 paternæ doctrinæ, ac filiorum Dei adhærens
 exercitijs, orationi & frequenti meditationi
 vacabat. De quo scriptum est: *Egressus fue-
 rat* (tempore aduentus futuræ sponsæ Re-
 beccæ) *ad meditandum in agro, inclinata iam
 die* ^b. *Significat*, ait Hieronymus ^c, *secundum
 illud quod Dominus orabat in monte, etiã Isaac* ^C
*qui in typo Domini fuit, ad orationem quasi vi-
 rum iustum domo egressum, & vel hora nona,
 vel ante Solis occasum spiriuales Dei victimas
 obtulisse. Patrem, scilicet imitabatur, cui Deus
 in forma lampadis ardentis apparuerat, cum
 eduxisset eum extra tabernaculum in agro:
 & cum occubisset Sol* ^d. *Quarto, depreca-
 tus est Isaac Dominum pro vxore sua eo quod
 esset*

A esset sterilis : qui exaudivit eum & dedit conceptum Rebecca ^a. De qua subdit Moyses : Sed ^a Gen. 25. collidebantur (al. colluctabantur) in utero eius ^{22.} parvuli, quæ ait : Si sic mihi futurum erat , quid necesse fuit concipere ? perrexitque ut consuleret Dominum.

Quantò autem in hoc loco atque in aliis multis concisior ac brevior est Moyses : tantò magis suis temporibus tritam & omnibus quibus ista scribit cognitam rem fuisse iudicare debemus. Nostrum est ea quæ tot retro sæculorum elongantur interstitio , tamque **B** multiplici rerum vicissitudine velut opaca caligine nostris teguntur obtutibus , quantum possumus, elucidare. Et primo, *Consulere Dominum quid sit.* Consulere Dominum nihil aliud est, quam in rebus dubiis diuinum oraculum sciscitari, & consilium ab ipso Deo petere, vel mediatè per sacerdotes, prophetas, & alios, quos Deus ad hoc sibi facit familiares: vel immediatè per seipsum. Quo nihil frequentius in Scriptura ^b. Et hoc est quod ^b Num.7. Strabo ^c scribit de Moysè , *προσδοκᾶν δεῖν* ^{89.9.8.} *θεῶν & δῶρον αἰετι & σημεῖον τὰς σωφρο-* ^{Iudic.18.5.} ^{10.18.} ^{1.Paral.10.} ^{14.} ^{2.Par.18.4.} ^{32.31.} ^{Osee 10.12.} ^{& alibi.} ^{c lib.16.} *νας ζῶντας, & μὴ δικαιοσύνης τῶς δι' ἄλλης μὴ προσδοκᾶν.* Docebat eis qui castè ac iustè viuunt bona somnia offerri ; debere itaque pro se & pro aliis eos dormire in templo , & à Deo subinde aliquod donum aut signum expectare , ceteris nihil sperandum. Quid ergo mirum si Moyses, qui iuxta quod per traditionem didicerat, suos docebat Israëlitas, tam per se quàm per alios dormiendo in templo, seu adyto

tabernaculi oracula à Deo sciscitari, nunc A
tam breuiter de Rebecca dicat; *Perrexitque*

*Quo in loco
Rebecca con-
sultit Do-
minum.*

ad consulendum Dominum? Si per alios hoc
fecit sancta mulier, an iuit in Ierusalem ad
Melchisedech, vt volunt apud Lipomanum
Eusebius & Gennadius, item Theodoretus
ex relatione quorundam, Procopius, Co-
mestor, Lyranus, Abulensis, & Genebrardus
idem ex Hebræorum traditione referunt?
At certè obierat iam Melchisedech à 40.
annis. Potuit ire vel in Hebron ad ipsum
Abraham mariti patrem, vel potius ad He-
ber tunc summum Pontificem, ibidem com- B
morantem. Sed vnde constat, dicit Salia-

a An. mudi
2198. n. 5.

nus^a, ipsum tunc in hisce terris Chananæo-
rum habitasse? Iam supra vidimus fuisse ca-
put sodalitatis Hebræorum, in quibus re-
mansit lingua sancta & vera religio post
diuisionem linguarum: deinde Sem esse Mel-
chisedech, qui & rex Ierusalem & summus
Pontifex fuit. Proinde decuit vt sicut iste
mansit inter Chananæos ad obeundum mu-
nus suum in terra promissionis: sic ille ad
conseruandum filiorum Dei & Prophetarum
sodalitium in eadem regione maneret, in C
qua semper remansit vera religio. Deinde
censeo omnes illos Patriarchas, quorum an-
nos tam exactè numerat Moyles, mansisse
vel in Mesopotamia, vel in terra Chanaan,
in quibus regionibus facilè fuit illorum an-
nos vel scripto, vel per traditionem retinere.
Et hæc fortasse causa est, cur secundus Cai-
nan non annumeratus est à Moyse post pa-
trem

*Cur secundus
Cainan à
Moyse nõ est
suo ordine
positus in
Genesi.*

A tre

An

fui

nã

per

in

Pa

tab

illa

non

dor

tia

B cum

&

fent

rio

dibi

mo

iter

ber

scisc

dest

C

asser

Canti

Mel

tur,

tas

quan

fami

appa

coru

lierib

A trem suum Arphaxad: quia cum iuisset in Armeniam, ut diximus ^a, ibique mortuus ^a lib. 2. c. 7. fuisset, numerus annorum eius sciri in Chanaanæ non potuit. Potuit igitur Rebecca perrexisse ad Heberem summum Pontificem in Hebron: Verum, ait Theodoretus ^b, cum ^b quæst. 72. Patriarche consueuissent in locis in quibus habitabant coæstruere altaria quedam, verisimile est illam ad unum ex istis supplicasse Deo, & ita nouisse quæ futura erant. Eadem videtur Diodori Tharsensis, & Procopij Gazæi sententia, cum aiunt Rebeccam recepisse se in locum cum aliquem secretum domi orandi causa, & ibi consciam factam futurorum. Quæ sententia probabilior quoque visa est Pererio, Del Rio, & Saliano ^c: qui meritò creditibile non existimat Rebeccam cum magna molestia ferentem vterum tridui emensum iter & arduum ascendisse montem, cum haberet in promptu, vbi diuinum oraculum sciscitaretur, nullo adhuc loco in id munus destinato.

Quibus vltimis verbis minimè possum assentire: tam propter illa quæ diximus ^d de d lib. 1. c. antiquitate templorum, & de valle Regis Melchisedecis ^e quæ est *Raphaim* sæpe dicitur, quos plerumque diximus fuisse Prophetas per quos Dei consulebatur oraculum: quàm ob id quod Deus tam sæpe, tamque familiariter illis temporibus loqueretur & appareret non solum Patriarchis, sed etiam eorum vxoribus, inò inferioris ordinis mulieribus ^f. Et cum Moyses de consulendo ^f Gen. 21. 17.

Deo tanquam de re tunc trita loquatur: cum A etiam non minùs ad hoc à primis mundi sæculis ordinati sint prophetæ, quàm sacerdotes ad sacrificium offerendum, videamusque in libro Iob ^a, qui longè fuit ante Moysen, plerumque de oraculo Dei consulendo mentionem fieri, vigeretque illis locis & temporibus verus Dei cultus, vt ex præcedentibus constat: extra omne dubium est, quod sicut fuerunt tunc quidam homines prophetæ, per quos Deus interrogaretur, seu consuleretur: ita & quædam sacra loca ad hoc ordinata. Si autem quærat^rur quænam B illa fuerint: dico fuisse tabernacula & alia loca sacra, in quibus Prophetæ & filij Dei inuocabant nomen Domini: vt in præcedentibus Abrahamum plerumque fecisse vidimus. Quemadmodum postea Moysis tempestate oraculum Dei erat in tabernaculo: in quo præsertim inuocabatur nomen Domini. Imo, tabernaculum Moysis factum est ad instar illorum, quæ prius ex Patriarcharum traditione erant in vsu. Vt patet de illo quo utebatur Moyses antequam Deus ordinaret illud magnificum quod fecit Beseleel: C in illo Aaron manna reseruandum posuit coram Domino ^b: in illo Iethro sacerdos obtulit holocausta, & cognato suo comedit coram Domino ^c: in illo Moyses Dei leges ac præcepta populo ostendebat: ibi referebat ad Deum populi petitiones, & Dei responsa reddebat: ibi denique Dominus cum Moysè facie ad faciem loquebatur, sicut solet loqui

a cap. 4. 13.
14. 15. 15. II.
33. 15.

A primis temporibus fuerunt quædam loca sacra ad consulendum Deum.

b Exod. 16.
33.

c Exod. 18.
12.

A loqu
Mo
nub
&
loc
lere
fan
cer
num
opt
tuar
eade
B locu
dest
bern
eius
Don
dar
renc
fuler
cie a
Abr
qui
sue
C iuue
gios
nube
stea
Nam
prop
tequ
come
facri

A loqui homo ad amicum^a. Illud Iosue minister
 Moyſis, quaſi ædituus obſeruabat; in illud
 nubes inſidebat, ſicut poſtea in maius illud
 & auguſtius tabernaculum. Talis ergo erat
 locus, quem adiit olim Rebecca, vt conſu-
 leret Dominum dum pugnam duorum in-
 fantium in vtero ſuo ſenſiſſet: locum ſcili-
 cet cultui diuino deſtinatum, vbi & diui-
 num reſponſum accepit, ait Salianus^b: Sic
 optimè & ſapienter, vir doctiſſime, reducis
 tuam memoriã, qua lapſus prius agens de
 eadem Rebecca, dixerat, nullum tunc adhuc
 locum ad ſciſcitandum Dei oraculum fuiſſe
 deſtinatum: ac per te habeo intentum, ta-
 bernacula illa, quæ vel Abraham, vel nepos
 eius Iacob erexerunt ad inuocandum nomen
 Domini ordinata eſſe ad ſacrificandum, ad
 dandum leges & præcepta populis, ad refe-
 rendum populi petitiones ad Deum, ad con-
 ſulendum eius oraculum, ad loquendum fa-
 cie ad faciem (vt de Iacob legimus^c, & de
 Abraham cogitare poſſumus) ſicut ſolet lo-
 qui homo ad amicum. Quæ (vt poſtea Io-
 ſue Moſaicum) Iacob, quaſi ædituus adhuc
 ciuuenis ſeruauit videtur, qui *ſimplex*, ac reli-
 gioſus, *habitabat in tabernaculis*^d: in quæ
 nubes inſidebat diuinæ maięſtatis, ſicut po-
 ſtea in Beſeleelis auguſtum tabernaculum.
 Nam & in turbine ſeu nube Iobo ſociiſque
 prophetis Deus loqui ſolebat^e 67. annis an-
 tequam naſceretur Moyſes. Iſta omnia, vt
 comedere coram Domino, id eſt, participare
 ſacrificiis, *ambulare*, id eſt, miniſtrare coram

a Exod. 33.

11.

Tabernacu-
lorum, ſacro-
rum antiquæ
forma,

b An. mūdi

2544. n. 668

c Gen. 32.

31.

d Gen. 25.

27.

e Iob. 38. 13

40. 1.

^a Gen. 5. 11. *Domino*^a, & alia multa sub hac phrasi con- A
24. 6. 9. 17. 1. tenta fiebant in illis tabernaculis: non co-

ram arca, quæ nondum erat, & coram qua
aliquid facere dicebatur fieri coram Domi-
no, quem repræsentabat: sed coram ardenti
^b Job 12. 5. lampade, quæ *Lucerna Dei* vocabatur^b, eo
18. 6. 29. 3. quod symbolum esset diuinitatis, vt antea
^c cap. 4. vidimus. Quo igitur perrexit Rebecca ad
consulendum Dominum? Non aliud quam
ad adytum & sacrarium ipsius tabernaculi,
quod de more vel pater Abraham, vel ipse
Isaac fixerat in loco iuxta puteum viuientis
& videntis in terra Australi vbi tunc ipsa B
manebat, vt nuper vidimus.

Sed quo ordine quoue modo se habuit ad
consulendum Dominum? Hoc quærere nul-
latenus curiosum est, aut superuacaneum: sed
potius vtilitatis plenum ac pernecessarium
ad multorum Scripturæ locorum intelligen-
tiam, quæ vsque nunc (ausim dicere) iacue-
runt in tenebris. Ad hoc autem quæsitum
respondet per alium Abulensis, per se non
audens tam inaudita proferre. *Secundum Scho-
lasticam historiam*, inquit, *dicitur quod Rebec-
ca iuit ad montem Moria, quem locum sanctum C
esse credebat, vbi Abraham altare struxerat cum
voluit immolare filium: & factis ibi victimis in
holocaustum posuit se super pelles sacrificiorum
ad dormiendum, vt in somnis à Deo veritatem
audiret sicut contingebat multis prophetis. Et ne
phantasticis somniorum illusionibus falleretur sed
à Deo nuda veritas patefieret (iuxta morem Gen-
tium) folia lauri, qua tripodes vocant, & folia*

*Quo pacto
Rebecca con-
suluit Deū.*

A *agni casti, quæ est herba somniorum obuians phan-*
tasi capiti suo supposita: & sic dormiens à Deo
responsum accepit quod sequitur &c. Hactenus
 Abulensis. Sed iure Rebecca sanctissima mu-
 lier, sanctissimique vxor patriarchæ, cuius
 meritis & intercessionibus ex sterili facta
 sæcunda est, sic mihi videtur conuenire posse
 Comestorem, auctorem, inquam, historiæ
 scholasticæ. O Comestor, à temetipso hoc
 non dicis; sed alij tibi dixerunt de me: at in
 hoc pessimè, vt non solum adhuc viuentibus
 Hebere summo Pontifice & Abrahamo patre
 B sponsi mei: sed præterea simul in Hebron, id
 est, non longè à nobis habitantibus Abra-
 hamo, inquam, patre fidelium & fidei no-
 stræ, omnis virtutis exemplari ad hoc in mun-
 dum à Deo misso, & præsertim in istas regio-
 nes, vt verum Dei cultum confirmando, &
 filiorum Dei ac prophetarum institutum pro-
 pagando & illustrando, omnem idololatriæ
 ac superstitionis aditum præcluderet, veram-
 que pietatem, in omnibus quidem, sed im-
 primis ac potissimum in vnico filio suo di-
 lectissimo Isaac sponso meo, in quo omnes
 C gentes benedictionem accepturæ sunt, ex
 quo idolorum destructor acerrimus ac totius
 mundi Redemptor ac reparator Christus fi-
 lius Dei nasciturus est, medullitus infereret,
 tantam ego voluerim impietatem admittere
 vt consulendo Deum, Deum ad iracundiam
 prouocarem & spurcissimis gentilium me
 polluerem inquinamentis? Sic optimè & iu-
 stè Rebecca: quæ propterea nihil prorsus

veri Dei cultus didicit à Paganis, aut discere A
 potuit, quorum superstitio nondum in Cha-
 naan radices egerat, vt iam notauimus ^a: sed
 potius Pagani longè posterioribus sæculis
 quæ nunc ipsa piè vsurpat ad consulendum
 Deum, iniquè & impiè ad sua quæritanda
 assumpserunt falsa oracula. Dormiuit ergo
 Rebecca super ramusculos arborum, vel e-
 tiam lauri & agni casti ad veri Dei quæren-
 dum oraculum, ibique dormiens responsum
 quale in Genesi ^b legimus, accepit. Nihil ta-
 men in hoc superstitionis admixt, vt mox
 apparebit.

a lib. 2. cap.

11.

Rebecca dor-
 miens super
 ramusculos.
 ad consulen-
 dum Deum
 nihil fecit
 superstitiosè
 b cap. 25.

C A P V T V I I .

*Quod Rebecca dormiens super ramuscu-
 los ad consulendum Deum rem tunc
 à Prophetis & præsertim ab Abra-
 ham fieri solitam effecerit.*

Diuinæ gloriæ æmulus diabolus proprios C
 Deo & ab ipso sibi præscriptos honores
 semper vsurpare studuit vt specie falleret
 pietatis. Et tantò id libentius fecit & faciliùs
 quantò in sacris litteris sub breuitatis stylo
 & obscuritatis inuolucro antiquos ritus ac
 mysteria profundius videbat abscondita: quo-
 rum veritatem facile sub fabulis occultare ac
 deturpare posse putabat. Cuius veritatis lu-
 men

A mē
 Ge
 ex
 tab
 Et
 ex
 po
 pro
 uer
 fig
 mo
 tiue
 B dit e
 pent
 sacr
 dere
 bus
 effen
 tum
 test,
 lebat
 pter
 Solem
 Beda
 C nesti
 vel e
 betur
 In
 fuit r
 arbor
 phicu
 næur
 aurea

A mē propinquieribus Christi sæculis ipsorum Gentilium perstrinxisse videtur oculos, cūm ex libris legis (id est, ex sacra Scriptura) scrutabantur similitudinem simulachrorum suorum^a. Er hoc est quod Tertullianus^b docet, illos ex iisdem Deos suos hausisse. De Theopompo & Theodecto Iosephus^c memorat in profana ex sacris multa transcripsisse. Vniuerse Rupertus^d admonet, atque per Saram significatum, quod ætate iam senili adeo formosa esset, vt eam alienigenæ vxorem appetuerint^e. Sed specialiter Clemens Alex.^f tradit ex serpente qui decepit Euam cultum serpentum deduxisse, ac *Euam* proclamasse in sacrificiis cum coronati serpentibus procederent. In alterius Clementis Recognitionibus^g narratur de Simone Mago, quod multi essent Dij ipsam illum legem docuisse, causatum esse. Idem de igne perpetuo censeri potest, ob illum quem Deus iugiter ante se volebat ardere. Idem de Solis quadrigis propter illas Eliæ, qui nomine ipso refert ἡλιον *Solem*, vt obseruat Chrysostomus^h Seduliusⁱ Beda^k. Idem de sortibus Virgilianis ac Prænestinis. Idem de nomine ipso *Iouis ex Iehoua*. vel etiam ex Elohim numeri pluralis πολλοῦ-βίαι, & de multis aliis.

Inter quæ celeberrimus ac creberrimus fuit ritus consulendi Deos cubando super arborum ramusculos, Vnde Tripus ille Delphicus seu Apollinis, & oraculum Dodonæum in Epiro, ad quem pertinet cortina aurea, quam Am. Marcellinus^l vocat *men-*

Mysteriorum
sacrorū ve-
ritatem cur
& quomodo
Satan stu-
dit sub fa-
bulis abscon-
dere.

a I. Macab.
3.48.

b lib. de ani.
ma cap. 2.

c Antiq. lib.
12. c. 2.

d lib. 6. in
Genesis c.

15.
e Genes. 20.

2.
f in Paræ-
nesi.

g Lib. 1.

h Hom. 2.
de Ascensio-
ne.

i in Carmi-
ne.

k quæst. 28.

l in lib. Re-
gum.

fulam instructam ad cortina similitudinem de A

a Cap. 65. 4. *laureis virgulis.* Similiter quod apud Esaiam^a legimus Gentiles dormire solitos in psychomantæis^b, hoc est, in quibusdam templorum suorum locis, in quibus fiebat vaticinatio, & hauriebant responsa per somnium, verbi gratia in templo Serapidis, seu Platonis, ut modum discerent quo liberarentur à morbis^c. Item Cicero^d ait, Termancum quendam Elysiū, quum grauius filij mortem mœreret, venisse in psychomantæum quærentem quæ fuisset causa tantæ calamitatis. Et ut de aliis rebus cognoscerent. Ut in templo^B

e 1. de diuina. de Sparano magi. stratu. f Pausani. in Bart. g Strabo. lib. 6. h in Ædesio. i Æneid. 7. x in cap. 65. Esa. l cap. 9. 10. 11.

Æsculapij^e Pasiphaes^f, Amphiarai Calliæ in monte Gargano^g. Et de Ædesio testis est Eunapius^h: de Latino Rege Virgiliusⁱ. De qua consuetudine Cyrillus Alex. & Hieronymus^k, qui meminit de cubatione super stratis pellibus hostiarum, & quod suomet tempore in fano Æsculapij Ethnici idem factitarent. Leo vero Castro citat Pomponium, aliosque Geographos eadem tradentes de Lybiis, siue Africanis. Pluribus etiam aliis testimoniis idem ostendimus postea^l.

Quanto autem ista sciscitandi à Diis responsa consuetudo, ritus ac modus frequentior & vsitatior reperitur apud auctores tam sacros, quàm profanos: tantò credibilius sit, vnam fuisse ex præcipuis ceremoniis, quam veri Dei simia diabolus ex sacris veræ religionis ritibus furari voluit. Quemadmodum de multis aliis constat, utpotè de lucis excelsis, altaribus, sacrificiis & aliis quæ longum

Modus oracula consuetudi apud Gentiles ex sacris scripturis ortum habuit.

A gu
pt
me
me
no
ba
sic
po
De
ran
bre
Ne
B sop
pro
bra
ren
arb
qui
sibi
car
sibi
A
Vbi
C dæc
sibi
A
Not
pres
ipse
dixi

A gum esset deducere. Insignis de hoc Scripturæ locus est iste iuxta Hebræum: *Et ad me verbum furtiuè dictum est: suscepit auris mea pusillum ex eo, in ramusculis à visionibus noctis, in cadere soporem super Enoscim*^a. Verba sunt Eliphasis prophetæ apud Idumæos sicut Iob: quæ protulit annis circiter 193. postquam Rebecca pro infantibus consuluit Dominum. Quibus intendit probare, se veram à Deo reuelationem accepisse: cuius breuiter quatuor describit circumstantias. Nempe quod noctu; quod tempore grauis soporis, vt solet euenire Enoscim, id est, prophetis, iuxta notata prius^b de sopore Abrahami; quod tenuissimo susurro & ad aurem; quod denique sibi super ramusculos arborum decumbenti factum est. Susurrum quidem velut se exponendo vocat postea *sibilum aure tenuis*: quod Ethnici postea vocarunt, *poppysma*, à verbo ποπίσω quod est sibilu.

a Iob. 4. 12.
13.

b cap. 3.

Sibilus aure tenuis apud Gentiles dicitur poppysma.

— sortes ducet frontemque manumque

Præbebit vana crebrum poppysma petenti.^c

c Iuuenalis
Satyr. 6.

Vbi Iuuenalis alia quædam habet de hoc Iudæorum ritu, & præsertim de isto ad aurem sibilu, ac de decubatione super ramusculos.

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem

Interpres legum Solymarū & magna Sacerdos

Arboris ac summi fida internuntia coeli.

Notandum autem quod Sacerdos & interpres legum Solymarum, id est, Iudæorum, ipsemet est Moyses, de quo nuper^d Strabo dixit quod decubationes in templo (id est,

d in præcedenti cap.
taber

tabernaculo) docuisset Iudæos. Ille ergo A
 Moyses, inquit Iuuenalis, mendicat ad au-
 rem fida internuntia arboris & cæli: hoc
 est, oracula cæli per arborem. Sed quomo-
 do hoc fit per arborem? Dicat Claudianus,

a in Paneg.

— *Cæsa Tomini Iouis augure luco*

Arbore præfaga tabulas animasse loquaces.

Quid autem aliud sunt istæ tabulæ loqua-
 ces, quàm mensæ instructæ ad cortinæ simi-
 litudinem ex virgulis laureis, de quibus nu-
 per Ammianus Marcellinus? Nihil, inquam,
 aliud sunt, quàm illi Tripodes, quos vocant

b Æncid. 3.

Apollinis, qui teste Seruio ^b, erant mensa in B

templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ

c lib. 9.

Phæbades vaticinabantur. Explicat Strabo ^c,

Oraculum, inquit, Apollinis aiunt esse specum
 altissimè depressum adito non admodum lato.

Ex eo spiritum efferrî furoris diuini efficacem:

supra spiraculum tripodem situm sublimem: quo
 conscenso Pythiam, ubi spiritum exceperit, versa

solutaque oratione sortes pronuntiare, &c. Ista
 sunt clathra, seu cancelli ex ramis arborum

d Ps. 67. 14.

texti: de quibus Psaltes ^d, Si dormiatis inter
 duos cancellos, &c. Sed quia ista amplius ad-
 huc, opportuniisque declaranda sunt, redeo C

ad ramusculos Eliphaz: cuius sicut & Re-
 beccæ temporibus forsitan rami arborum,

super quos Prophetæ cubabant nondum in
 modum cancelli intexebantur: sed simplici-
 ter super terram, vel super lectum decum-
 bentis spargebantur. Sed profecto vox He-
 bræa, qua vsus est Eliphaz notanda est, nem-
 pe

סֵבִיפִּימ Seghiphim, quæ teneras arborum
 extre

A extremitates importat, & in alio eiusdem
libri loco in nostra editione latina verti- a *Iob. 10. 2*
tur *cogitationes*. Quo passim modo sumitur
ac transfertur ab aliis expositoribus in ver-
bis Eliphazis: quasi per metaphoram cogi-
tatio fit ramus cordis. Ideo Pagninus trans-
fert, *inter cogitationes quae oriebantur è visis*
nocturnis. Altius tamen deducenda videtur
ista translatio. Pomponius enim Sabinus ex-
ponens illa verba

— & *mugire adytis cortina reclusis* ^b. b *Æneid. 3.*

notat veteres Latinos *cortinare* dixisse, pro

B *cogitare*; & *cortinionem*, pro *cogitatione*: à no- *Cortinare*
mine *cortina*, quod significat tabulam super *pro cogitare*
impositam Tripodibus Apollinis, quibus ora- *& ramuscu-*
cula reddebantur. Cum autem ista tabula sit *li pro cogi-*
tationibus.

clathrum ex ramusculis contextum, super
quod veri Dei propheta decumbebat, ut ora-
cula sciscitaret, ut dictum est: quis non per-
spicit antiquos illos Latinos imitari voluisse
sacros scriptores Hebræos, apud quos vide-
runt ramusculos super quos prophetae de-
cumbebant, & sanctas cogitationes, seu re-
velationes, quas per illos quodammodo

C hauriebant, eodem appellari nomine? Sic
per illam vocem alius Propheta nomine So-
phar dixit Iobo: *Idcirco cogitationes meae va-*
rie succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur ^c. c *Iob. 10. 2.*

Quod nos sic bene ad verbum reddidisse pu-
tamus: *Ad reſtitutionem reuelationes meae reſ-*
pondere facient me, & propter excitare meum
in me. Paraphrasis autem nostra sic habet:
Reuelationes mihi à Deo factæ non patientur me
aliud

aliud tibi respondere, quam quod rectum est, & A
iuxta internam Dei quam in me sentio mentio-
nem. Alia quæ de hac ipsa voce dicere posse-
mus sponte relinquimus, vt de ramusculis
lauri super quos specialiter dixerat Come-
stor Rebeccam recubuisse, pauca dicamus.

a lib. 50.

Lauri in ra-
musculis cur
propheta de-
cumbent.

Pierius in Hieroglyphicis a legisse asserit
apud Serapionem Ascalonitam lauro ad dor-
mientium caput apposita vera videri somnia
idipsumque Antiphonem, Philocrum & Ar-
temonem, qui de somniorum interpretatio-
ne scripserunt, asseuerasse testatur. Et adfert
Eustatij interpretamentum, qui Daphnem B
ideo dictam ait, quod δα intentionis particu-
la, & φανέν, quod loqui & cauere est, in
compositionem accedant. Apud Hesiodum
interpret Theogoniæ laurum ait ἐνεργεῖν ἀφ' ὅς
τῆς ἐνθεσιασµαίς, efficacem esse ad afflatum poë-
tici furoris. Vnde Tripodes Apollinis cir-
cumamicti lauro: vt patet ex eo quod ille
per Pythiam ex coronis respondere dicitur
b in Pluto. Aristophanes b

τί δ' ἄνδ' ὁ φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν σεµμάτων.

Quid porro Apollo sortitus est ex coronis.

Vbi Scholiastes, ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνη ἦσαν C
ἰσεµµατοῖς, Quandoquidem Tripodes erant lauro
coronati. Videamus ergo quid de hoc Scrip-
tura nobis indiget. Et quidem adduci pos-
sunt illi duo Psalmorum tituli, in quibus
duo insignes cantores, qui & Prophetæ vi-
dentesque in sermonibus Domini appellantur,
Eman & Erhan, vocantur Efrahita, quasi di-
ceres Laurati, vel Laurentij. Prior titulus
affigitur

A affi
in j
telle
Pla
ro
lent
in c
Inte
nific
sum
& E
quib
B cur
perit
varia
Grae
alicu
Israe
sed v
ietan
Ezra
sicut
Vatal
credi
C id fib
Hem
priun
zaria
stirpe
vix a
gitur.

A affigitur Psalmo 87. & talis est: *Filius Chore in finem, pro Mabeleh ad respondendum, intellectus Eman Ezrahita*. Alter est in sequenti Psalmo 88. in quo specialiter agitur de choro filiorum Dei, id est, Prophetarum psallentium in quorum medio apparebat Deus in columna nubis ^a. Huius Psalmi titulus est, *Intellectus Ethan Efrahita*. Et in utroque significatur psalmum cantari debuisse ad sensum, seu mentem & intelligentiam Emami & Ethani. Idemque dicendum de aliis, in quibus præponitur ista vox *intellectus*. Sed

B cur isti duo viri vocentur Ezrahitæ vix reperitur qui exponendo plene satisfaciatur: & variat admodum huius nominis lectio apud Græcos, quos Latini sequuntur. Græcè enim alicubi legitur *αμαν τῷ Ἰσραηλίτη*, *Aman Israëlita*: alij legunt *Iezraélite*, alij *Iezraitæ*: sed vera lectio & germana est *Ezrahita*. Caietanus post alios Hebræos apud Lyranum, *Ezrahitam* nomen patriæ *Ezrai* vult esse, sicut *Anathothites* Ieremias cognominatur. Vatablus & Sa, ante quos Græcum, quem credit Agellius, Eusebium, dicentem citat

C id sibi traditum ab Hebræo quodam, quia Heman, erat filius Ezræ. At nomen proprium huius prophetæ scribitur *עזריה* *Ghazariah*, vel *עזרה* *Ghezra*; illud verò nomen *עזרה* *Ezrahhi*, id est, *Ezrahita*. Alij quasi stirpem & originem aliorum multorum, quia *עזרה* *Zarahh* oriri est. Alij alia dicunt: sed vix aliquid ex eorum dictis solidum colligitur. Ego quod sentio verisimillimum libenter

^a Psal. 88. 7. & 8.

benter dixerim. Puto hoc nomen appella-
 tiuum esse, ac cōmune tam Heman & Ethan
 quàm aliis, & deriuari ab עֲרָבָה *Ezrahb*, quod
 arborem significat, quæ ob suam pulchritu-
 dinem & virorem manifesta est, inquit Rab-
 bi Kimhi, quam alij laurum esse dicunt, etiam
 in illo Psalmistæ^a: *Vidi impium super exalta-
 tum, & eleuatum sicut cedros Libani: iuxta
 Montanum & alios, terrificum & diffunden-
 tem se sicut laurus viridis. Nomen ergo Ez-
 rahita deducetur ab Azrahb, quod est Lau-
 rus: quasi diceres Laureatus, vel Laureosus,
 vel etiam Laurentius, vel utens lauro. Quem
 admodum apud Ethnicos Vates dicebantur
 Δαφνιφάγοι, id est, Lauri manducatores: non
 solum eo quod ille dixerit,*

————— *laurumque momordit*
 & Sybilla apud Tibullum

————— *sic vsque sacras innoxia lauros*
Vescar:

Verum etiam ex Sophoclis Cassandra de va-
 te dicentis δάφνιν φάγων ὀδύνην πείρο, Lau-
 rum dente comedens vendebat sermonem. Si-
 militer Heman & Ethan cognominabantur
Ezrahite, id est, *Laureosi*, vel *Lauro vtenes*,
 eo quod essent Consultores seu prophetae,
 & tanquam huiusmodi solerent decumbere
 super lauri ramusculos vel super clathra lau-
 ri ramusculis intertexta, vt puriora essent
 eorum somnia: in quibus Deus voluntatem
 suam ostendebat & manifestabat eis. Quod
 inde colligo, quia Heman appellatur *videns*
Regis in sermonibus Dei^b. Quasi diceret: Erat
 propheta,

^a Ps. 36. 35.

^A lauri ra-
 musculis qui
 dam propheta
 dicebatur
 Laurenty.

^b 1. Paral.
 25. 5.

A p
 R
 D
 ft
 ba
 ex
 di
 qu
 qu
 vi
 nu
 opa
 B vel
 me
 ora
 app
 per
 resp
 tell
 tur
 testi
 con
 Lau
 cum
 C caba
 verò
 88. o
 vt v
 Rebo
 rit su
 faciel
 laure
 & ab

A propheta, qui solebat pro Rege, vel cum Regis urgebant negotia, consulere quid Deus per oraculum responderet. Idem existimo dicendum de Ethan, qui eodem dabatur cognomine. Quæ expositio roboratur ex eo quod apud Lombardum citantur codices habentes Græcè *αἰθάμ τῶ ὀρακλήτη*: quod ultimum nomen verbale est, videturque formari ex duobus verbis *ὀράω*, id est

video, & *κλιπέω*, hoc est testimonium denuntio, testis sum in ius vocationis. Et ita *ὀρακλήτης* idem valeret ac *videns testimonium*, *Oraculi nomine unde dictum.*

B vel *testis videns*. Vnde sumptum existimo nomen Latinum *Oraculum*, potius quàm ab oratione: licet Tullius dicat oracula ex ipso appellata, quo inest Deorum oratio. Nisi a in Topi-
cia

per orationem Deorum testimonium seu responsum oratione & verbis redditum intelligamus. Heman ergo & Ethan dicerentur *ὀρακλήται* quia in somnis & visionibus testimonium Dei, cuius responsa petebant, contemplantur: Ezrahitæ verò, hoc est Laureosi, quia super lauri ramusculos decumbentes Dei responsa & oracula mendicabant.

C Quod si Heman est Moyses, Ethan b in Tra-
dit. Hebr. in
verò, ad cuius mentem cantabatur Psalmus 3. Reg. c. 4.
88. qui de Christo totus est, fuit Abraham, *Abrahâ dicitur Ezrahitæ eo quod ut cōsuleret Deum dormiebat super lauri ramusculos.*

ut vult D. Hieronymus^b, nihil mirum, si Rebecca ut consuleret Dominum, dormierit super ramusculos lauri: nihil enim aliud faciebat quam quod patrem Ezrahitam & laureosum Abraham sæpe viderat facientem, & ab illo facere didicerat.

CAPUT VIII.

De Iacobo Patriarcha: De eius à pueritia pietate qua motus est ut fratris Esaii primogenituram emeret, per quam fieret sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

DE Patriarcha Iacob acturi, atque ostensuri quomodo patris Isaac, sed præsertim aui Abrahæ vestigia sequens, filiorum Dei seu Hebræorum institutum valde promouerit, ab illis inchoandum puto verbis, licet iam non semel expositis, *factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis*^a. Cum autem ex præcedentibus constet filios Dei, quorum moderator, promotorque institutus à Deo fuerat Abraham^b, in tentoriis habitasse, iuxta quæ erant loca sacra diuino cultui dedicata, quæ dicebantur tabernacula, & non semel ostenderimus, Iacob habitasse in tabernaculis cum esset adolescens, nihil aliud significare quàm propensum fuisse ad locorum sacrorum frequentationem; alioquin omnes parentes eius qui sub tentoriis habitabant, dicerentur habitare in tabernaculis, si tabernacula in illa sententia non sumerentur pro locis sacris: Ideoque

^a Gen. 25.
27.

^b Gen. 15.
19.

A qu
tu
tab
di
in
sim
qu
cal
que
clar
rum
im
B eria
sine
opp
vili
exp
rior
quic
lium
don
quo
eius
dò,
C quid
dica
matr
suad
vt pa
dare
nulle
qui
co d

A que nullum assignaretur discrimen inter statum Iacob & statum Esau, qui etiam habitabat in tentoriis. Proinde super hoc nobis diutius non est immorandum: sed bene quid in hoc loco importet vox Hebræa וְיָקוּם quam *Jacob quo sensu dicitur simplex.* simplex reddidit interpres. Et quidē plerumque importat simplicitatem, quæ opponitur calliditati, quæ non malè conuenit Iacobo, quem fuisse opportunum fraudibus fati declarat commutata vxor prima nocte nuptiarum, & eius merces à Laban decem vicibus immutata. Sed sanè in multò pluribus valde

B etiam prudentem illum comperio, & non sine quadam bona astutia: utpote, cum capta opportunitate à famescente fratre Esau pro vilissima esca ut primogenita sibi venderet expoposcit: consentit Esau dicens; *En minor, quid mihi proderunt primogenita?* Stolidus a Gen. 25. quidam hoc contentus responso statim edulium lentis obtulisset, se primogenituræ iam dominum existimans. At non sic Iacob: sed quod premente fame dictum fuerat ab Esau, eiusdem firmari postulat iuramento. Secundo, quid stoliditatis comperitur, vel potius

C quid non insignis prudentiæ cum non modica constantia relucet, tam in repugnando matri sibi fratris benedictionem surripere suadenti, quàm in exequendo eius consilio, ut patris acciperet benedictionem? facile est dare consilium: sed tam promptè, tam venustè, tam distinctè & opportunè illud exequi mirabilis prorsus sapientiæ est. Idem dico de modo quem tenuit (docente quidem

Jacob mirabilis præstans prudentia.

eum Angelo) vt ouibus maculosis cum Labano ditesceret. Ita vt vel inde constet, quod si pluries defraudatus est à Laban, optimè id nouerat; sed exercendæ virtutis gratia, atque vt illum postea de iniustitia & dolis melius argueret, faciliusque confunderet, hoc dissimulauit. Cum qua etiam prudentia sese habuit erga fratrem Esau ei occurrentem, vt mitteret ad illum nuntios cum muneribus, vt familiam suam per turmas disponeret: & vt qui sine vllò apparatu bellico vel armis erat, armatum & quadringentis viris stipatum ad se venientem humilitate superaret, & gratiam, quam tandiu amiserat, sibi conciliaret? Proinde cum videam in illo virum prorsus Apostolicum, qui & prudentiam serpentis habeat & columbæ simplicitatem, nomine *simplicis*, seu *perfecti*, quod vox originalis importat, virum religiosum intelligo. Quo sensu eadem vox accipitur in illo Psalmistæ ^a: *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Quem locum de filiis Dei, virisque religiosis præsertim intelligendum esse ostendimus aliquando ^b. Prædictis ergo verbis vtriusque fratris notatur status & vocatio: vt Esau venationi & agriculturæ deditus rebus intendat sæcularibus ac bonis temporalibus: Iacob autem vir pius ac religiosus in iis quæ sunt ad Deum vacaturus, iam loca sacra & filiorum Dei tabernacula incipiat frequentare.

^c in cap. 25. Gen. n. 70. Secundò notandum quid cum primogenitura sibi iuris acquisiuit. Abulensis ^c octo primo

A primogenituræ velut priuilegia notauit. Primùm, quod primogeniti erant sacerdotes: ideo tribus Leuitica sacerdotalis facta est, loco primogenitorum omnium, qui Deo dicati erant. Quod intelligendum est vt plurimùm, & non nisi postquam per patrum benedictionem aut sacerdotum consecrarentur. Primùm probatur ex hoc quod multi fuerunt sacerdotes, vt Abel, Abraham, Iob & alij, qui tamen non erant primogeniti. Secundum patebit mox ex benedictione ab Isaac data Iacobo per quam constituitur sacerdos loco fratris Esau, qui sine tali benedictione nunquam fuisset sacerdos, quamuis esset primogenitus. Secundum primogenitorum priuilegium fuit, quod primogenitus reliquos præcedebat in mensa, & lautius excipiebatur, vt constat de primogenito filiorum Iob ^a, & de ordine quo à Iosepho fratres eius in mensa dispositi sunt ^b. Tertio cæteri fratres à primogenito benedicebantur, & illi benedictionem cum humili corporis inflexione recipiebant: Vnde cum Isaac daret Iacobo benedictionem, *Incuruentur*, inquit, *coram te filij matris tue* ^c. Et hoc non simpliciter tanquam primogenito conuenit, sed tanquam sacerdoti, qualis per illa & alia benedictionis verba constituitur: alioquin ante dictam benedictionem (si data fuisset Esau) ante Esau iam incuruatus fuisset Iacob, essetque superuacanea talis benedictio nihil de nouo conferens. Et hoc iam exposuimus ^d. Quarto, veste pretiosa in festiui-

Primogenitura octo priuilegia.

Primogeniti quomodo erant sacerdotes in lege natura.

^a cap. 2. 13.
^b Gen. 43.
33.

^c Gen. 27.

^d lib. 2. c. 3.

ratibus & actionibus solemnioribus uteban-
 tur. Vnde dicitur de Iacob, *& vestibus Esau
 valde bonis, quas apud se habebat domi induit
 eum*^a. Quod etiam sacerdotium respicere
 cenfeo, non primogenituram. Aliorum enim
 filiorum vestes poterant esse pretiosæ, qualis
 videtur fuisse illa Iosephi polymita^b: sed
 ista forma sacerdotalis erat, exquisitis etiam
 odoramentis perfundebatur vt conveniret
 sacerdoti, qui oleo pretioso ungebatur. Quod
 non obscurè indicant illa verba, *statimque ve-
 sensit vestimentorum fragrantiam, benedicens illi
 ait, &c.* Quasi ex hac sola tanquam peculiari^B
 fragrantia securus factus, quod esset primo-
 genitus cui soli tale competebat vestimen-
 tum, & ad hanc sacerdotij benedictionem
 accipiendam solummodo erat (vt cenfeo)
 paratum, affectatum à matre sic odoramen-
 tis imbutum, ac diligenter servatum, eadem-
 que benedictione ex profano fiebat dein-
 cept sacrum ac sacerdotale. Ita expono quod
 scribit Hieronymus: *Ex hoc loco, inquit, tra-
 dunt Hebraei primogenitos sanctos officio sacer-
 dotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo
 induti Deo victimas offerebant, antequam Aa-
 ron in sacerdotium eligeretur.* Cui opinioni
 valde fauet quod in Exodo^c longè ante le-
 gem Iethro vocatur sacerdos (veri nempe
 Dei, vt cum doctioribus tenendum ostendo
 in nostris commentariis in Iob^d) & de sa-
 cerdotibus fit mentio^e. Sed præsertim de
 Iobo, qui veri Dei sacerdos erat, super cuius
 caput tanta fiebat bene fragrantis olei effu-
 sio,

a Gen. 27.
29.

b Gen. 37.3.

c cap. 2.16.

d Prælud. 1.
num. 4.
e Exod. 19.
22.24.

A sic
in
vi
fu
ca
ba
ve
ill
bu
H
H
O
B ole
pr
lis
re
D
tr
di
te
ti
m
&
e
C Se
qu
pe
til
de
(v
ti
pr
ga

A

fio, vt ipsam olei petram, id est, alabastrum

in suo capite deferre videretur, ad instar

vnctionis summi sacerdotis (qualem Iobum

fuisse vidimus ^a) de quo Psalmista ^b ait; *Si-*

cut unguentum in capite quod descendit in bar-

bam, barbam Aaron, quod descendit in oram

vestimenti eius. Sic enim intelligenda sunt

illa Iobi verba: *Quando lauabam pedes meos*

butyro, & petra fundebat mihi riuos olei ^c. iuxta

Hebr. *Et petra fusa mecum erat riuorum olei.*

Hæc autem duo simul Scriptura coniungit,

Omni tempore sint vestimenta tua candida, &

B *oleum de capite tuo non deficiat* ^d. Quintum

primogeniti priuilegium erat, ait Abulen-

sis, vt dominium quoddam in fratres habe-

ret: *Esto dominus fratrum tuorum* ^e. Item,

Dominum tuum illum constitui, & omnes fra-

tres eius seruituti illius subiugauit. Quod & de

dignitate sacerdotali intelligendum iam of-

tendimus ^f. Sexto duplices partes hæredita-

tis consequebantur. Hinc est quod cum pri-

mogenitura è Ruben translata esset in Iudam

& Ioseph, ille imperio in fratres donatus

est, iste princeps duarum tribuum factus est.

C Septimo, primogeniti redimebantur quin-

que siclis, quasi speciali ratione ad Deum

pertinentes. Octauo, à parentibus morien-

tibus benedicebantur, vt sic gubernationi

domus, quasi patresfamilias quodammodo

(vel potius sacerdotes vt iam vidimus) ini-

tiarentur: quod pertinet illud Isaaci ad Esau

primogenitum, *vt benedicat tibi anima ante-*

quam moriar ^g.

^a sup. lib. 2.

c. 1.

^b Ps. 132. 3.^c Iob. 29. 6.^d Eccle. 9. 8.^e Gen. 27.

37.

^f lib. 2. c. 9.^g Gen. 24. 7.

Quorum occasione verborum introduci-
mur ad istius benedictionis perscrutanda
mysteria. Et primo quidem perspicio exi-
miam sancti Patriarchæ ac venerabilis senis
prudentiam, qui licet viribus minimè se sen-
tiret extenuatum (vt quæsitus à filio de ve-
natione, & ab vxore ex duobus hædis, non
tam quo indigeat, aut qui cæcutienti salu-
bris sit, quam *quo libenter* in perfecta sanita-
te *vescatur*, paratus cibus iudicat) ait tamen
Esau primogenito suo : *Vides quod senuerim*
& *ignorem diem mortis meæ : sume arma tua,*
pharetram & arcum, &c. ^a quasi dici mortis B
causatus incertitudinem, quæ cæteris mor-
talibus communis est : quamvis alia (vt qui-
dem existimò) magis eum causa premeret,
nempe, quod *caligassent oculi eius & videre*
non posset ^b, quam non frustra Moyse bce-
uitatis professor vix leuiter tetigit. Cùm
enim Isaac esset Sacerdos Dei Altissimi (vt
iam vidimus ^c & mox videbimus) nec am-
plius propter cæcitatem suo ritè fungi pos-
set officio, tempus esse iudicauit, vt de ido-
neo in suo primogenito tunc iuvene ac ve-
geto prouideret ministro, summòque sacer- C
dote. Cuius officium ab istius benedictio-
nis tempore, si non exercuisse Jacob, saltem
habuisse non dubito. Secundo docemur, ta-
lem benedictionem primogeniti dari non
fuisse solitam, vel debuisse nisi post epulum,
vel conuiuium, in quo comederetur pa-
nis, bibereturque vinum (non dissimiliter
ab institutione Eucharistiæ, quæ in pane
& vino

Isaac non tam
vt morti pro-
ximus quam
quia cæcuti-
ebas bene-
dicere vult
primogenitū.

a vers. 2.

b vers. 1.

c sup. lib. 2.
c. 9.

A & v
di v
prin
men
bia
com
ter
ni
init
chi
cum
à la
B deb
ctio
&
de
vin
pua
col
cry
ne
ne
à G
bis
C nu
cra
co
cl
E
ser
fr
ri
ce

A & vino facta est, post manducationem hæ-
 di vel agni paschalis.) Vtrumque autem ex-
 primitur his verbis : *Deditque Rebecca pul-*
mentum & panes quos coxerat, tradidit *. *Qui-* a vers. 25.
bis illatis dixit Pater, &c. quos cum oblatos
comedisset, obtulit ei vinum, quod hausit pa-
ter Jacob. iuxta quod panis edulium & vi- *Isaac nõ nisi*
ni haustum, ac statim post vtrumque Isaac *post edulium*
initiatum sacerdotio secundum ordinem Mel- *panis & hanc*
chisedech : & quadrant verba symbolis, *sui vini, be-*
cum post panis & vini sumptionem (quæ *nedicit filium.*
 à languente ac moribundo nec decebat nec
 B debebat fieri, nec poterat) datur benedi- *Benedictio-*
 ctio sub ista forma qua sacerdos instituitur *nis data ab*
 & sacratur : *Det tibi Deus de rore cæli, &* *Isaac forma.*
de pinguedine terra abundantiam frumenti &
vini. id est, panis & vini. Quæ verba præci-
 puam consecrationis fuisse formam inde
 colligitur : quod cum postea Esau cum la-
 crymis de surrepta sibi à fratre benedictio-
 ne coram patre lamentaretur, & iterum be-
 nedicti ab eo postularet : Isaac totam Iacobo
 à se datam benedictionem ferè propriis ver-
 bis repetens, declarat se in pane & vino ma-
 C num illi imposuisse, hoc est, illum conse-
 crasse. *Respondit Isaac : Dominum tuum illum*
constitui, & omnes fratres eius (forsitan Ec-
 clestasticos intelligit, nullum enim præter
 Esau fratrem habebat secundum carnem)
seruituri illius subiungam. Quæ verba solam in
 fratres auctoritatem, potestatem & superio-
 ritatem important : sed quod subiungit sa-
 cerdotis consecrationem respectu sacrificij

a lib. 1. c. 9.

significare iam vidimus ^a: *Frumento & vino* A
 (id est, in pane & vino) *stabilui eum: & tibi*
post hac fili mi ultra quid faciam? Sed, in-
 quies, cum nemo det quod non habeat, à
 quo hoc sacerdotium, & sacerdotem secun-
 dum ordinem Melchisedech consecrandi ac-
 cepit Isaac potestatem? Respondeo, quod
 frequens affectata, ac stupenda Moyſis in li-
 bro Genesis breuitas, maximè circa illa quæ
 suo tempore per traditionem sui optimè no-
 verant, locum dat coniecturis: quibus licet
 quæ absurdum non continent simpliciter le-
 ctori iudicanda proponere. Quemadmodum B
 ergo putamus Heberem Melchisedech in
 summo pontificatu successisse, ac post illius

b vide sup.
 lib. 2. c. 10.

Isaac sacer-
dotio Mel-
chisedechia-
no ab Hebe-
re initiatur.

mortem multis annis in Hebron mansisse ^b:
 ita censemus senescente iam Abrahamo Isaac
 cum ab Hebere summo sacerdote consecra-
 tum fuisse, cum Isaac septuagesimum circi-
 ter vitæ suæ duceret annum, Iacob autem
 decimum: vt sicut Melchisedech, etiam in
 supremi Ecclesiæ Pontificis dignitate Chri-
 stum referret. Quod singulari eius continen-
 tiæ maximè conuenit. Siquidem etsi omnes
 Abrahami benedictiones in eum transfusæ C
 erant, nihilominus ad quadragesimum vs-
 que annum vxore caruit: viginti insuper an-
 nos cum vxore sterili egit, & vnicam tota
 vita retinuit. Imò Eusebius ^c; *Dicitur*, inquit,
 & *Isaac postquam ex vna vxore gemine prolis*
pater factus est, desisse cum illa consuescere: vt
 vel etiam ante legem, postquam summus
 Pontifex *virginem vxorem inducere* ^d iubetur,
 Christum

c lib. 1. de
 dem. Euāg.
 cap. 9.

d Leuit. 21.
 13.

A Christum præfiguret, qui vnâ tantum habuit sponsam eamque virginem duorum populorum matrem, nempe Ecclesiam. Ideoque vult Apostolus^a Episcopum esse vnus vxoris virum. *Hinc etiam*, ait Hieronymus^b, *flamen vnus vxoris vir ad sacerdotium admittitur: flaminissa quoque vnus viri vxor eligitur: ad tauri Ægyptij (id est, Apis) sacra semel maritus assumitur.* Sed ad Iacobum filium Isaac redeamus.

a 1. Timoc.

3.2.

b Epist. II.

B CAPVT IX.

De Iacobi ab irato fratre Esau fuga in Mesopotamiam: de eius inde cum vxoribus & ampla familia reditu: & de Theraphim quæ Rebecca sub se abscondit.

C **V**T ad ea quæ instituti nostri sunt breuiori compendio perueniamus, ac tandem huius tertiæ mûdi ætatis tangamus terminos, plurima sanctissimi Iacobi totius Israëliticæ gentis Patriarchæ venerandi leuiter consideranda sunt discrimina. Siquidem inter innumeros quos perpeffus est labores variosque vitæ vsque ad miraculum euentus simul cum ipsius stupenda pietate, benignitate, prudentia, patientia charitate aliisque virtutibus perpulchra & eximia antiquæ Ecclesiæ nostris

fratris occurrunt obtutibus insignia quæ penses. A
mus. Eiusdem ergo matris consilio, quo fratris Esau benedictionem surripuerat, vt irati fratris Esau fugeret præsentiam, nec non vt acciperet uxorem de filiabus Laban auunculi

a Genes. 18.
2.
b Ibid. v. 10.
11. 12.

sui^a cum vtriusque parentis benedictione statim egressus de Bersabee, pergebat Haran^b. Cumque verisset ad quendam locum & vellet in eo requiescere, post Solis occubitum, tulit unum de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. In somnis autem vidit celebratissimam illam scalam mysteriisque plenam, quæ præcipua in Ecclesia Christi sacramenta continebat. Quo pacto Sa-

c Sap. 10. 10.

piens^c ait, Dominum ostendisse Iacobo profugo regnum Dei. Nam ex diuina apparitione religiosum esse locum intellexit, & à Deo peculiariter electum, vt ibi honoraretur ac coleretur, vbi ante 563 annos auus eius Abraham audiuerat Deum sibi dicentem Se-

d Genes. 12.
7.
e Sap. 10. 10.

mini tuo dabo terram hanc^d. Sed religiosior redditur nunc ex tam illustri visione, in qua dedit illi Dominus scientiam sanctorum^e nempe prophetarum. Deinde tulit lapidem, quem

f Genes. 18.
18.

Lapidis angularis consecratio vestustissima est

supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum de super^f iam longe ante vstitutam de angulari templorum lapide constituendo nobis innuens. Ad quem paulo post Deus ipse Iobum conueniens alludit, dicens Super quo bases terre solidate sunt? aut quis dimisit lapidem angularem eius? Et si pro tempore licuisset Iacobo, quadratum bene dotatum & altum seu eminentem erexisset ibi lapidem,

g Iob. 38. 6.

A lapidem, illumque suis insigniuiſſet ſtemmata-
 ribus, quemadmodum in lapidibus funda-
 mentalibus, nec non in terminalibus etiam *ſtemmata o-
 lim lapidi-
 bus funda-
 mentalibus
 ſculpta.*
 nunc fieri videmus. Nam 120. circiter poſt
 annis id conſuetudine bene firmatum oſten-
 dit Iob his iuxta Hebræum verbis: *Numquid
 non interrogatiſtis tranſeuntes viam? & ſigna eo-
 rum* (nempe, tabernaculorum, ſeu locorum
 ſacrorum) *(non diſſimulabatis? ^a Sed noſtra ſu-
 per hoc conſulenda ſunt commentaria. Vbi
^a Iob. 21. 29.*
 oſtendimus titulos Eccleſiarū iam inde ſum-
 piſſe originem. Præterea Iacob vngendo la-
 pidem oleo, & ſacerdotij ſui iam fungitur
 officio, & antiquiſſimum ſacrorum locorum
 ac templorum dedicationis uſum cum eadem
 ceremonia, præter Chriſti lapidis in funda-
 mento Eccleſiæ poſiti myſterium nobis in-
 digitat. Inſuper votum emittit de decimis
 ſoluendis exemplo aui Abrahæ qui eas ſol-
 uerat ſummo pontifici Melchifeſedecho. *b* Per-
 git Iacob & aliquot poſt diebus peruenit in
 Meſopotamiam: vbi duabus Labani filiabus
 (vni earum tantum nupturus, niſi dolum in-
 terueniſſet) Liæ & Racheli matrimonio co-
 pulatus, ex eis & duabus ancillis Bala & Zel-
 pha ſuſcipit duodecim filios intra ſeptem an-
 nos. Tranſactis autem viginti annis in Me-
 ſopotamia, *surrexit, & impoſitis liberis & con-
 iugibus ſuis ſuper camelos, inſcio ſocero abiit:
 tulitque omnem ſubſtantiam ac greges, & quic-
 quid in Meſopotamia acquiſerat pergeſ ad Iſaac
 patrem ſuum in terram Chanaan. ^c*
 In qua fuga Rachel iurata eſt idola patris
 ſui.
b Genef. 14.
 20.
c Genef. 31
 17.

^a Ibid. vers. sui. ^a Vbi pro *idola* habetur Hebraice תְּרָפִים ^A
^{34.} ^b Antiq. lib. *Theraphim*. At ne quis cum Iosepho ^b Rache-
 lem accuset idololatriæ, aut maritum eius
 talium Deorum tolerantia malè & iniquè
 arguat: obiter quid de Theraphim sentio,
 dixerim. Et primo quidem iuxta quod Rab-
 bini censent esse instrumenta quædam ærea
 ad horarum partes internoscendas, seu esse
 Horologia, cylindros, astrolabia: vel quod
 Mercerus in Thesauro in radice תְּרָפִים *Tharaph*,
 hanc vocè deducit à verbo רָפָה *raphah*, quod
 significat requiescere, eo quod in loco ubi sunt
 posita dimittuntur, nec aliò transferuntur: Item ^B
 quod dicit, quosdam putare fuisse imagines ad
 hominum similitudinem, quæ certis horis erectæ
 sub certa constellatione responsum ederent, quod
 influentiarum cœlestium capaces essent: sic in-
 telligendum putarem, quosdam fuisse figu-
 ras, quæ pro cuiusque libito & affectu, ex
 ære vel alia materia effictæ erant ad instar
 alicuius asterismi pro diuersitate figurarū cœ-
 lestium: nunc hominis, vt Orionis, Herculis,
 Geminorum, Virginis, Sagittarij &c. nunc
 animalium, vt Arietis, Tauri, Cancri, Leonis,
 Scorpj, Capricorni, Hydræ, & si quæ tunc ^C
 similes essent figuræ cœlestes (quosdam enim
 priscos agnouisse obscurè colligi potest ex
^c Cap. 9. 9. libro Iob ^c) iuxta constellationem; quæ vel
 38. 31. 32. in illam influeret regionem, vel sub qua ali-
 quis natus fuerat. Ita vt quotiescūque de fu-
 turis euentibus naturalibus cognoscere vellēt
 in certo aliquo loco noctu & sub dio illam
 figuram ita constituerent, vt vnaquæque pars
 suo

A suo cœlesti responderet prototypo, & secundū quasdam Astrologiæ (qua tunc mirabiliter pollebant) regulas, quas vel traditione, vel propria experientia nouerant, quid per illius constellationis influxus hac aut illa cum alio signo concurrentia indicaretur, obseruarent.

Quod sine peccato fieri posse videtur; atque sic accipi in illo Osee^a: *Dies multos sedebunt*

a cap. 3.4.

filij Israël sine Rege, sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod & sine Theraphim: cum hoc tamen discrimine inter Ephod (in quo erat *Vrim & Thumin*) & Theraphim:

B vt per ista cognosceretur quid secundum naturæ & astrorum ordinem melius esset aut opportunius, per illud verò, ea quæ soli Deo nota erant, neque ex causis pendebant naturalibus. Nempe, si hoc vel hoc agere esset eius voluntas per *Ephodi applicationem*^b diuino cognosceretur oraculo. Propterea, non possum admittere huiusmodi imagines certis horis erectas sub certa constellatione responsa, quod influentiarum cœlestium capaces essent, vt dictum est, edidisse loquendo, sed tantum indicando ad instar astrolabij: & sic nomen *Theraphim* ritè à Septuaginta verteretur *manifestationes*.

b 1. Reg. 23.
9. & 30. 7.

Veruntamen aliquid simplicius de hoc nomine cogitandum existimo, & à verbo *רפא rapha*, quod est sanare vel restaurare deducendum, atque per hoc illosmet primario significari viros sanctissimos ac religiosos, Deos plerumque dictos^c, qui post diluuium tam humani generis, quam veræ pietatis

c Ioan. 10.
34.
Psal. 49. 1.
8. 11.

tatis

tatis fuerunt restauratores, secundario autem A
 illorum imagines & simulachra, vt mox di-
 cetur. Proinde nomen *Theraphim* cum He-
 mantica 𐤈, idem importare ac *Raphaim*, id
 est, restauratores, vel reparatores. Quorum
 affeclæ, seu sectatores ac discipuli ab Hebræo
 nomine dicti fuisse videntur Θεραπειται quasi
Θεραφετται: De quorum sanctitate & institu-
 to amplè differit Philo Iudæus ^a, atque inter
 alia loquens tam de viris quàm de mulieri-
 bus religionis istius, *Vocantur*, inquit, *The-
 rapeuta*, *Therapeutides*que, hoc est *curatores* &
curatrices, *sive cultores* & *cultrices*, vero nomine: B
*vel quia profitentur medicinam præstantiorem
 ista vulgata per oppida omnia. Hæc enim me-
 detur solis corporibus, illa & animas liberat mor-
 bis grauibus & aduersus medelas contumaci-
 bus, quos influxerunt voluptates, &c.* Vide etiam
 de istis Suidam, in voce Θεραπειται. Potest
 etiam hoc nomen esse compositum à ἤ *Thau*
 & רפאים *Rephaim*, vt idem sit *Theraphim* ac
 signum, aut figura aut simulachrum *raphaim*,
 id est, alicuius ex priscis illis sanctissimis
 mundi restauratoribus de quibus egimus an-
 tea ^b. Exempli gratia, Nembrod post dilu- C
 uium vnus ex illis extitit: qui pro sua san-
 ctitate & sapientia post mortem suam à filio
 Nino sub nomine Beli ingenti statua dona-
 tus est: circa quam deinde rudis populus
 pessimè fornicatus est, & inde idololatria
 sumpsit originem. Bonus tamen apud fideles
 istorū *Theraphim*, seu parentum simulachro-
 rum vsus remansit. Quod quidem etymon
 tanto

a lib. de vi-
 ta contem-
 platiua.

b lib. i. c. 9.

A ta
 cl
 fir
 au
 n
 fer
 in
 ita
 &
 be
 na
 ex
 B ido
 ve
 fir
 TI
 fi
 fu
 m
 po
 rap
 qu
 Cu
 Di
 C tiff
 rap
 no
 m
 ve
 ne
 mi
 pe
 fac

A tantò verius esse videtur : quantò causam includit , cur , & in quem finem primè facta sint Theraphim : nempe, non vt colerentur, aut adorarentur, sed tantùm vt essent in signum memoriale prototypi (quo pacto & sensu serpens æneus præcipitur à Deo *poni in signum* ^a, nempe serpentium ignitorum) ^{a Num. 21 8. & 9.}

ita vt quicumque huius finis limites mente & intentione transiliisset pro idololatra haberetur, iuxta notandam Samuëlis ^b doctrinam, cùm inter alia indiscretæ deuotionis exempla illud (iuxta Hebræum) ponit, quod ^{b 1. Reg. 15. 23.}

B idololatria est Theraphim transgredi. Quibus verbis satis apertè indicat propheta sanctissimus, suis temporibus apud fideles fuisse Theraphim in bono & legitimo vsu : quod si quis per excessum deuotionis inuentus fuisset qui illa dicto modo transgrederetur, meritò pro idololatra haberetur. Quo sensu posset intelligi dictum S. Hieronymi Theraphim esse Cherubim & Seraphim, siue alia quæ in templi ornamenta iussa sunt fieri. Cui subscribunt Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius. Certè mortuorum statuas extitisse constat ex Septuaginta, qui vocem Theraphim transferunt *κωτάφια* : vbi Vulgatus noster reddit *statuam* ^c, Aquila vero *μορφώματα*, id est, figuræ seu imagines. Lutherus ^d vertit *das Heilig*, & in margine ponit, *li- nearum sacrarum imaginum & reliquiarum similes fuisse*. Cùm autem idolorum cultores pessimè istis imaginibus abusi essent : hinc factum est, vt in Scriptura pro locorum exi-

c 1. Reg. 19.

16.

Osee 3. 4.

d Iudic. 17.

5.

^a Ezech. 21. 21. Zachar. 10. 2. ^b 1 Reg. 19. 16. Osee 3. 4.

Theraphim
à fidelibus
aliquo vene-
rabatur ho-
nore.

^c Ezech. 21. 21. d Ezech. 10. 2.

Theraphim
loqui, vel
interrogari
quid impor-
set.

^c Iudic. 17. 5

gentia nunc pro idolis ^a, nunc pro sancto-
rum patrum imaginibus ^b quas aliquo ho-
nore venerabantur posteri, accipiantur (cre-
pent licet noui iconoclastæ.) Quæ certè ni-
hil aliud erant quam Lares & Penates, qua-
les Rachel furata est patri suo Laban; utpo-
te Noë, Semi, Arphaxadi, Sale, Heberis, Pha-
legi, Reu, Sarug, Nachoris & Thare, præde-
cessorum eius vel quorundam ex eis, imagi-
nes & simulachra: ut quos illustrissimis
Emin, Zuzim, Zomzomim, id est, Reueren-
dorum, illustrium, & sapientissimorum no-
minibus honorabant, ut vidimus, illorum in B
simulachris venerarentur memoriam, & co-
ram illis Deum per eorum merita deprecantes,
vel oracula sciscitantes, non alio modo,
aut sine quàm quo nos utimur imaginibus
sanctorum, tanquam eorum monumentis ad
dirigendos mentis nostræ oculos in cælum
vbi cum Deo regnant, quorum meritis
speramus assequi quod petimus. Et sic *Theraphim*
interrogari ^c, vel *Theraphim loqui* ^d, si
de propria ac sensibili locutione intelliga-
tur, de solis id dicatur idolis, quæ dæmonis
arte plerumque responsa dedisse notum est. C
In bono autem & orthodoxo sensu, *Theraphim*
non dare responsa, est Deum ipsum
nec quidem post allegata Abrahami, Isaaci,
Iacobi & similibus merita coram eorum *Theraphim*,
respondere velle, aut votis annuere. Sic Micha,
cum esset de domo, & familia *Deorum* (ut vult
textus originalis ^e) id est sanctorum, aut illustrium
virorum tribus Ephraim,

A Ephraim, fecit sibi Ephod (quo indueretur sacerdos) & conflatile (puto esse candelabrum, quod lucerna Dei dicebatur) & Theraphim^a, a cap. 3. 4.

quasi Lares suos. Et apud Oseam significatur, quod Israël in captiuitate carebit Theraphim, id est, vel sanctis Therapeutis, seu prophetis ac religiosis, per quos Dei sciscitetur oracula, vel sanctorum prædecessorum suorum simulachris, & Laribus, coram quibus Deum orare solebat. Inde lararium vocatur locus siue oratorium, in quo Theraphim, id est, dij domestici & familiares seruabantur, & dicto modo à fidelibus colebantur. Scribit Lampridius Alex. Seuerum Imper. in Larario rem diuinam mane factitasse ad effigies Deorum, in quibus habebat Abrahamum & Christum: in secundo autem larario habebat simulachrum Virgilij & Ciceronis. Hinc collige, vnde apud Gentiles ortum habuerint Dij Penates; & conclude quod Laban, Rachel & alij veteres citra omnem idololatriam Theraphim habere potuerunt.

Theraphim erant Lares seu Penates.

Rachel Theraphim habere potuit citra idololatriam.

Iacob ergo abiit itinere quo coeperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. ^b Cuius Angelorum occursum causam tradit huiusmodi Rupertus. Non dictum est, inquit, quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit: sed dictum est, quia fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quod insigne sonat victoris & emeriti: cui pro gloria triumphi pompa cælestis obuiam procedens festiua exceptione le-

^b Gen. 32.

um obsequium præbuerit. Post hæc contigit A
 tam honorabilis Dei cum eo lucta, quam se-
 quitur mutatio nominis Iacob in nomen
 Israël: quemadmodum nomen aui eius Abrahæ
 mutatum fuerat in Abraham post insignem
 Dei apparitionem ^a. Inde abiit in Socoth,
 ubi *adificata domo, & fixis tentoriis, appellauit*
nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula ^b.
 Ex hoc loco mittit munera ad parentes ex
 omnibus bonis suis, ait Procopius Gazæus ^c.
 Quod verisimile mihi videtur, & parentum
 nomine puto intelligendum: Primò fratrem
 Esau, apud quem reiteratis muneribus per B
 nuntios se excusat ne se ab eo nuper dece-
 ptum cogitet, qui venire post se in Scir pro-
 miserat ^d, & tamen non venerat: Secundò
 patrem Isaac, ad quem nunc cum tanta fa-
 milia, tantaque pecorum multitudine non
 nisi cum magna importunitate venire pote-
 rat, cum necesse sit ei suis prius de habita-
 tione providere; deinde ne veniens ad pa-
 trem non viso etiam Esau fratre eius sibi
 maius odium conciliaret: Tertio, puto mul-
 tos alios in tabernaculis & locis in quibus C
 Abraham habitauerat fuisse parentes, quos
 muneribus tunc potius quàm sua præsentia
 visitandos esse iudicauit. Adde quod vir pius
 & sanctus cui habitare in tabernaculis lo-
 cisque sacris volupe est, talia loca ad instar
 aui Abrahæ cupit multiplicare in terra Cha-
 naan.

a Gen. 17. l.
5.

b Gen. 33.
17.

c in cap. 33.
Genes.

d Gen. 33.
14.

CAPVT X.

De variis Iacobi in terra Chanaan mansionibus seu tabernaculis, de morte patris Isaac, de venditione Ioseph, de natiuitate Iobi, de egressu Iacob cum familia sua ex terra Chanaan & ingressu in Ægyptum.

POST QUAM Iacob moratus est in So-
 coth annum cum dimidio, vt cum He-
 bræis^a tenent Genebrardus^b, Lyranus, Fun-
 ctius, Salianus^c, & alij, *transiit in Salem*
urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan^d,
 ibique mansit octo annos: quorum vltimo,
 qui fuit mundi bis millesimus trecentesimus
 quintus, Iacobi vero 107. contigit luctuosa
 violatio Dinæ & vrbis vastitas. Et nota obi-
 ter (quod in omnibus Abraham mansionibus
 notum est) habitasse non in vrbe, seu oppi-
 do, sed iuxta^e. Nam proprium filiorum Dei
 est extra vrbes & in tabernaculis habitare.
 Et licet superius dictum sit (quod de nullo
 alio patriarcharum dictum erat) *Iacob edifi-
 casse domum*, nempe in qua tot armenta ac
 pecudes securius includeret (quæ olim pater
 Abraham non videtur secum duxisse, cum
 de vno in alium locum transmigraret) non
 tamen ab illa domo, sed à tentoriis sub qui-

a in Sedes

Olam c. 24

b l. 1. Chro-
 nol.

c An. mūdī

2297. n. 1.

d Gen. 33.

18.

e ibid.

bus Iacob cum vxoribus, filiisque suis habitabat, locum illum *Socoth*, id est, *tabernacula* nuncupauit. Vt autem sciremus alia tabernacula esse similia iis, quæ auus Abraham figere consueuerat, nempe, Deo dicata, & in quibus Deo sacrificaretur, & nomen eius inuocaretur, addit Moyses de Salem: *Emitteque partem agri in qua fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super* (id est, iuxta,

a ibid. vers. 20.

vel circa) *illud fortissimum Deum Israël*^a. Ad verbum autem legitur: *Et statuit ibi altare, & vocauit illud El Elohe Israël. Quod verti* B
etiam potest, *Deus Deorum Israël*, per Deos intelligendo Abraham & Isaac, ad quos toties *sermo Dei factus est*^b.

b Ioan. 10.

34.

Pfal. 49. 1.

81. 1.

Exod. 22.

28.

c sup. lib. 1.

cap. 3.

ideoque sicut olim Seth & Enos^c, Dij appellari potuerunt. Quo etiam sensu Micha dictus est *de familia Deorum*, vt nuper vidimus. Vt sit sensus, consecrassè, ac titulum altari imposuissè, DEO DEORVM ISRAEL. Fortasse quia ante centum sexaginta tres annos ibidem audierat Abraham Deum dicentem sibi, *Semini*

d Gen. 12. 3.

tuo dabo terrã hanc^d, & ibidem altare crexerat. Caietanus autem & Del Rio exponunt consecrassè & inscripsissè sub titulo *Ara Dei fortis Israël*. Ista nempe verba sculpenda curauit in titulo, seu frontispicio altaris. Quod etiam ab aliis prædecessoribus Patriarchis factum fuisse minime dubium est. Sed specialiter nunc à Iacob factum scripsit Moyses, quasi indicans Iacob nunc perficere voluisse quod non nisi imperfectè facere potuerat

Titulus positus à Iacob super altare.

A tuerat cum iret in Mesopotamiam, quando lapidem, quem supposuerat capiti suo in eodem loco crexerat in titulum ^a, & super illum fuderat oleum: & ubi cum Angelo luctatus *contra Deum fortis fuerat* ^b, quasi dicens, *fortitudinem meam ad te custodiam quia Deus susceptor meus es* ^c, insuperabili & inuincibili Deo dedicat aram, quam tali insignit titulo, *Ara Dei fortis Israël*: nec non vota ibidem facta Deo reddit & implet. Deus autem post luctuosum in persona Dinæ euentum totiusque vrbs cladem, partim Iacobobi incolumitati prospiciens, partim nolens illam diuturniorem moram in eodem loco trahere: sed more aui, patrisque sui peregrinando in terra Chanaan in illa multiplicare tabernacula, iubet ascendere in Bethel (ipsa est Bethel, in qua postea fuerunt tabernacula Rechabitarum, seu filiorum Prophetarum temporibus Eliæ & Elisæi ^d) & ibi habitare atque excitare altare Dei, sicut fecerat iuxta Sichem. Ad quod exequendum maximam adhibet Iacob sollicitudinem & totius familiæ suæ exigit præparationem. *Conuocata enim omni domo sua iubet abiicere idola. Cùmque perfecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzan quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel: edificauitque ibi altare & appellauit nomen loci illius Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum, &c.* ^e Insuper Deus confirmat mutationem nominis eius

^a Gen. 28:

18.

^b Gen. 32:

28.

^c Ps. 58, 19.^d 4. Reg. 2.

2.

^e Gen. 35. 6.

Iacob in Israël, renouatque pristinas benedictiones tam ei quàm patribus eius imper- A
 titas, dicens: *Ego Deus Omnipotens, cresce, & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur, terram- que quam dedi Abraham & Isaac dabo tibi &*

a ibid, verf.

II. 12.

*Esau quo tẽ-
 pore totius
 Idumæa pos-
 sessionẽ ac-
 cepit.*

semini tuo post te. ^a Statuit tamen Iacob paulatim ad patrem Isaac pergere, dum interim frater eius Esau vi & armis lacescit duces Horrhæos, quos ex tota Idumæa tentat expellere, vt relicta terra Chanaan habitet in terra Seir. Quod paulò post contigit circa annum mundi 2318. Iacobi vero & Esau B
 120. Isaaci autem vltimo, vt alibi ^b ostendimus.

b in Iob.
 cap. 1.

Postquam igitur Iacob stetit in Bethel spatio sex circiter mensium iuxta sententiam Hebræorum ^c, quos sequitur Genebrardus, confirmat Demetrius, & probat Salianus ^d, versus Bethleem proficiscitur & venit verno tempore ad terram que ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel ob difficultatem partus periclitari cœpit, & tandem mortua est, & sepulta est in via que ducit Ephratam, hæc est Bethleem. Erexit Iacob titulũ super sepulchrum C
 eius, & c. Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrim gregis ^e. Et hinc nouum perspicio, vel suspicor filiorum Dei cœnobium, propter quod talis locus *turris gregis* nominatus postea sit; maximè cum non longè ab Ierusalem extiterit, ad quam facilis fieret prophetarum & Doctorum qui in vrbe erant illis temporibus nondum planè per idololatriam corrupta

c in Seder
 Olam.
 d An. mudi
 2306. n. 3.

e Gen; 35.
 16. 20. & 21.

A corrupta conuentus. *Hunc locum*, ait Hieronymus ^a, *Hebraei esse volunt ubi postea templum adificatum est, & Turrim Ader, turrim gregis significare, hoc est, cōgregationis vel cœtus. Quod & Michæas Propheta testatur dicens. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, &c. Illoque tempore Iacob trans locum, ubi postea templum adificatum est, habuisse tentoria. Hæc Hieronymus. Qui alia quidem addit, quæ tamen videntur mysticum utriusque sensum respicere. Sed si sequamur, inquit, ordinem viæ (quæ scilicet ducit à Bethleem in Hebron quo*

B *tunc proficiscebatur Iacob) pastorum iuxta Bethleem locus est, ubi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pavit loco nomen imponens, vel quod verius est, quodam vaticinio futurum iam tum mysterium monstrabatur. Quod ait Hieronymus Iacobum huic loco nomen imposuisse verissimum esse censeo, non tam ob pecorum greges, quàm propter sanctorum virorum congregationes aut cœtus, qui sic appellari merentur: sicut ob eandem causam ciuitas in qua habitabat Iob, & de qua mentio fit in Genesi ^b olim*

C *dicta est Astaroth, id est, greges, ut vidimus ^c. Quod autem ait de pastorum loco quibus apparuit Angelorum grex, allegoricum est, ut ipse fatetur. Confirmatur nostra sententia ex Iacobi diutina ibi habitatione, quæ denotatur his verbis: Cùmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, &c. ^d Quod si ibi habitauit, sacerdotij, institutique sui munera ibi exercuisse non est dubium, eo modo quo in*

^a in Trad.
Hebr.

^b cap. 14. 5.
^c sup. lib. 1.
cap. 14.

^d Gen. 35.
22.

aliis locis, in quibus diu mansit, vt prope A
 Sichem: vbi erecto altari inuocauit super illud
 a Gen. 33. fortissimum Deum Israël^a. Similiter in Be-
 20. thel, vbi edificauit altare, & appellauit nomen
 b Gen. 35. loci illius Domus Dei^b. Itaque Hieronymus
 1.7. optimè negat, locum qui nunc dicitur *Turris*
gregis esse illum, qui eodem nomine appella-
 tus erat in monte Moria, de quo loquitur
 Michæas; & optimè asserit alium esse prope
 Bethleem sic à Iacobo dictum. Imò arbitror
 Iacobum ex isto loco *Turris gregis*, prope
 Bethleem venisse ad visendum patrem Isaac,
 idque sæpe sæpius post primam ab illo loco B
 eius ad eum progressionem, de qua sic scribit
 Moyse: *Venit etiam ad Isaac patrem suum in*
Mambre ciuitatem Arbee, hæc est Hebron: in
 c Gen. 35. *qua peregrinatus est Abraham*^c. Postquam
 27. enim nonnulla narrasset quæ in illo loco
 contigerant quando habitabat ibi Iacob, &
 quæ non nisi aliquod temporis spatium re-
 quirebant, vtpote illud scelus Rubenis cum
 Bala concubina patris & Dan ac Nephtali
 matre, forsitan ex foetus partu, comperisse;
 addit, *Venit etiam ad Isaac*, &c. Verisimile
 enim est, non nisi ad salutandum, visendum- C
 que parentem tunc venisse, non cum tota
 sua familia, hoc namque non dicit Scriptu-
 ra, licet supponat Salianus;^d sed cum aliqui-
 bus ex filiis suis, quorum omnium ibi Moy-
 ses nomina recensuerat: & post aliquot dies
 ad suam Turrim gregis rediisse. Tum quia
 cum esset Hebroni proxima perinde erat, ac
 si cum patre in ipsa mansisset Hebron: tum
 quia

A quia cum patre manere non valebat, ne fratrem Esau ad aliquam prouocaret inuidiam: tum quia sciebat hunc totius Idumææ tunc affectare dominium, remque tantopere iam promouisse, vt ferè tunc voti sui perfectè compos factus esset; Ideoque melius iudicabat adhuc modicum expectare, vt bonis paternis pacificè frueretur, tum quia terra Hebron suos & patris greges minimè capere potuisset: quæ etiam causa fuit, vt paulò post defuncto patre Isaac, Esau à Iacobo sua sponte secederet^a, vt olim Loth ab Abrahamo: ^{a Gen. 36. 6. & 7.}

B tum denique vt ibi aliquandiu habitans regionis populos sua doctrina & exemplis ædificaret.

Anno igitur vitæ suæ 108. ibi appulsus primò visitauit patrem Isaac duodecim circiter annos antequam moreretur: per quod temporis spatium sæpe visitauit illum. Deinde contigit quod subiungit Moyles, *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusque etate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum; & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui*^b. Ita vt quicquid ^{b Genes. 35: 28. 29.}

C narratur in 37. 38. & 39. capitulis quod ante mortem Isaac contigit, tunc euenerit cum Iacob maneret in illa Turri gregis. Ex qua facile fuit ei dimittere pastores suos cum gregibus in agrum Sichimorum, in quo habebat prædium: prudenter etiam existimans ira incolarum metu compressa, eos magna ex parte rediisse, illuc etiam mittere Liæ & ancillarum filios qui præsidio illis essent, si res postularer,

postularet, & parentem apud ipsos repræsentarent. Nec minus interea ipse de eorum incolumitate sollicitus Iosephum ad eos inuisendos dimittere statuit. *Hæc erat causa*, ait Rupertus, *paternæ sollicitudinis, quia pascebant filij eius oves in Sichimis, videlicet, ubi dudum populo terræ illius odiosos fecerat illos furor ipsorum pertinax & indignatio dura.*

Paulo post Ioseph iam à fratribus venditus ductus in Ægyptum & à Putiphare Eunucho Pharaonis, principe exercitus, viro Ægyptio, de manu Ismaëliarum emptus habitabat in domo domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius^a. qui ideo aliquandiu post præficitur domui Putipharis: sed nequitia & artificio dominæ suæ fallacissimæ cum ipse esset annorum 27. mittitur in carcerem. Vnde tertio post anno iussu Pharaonis educitur postquam illius somnia feliciter est interpretatus: simulque præficitur rei frumentariæ, palatio Regio, ac toti Ægypto. Interim luctus in domo Iacob & Esau ob mortem patris Isaac, quæ anno præcedenti contigerat, terminatur, fratres verò qui illum honorificè sepelierant cum pace & concordia separantur ab inuicem, & vterque prosperatur, Iacob in terra Chanaan, Esau in regione Seir, cuius integro iam penitus expulsis Horræis, fruitur dominio. Ad cuius temporalis felicitatis cumulum secundo post anno, mundi autem 2321. accedit in Bosra Idumææ metropoli viri sanctissimi ac ipsius Dei testimonio incompa

^a Genes. 39.
3.

Iobi natiuitas quando contigit.

- A comparabilis, Esau autem trinepotis Iobi natiuitas. ^a Ipse vero Esau quarto post anno vltimum vitæ suæ claudit diem, vt vult auctor testamenti Patriarcharum ^b. Et sequenti biennio *transactis septem vbertatis annis qui fuerant in Aegypto, cœperunt venire septem anni inopia, quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Aegypti panis erat.* ^c Iacob autem audiens frumenta in Aegypto esse venalia, dixit filiis suis: *Quare negligitis? Audiui quod triticum vendetur in Aegypto, descendite, & emite nobis necessaria vt possimus viuere, &c.* ^d Quæ autem ab istis verbis per totum illud caput & quatuor sequentia narrantur quadriennij spatio contigerunt: nempè ab anno Iacobi 126. vsque ad 130. Annos autem sumimus absolutos. Incipiente ergo Iacobi 131. Ioseph tale nuntium per fratres suos misit ad patrem: *festinate & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hac mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominum vniuersa terra Aegypti: descende ad me ne moreris, &c.* ^e *Profectusque Israel cū omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti,* ^f *& mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac: audiuit eum per visionem noctis vocantem se & dicentem sibi: Iacob Iacob, cui respondit, Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Agyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.* ^g Extra omne dubium est, Iacobum, antequam

a Genes. 36.

b cap. 4.

c Genes. 41. 53. & 54.

d Genes. 41.

1.2.

e Gen. 45.

10.

f Gen 46.1. 2.3. & 4.

tequam

tequam ab Hebron exiuiſſet, conſuluiſſe Do-
 minum ſuper tam magno negotio: ſed Deum
 contentum interiùs edocere in præſentia
 apertam reſponſionem diſtulſſe vſque ad
 locum Berſabee, ſeu puteum Iuramenti, cum
 iam eſſet in itinere & ferè bidui confeciſſet
 iter, vbi Deus olim apparuerat patri ſuo Iſaac,
 vbi & altare ædificauerat, quemque iam
 Abraham religioſum fecerat inuocato ibi
 nomine Domini Dei æterni, erecto altari,
 & plantato ibi luco. Vbi denique mater eius
 Rebecca conſuluerat Dominũ & fauſtum de
 ſe reſponſum acceperat: *Duo populi ex ventre
 tuo diuidentur. populusque populum ſuperabit. &*
 a Genef. 25. *maior ſeruiet minori* ^a. Tandem Iacob ingreſ-
 23. ſus eſt Ægyptum cum liberis ſuis: *Ioseph verò
 patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Æ-
 gypto in optimo terra loco Rameſſes, vt pracepe-
 rat Pharaon* ^b.
 b' Genef. 47.
 11.

 C A P V T XI.

*De morte Patriarchæ Iacob, & de bene-
 dictionibus, ſeu prophetiis, quas morti
 proximus ſingulis filiis protulit.*

c Prou. 10. 1. **S***I filius ſapiens letificat patrem,* ^c à ſingulari
 ſomnibusque mirabili Iosephi ſapientia,
 qui cum tanto Regis Ægypti emolumento,
 cum maxima populi gratia, & cum omnium
 beneuolentia totiusque regni pace Ægyptia-
 cas

A cas moderavit opes & facultates, metiri possumus sanctissimi Patriarchæ Jacob patris eius virtutem, à quo in Dei timore diligenter educatus fuerat. Ioseph in regimine temporali tanta refulsit integritate & prudentia, ut non solum populos in officio contineret, & Regi debitam in se & aliis servaret reverentiam: sed ut erudiret etiam Principes sicut semetipsum, & senes prudentiam doceret ^a. Sicut semetipsum, inquam, ^{22.} Unde enim fieri possit, ait Augustinus ^b, ut vir tantus veri Dei cultor, in Ægypto alendis tantum corporibus, & rebus ^{104.}

B tantum corporalibus gubernandis esset intentus: & quo eos meliores redderet, curam non gereret animorum? Sed ea conscripta sunt in illa historia, quæ secundum intentionem scribentis, in quo spiritus sanctus rebus futuris in illa narratione significandis sufficere iudicata sunt. Sic ille. Certè credibile est, placuisse Pharaoni, ut Ioseph liceret erudire de vera religione. Quod si ita est, non minor, imò multò maior fuit Iacobi patris eius solertia, studium ac diligentia, ut dum sapientissimus filius eius Ioseph erudiebat Ægyptios, ipse suos C Israëlitas in vero Dei cultu conseruaret, atque in eis eorumque, qui tunc valde multiplicabantur, filiis, pietatem ac virtutem promoueret. Nec ambigere licet, quod tam ante (eo, ut puto, tempore quo Ioseph nuper appulso adhuc *alebant fratres omnemque domum patris sui præbens cibaria singulis* ^c, quod verè est esse in domo Regis Pharaonis, ut mox ^{12.} videbitur) quàm statim ac terra Gessem & Ramesses

^a Psal. 104.

^{22.}

^b in Psal.

^{104.}

^c Gen. 47.

^{12.}

Rameſſes deſtinata eſt in eius & ſuorum ha-
 bitationem ac poſſeſſionem, ædificauerit al-
 tare Domino, in quo ſolitas maſtauerit vi-
 ctimas, & tabernacula hîc & illic erexerit,
 in quibus inuocatum ſit nomen fortiſſimi
 Domini Dei Iſraël: vt tunc, & ibi maximè,
 votum ſuum exequeretur, quo aliquando
 dixerat: *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit*

a Gen. 28.
 22.

Deum, &c. ^a Quid ſi antequam è viuus exce-
 deret Iacob, & cùm adhuc viueret beneuolus
 in Iosephũ & Iſraëlem Rex Pharao, ſanctus
 Patriarcha de ſacerdotibus, ſacrificiis, & aliis
 quæ cultum Dei reſpiciebant, ordinauerit?
 Certè ad iſta circiter tempora referendum
 iudico illud quod Deus per virũ Dei (quen-
 dam videlicet prophetam) exprobrat Heli
 ſummo Pontifici: *Numquid non aperte reue-*
latus ſum domui patris tui, cum eſſent in Egi-
pto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omni-
bis tribubus Iſraël mihi in ſacerdotem, vt ascen-
deret ad altare meum, & adoleret mihi incen-
ſum, & portaret Ephod coram me: & dedi
domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum C

b r. Reg. 2. Iſraël ^b.

27.

Igitur, habitauit Iſraël in Egipto, id eſt, in
 terra Geſſen & poſſedit eam, auctuſque eſt &
 multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem &
 ſeptem annis, factique ſunt omnes dies vita il-
 lius centum quadraginta ſeptem annorum ^c.
 Cumque appropinquare cerneret diem mortis
 ſue, vocauit filium ſuum Ioseph, & ait ad eum:
 En

e Gen. 47.

27.

A *En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducet- que vos ad terram patrum vestrorum. Vocavit etiam filios suos, & ait eis: Congregamini ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis* ^a. Nimirum, iam benedixerat Iosephi filios: quæ autem singulis aliis dixit non videntur dici benedictiones, sed tantum prædictiones, vel prophetiæ: ut notarunt Ambrosius ^b, Ruffinus ^c, & Theodoretus ^d. Quamvis postea illos etiam benedixisse indicent ista verba Moysis: *Hac locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis* ^e. Illæ autem prophetiæ pro instituti nostri ratione discurrendæ sunt, postquam obiter notauerimus morem fuisse priscis patribus etiam in lege naturæ, cum se morti vicinos esse sentirent, conuocatis filiis, posteris, aut aliis quibus præerant suprema verba loqui, quibus aut ventura ipsis prænuntiarent, aut salutaria documenta traderent. Quod de Adamo, Seth, Enos, Henoch, Abraham & aliis suspicari possumus, & ferè colligere ex benedictionibus datis Iacobo & Esau à parente eorum Isaac: cuius ^C verba satis aperte denotant illum hoc fecisse sicut sibi factum traditumque fuerat. Et verba quæ Noë à somno euigilans dixit tribus filiis suis Sem, Cham, & Iapheth ^f talem potius de iis quæ illis ventura erant prophetiam, quàm maledictionem sapiunt, ut vidimus ^g.

Prima ergo prophetia de Ruben talis est: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea,* &
C c princ

a Gen. 49.
1.2.

b in bened.
patriarch.
cap.2.
c lib.de be-
nedic. Pa-
triarch. ad
Paulinum.
d in quæst.
in Genes.
q.vltima.
e Gen. 49.
28.

Verba Iacobi ad filios prophetia potius dicitur quàm benedictiones.

f Gen. 9.25.

g lib.2.c.9.

a quæst. in
Genesim.

principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio: effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui & maculasti stratum eius. Quorum verborum nulla mihi magis arridet expositio, quàm illa Hieronymi^a originales terminos ponderantis. Sensus, inquit, loci huius est hic: Tu Ruben es primogenitus meus maior in liberis: & sedebas iuxta ordinem natiuitatis tue, & hereditatem qua primogenitis iure debebatur, sacerdotium scilicet & regnum accipere debebas: hoc quippe in portando onere & prauialido robore demonstratur. Verum, quia peccasti, & quasi aqua que vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu, idcirco precipio tibi vt ultra non pecces, sisque in fratrum numero pœnam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti. Hæc Hieronymus.

Secunda prophetia ad Simeonem & Leui pertinet, qui facinus iniquitatis, furoris & crudelitatis plenum in cæde Sichimitarum commiserant, quod iam pater moribundus se semper improbasse, & abhorruisse testatur. Simeon, inquit, & Leui fratres, nempe, in conspiratione cædis & vastationis, *vasa iniquitatis bellantia*; id est, à quibus vasa bellica, nempe, arma, iniquissimè ad tam nefandum scelus patrandum assumpta fuerunt, *in consilium eorum non veniat anima mea*: Absit, vt tam iniquo eorum consilio vnquam adhæserim, innocens ego nunc morior à sanguine per illos effuso: *Et in coetu illorum non sit gloria mea*: absit vt illud factum gloriæ meæ aliquid

A aliquid contulisse putetur, vel in hoc me vlatenus gloriari voluerim: *quia in furore suo occiderunt virum*, nempe, Sichem stupri auctorem atque nimia illius vlciscendi cupiditate ad alios omnes vrbis ciues cædes illa grassata est: *suffoderunt murum*, vt forsitan magis secreto in urbem irruerent, vt innuitur his verbis: *Simeon & Leui arreptis gladiis ingressi sunt urbem confidenter interfectis omnibus masculis* ^a. Alia est lectio Septuaginta, qui pro *suffoderunt murum*, habent, *subneruauerunt taurum*, quasi aliam Iacob indicaret

B his verbis illorum iniquitatem, qua Simeon & Leui ad occidendum Ioseph cum primi conspirassent, assenserunt vt mitteretur in cisternam & etiam venderetur: & sic enervauerunt taurum. Quo nomine Iudæi Iosephum intelligunt. Vnde Thargum Ierosolymitatum sic habet: *Et in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui assimilatus est boui*. Sequitur, *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura*. Quibus verbis non maledicit filiis, sed tantum peccata illorum detestanda proponit: deinde pœnam

C subdit sceleris: *diuidam illos in Iacob, & disperdam eos in Israël*. Nam Leuitæ in omnes tribus dispersi sunt, & Simeonitæ in extremum angulum meridianū totius terræ Chanaan quodammodo relegati sunt, & in ea terræ portione, quæ prius tribui Iudæ assignata ab ea quasi precario accepta est. Addūt Rabbini, filios Simeonis magna ex parte fuisse Scribas, Pædagogos, Legisque doctores,

a Gen. 34.
26.

*Simeonitæ
magna ex
parte legis
Doctores
fuerunt.*

tes, & ideo per omnes tribus fuisse dispersos. A

Sequitur tertia prædictio gloriosissima quæ est Iudæ. *Iuda, te laudabunt fratres tui*: iuxta nomen tuum quod significat laudem, gloriam & laudem inter fratres tuos assequeris, ex nomine namque tuo omnes fratres tui vocabuntur Iudæi: *Manus tue in cervicibus inimicorum tuorum*: quod impletum est post mortem Iosue, cum Dei monitu aliæ tribus istam ducem secutæ debellarunt hostes suos^a: sed evidenter ac perfectè completum est in Davide, & in aliis eiusdem tribus Regibus, qui Philistæos aliasque gentes subegerunt. *Catulus Leonis Iuda*. Davidi præsertim hoc convenit, qui primus Rex fuit ex hac tribu sicut leo rex est aliorum animalium. *Ad prædam fili mi ascendisti*. De Davide loqui perseverat, quem velut ex se oriundum filij nomine mansuetissimum virum benignè conveniens, qui ex conditione pastoris ascendit relictis ouibus ad prædam discerpendam, hoc est, fortissimum Goliath suo proprio gladio ingulandum, indeque paulatim ascendit ad Regiam dignitatem, in qua velut leo omnes sensim Dei inimicos debellando discerpit: quam ascensionem seu exultationem meritis est Iudas eripiendo innocentem Ioseph de manibus fratrum interficere eum cupientium^b: *Requiescens accubui ut leo, & quasi leona*: sermo in secunda persona perseverans eidem Davidi Regi optimè quadrat, qui victoriis actibusque bellicis gloriosus moriens accubuit

^a Iudic. 1. 1.
^b 3. 3. & seq.

^b Gen. 37.
26.

A buit vt leo : sed in Salomone filio Rege pacifico accubuit quasi leona, vel iuxta vocem Hebræam, sicut leo maior. Salomon enim patre suo longè maior fuit, siue diuitias spectes siue magnificentiam & amplitudinem aulae Regiæ in fabrica, in supellectili, in ministris & satellitibus, & in multitudine subditorum. *Habebat in ditioe sua omnia regna à flumine terra Philistiim vsque ad terminum Egypti* ^{a. 2. Reg. 3. 8.}

Denique tanta fuit in Salomone Iudæ magnitudo, vt nullus alius illam valde in posterioribus Regibus demissam magnificentiam excitare potuit præter Messiam filium Dei, proinde additur : *Quis suscitabit eum ?* Et statim subditur : *Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mitrendus est.* Vnde legunt Septuaginta, *donec veniat quod est ei repositum.* Nimirum, Messias erat repositus, siue depositus in illo duplici leone Dauidis & Salomonis tanquam veritas in figura, non ita in aliis Regibus : *& ipse erit expectatio gentiū, sicut prædictū fuerat. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam* ^{b. Ps. 2. 8.}

C Quæ sequuntur de Iuda non in sua persona, sed in persona Messiae intelligūt Abulensis & Carthusianus : & videtur sermo in tertia persona perseverans hoc exigere, *ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam.* Quod de humanitate Christi clavis affixa cruci tanquam viti, sanguine eius velut vino defluenti videtur intelligi. Quasi filium Iudam alloquens sic diceret : *O fili mi ! ille qui tuum Dauidis & Salomonis regnum in*

posterioribus humiliatum fuscitaturus est, id A
 miro faciet modo: nam velut asinus pascuæ
 appositus ligabitur palo crucis, ex qua vi-
 num sanguinis eius abundanter effluet. *La-
 uabit in vino stolam suam, & in sanguine vuc
 pallium suum*: hoc efficaci liquore tanquam
 vino lauabit vestimenta sua, id est, homines,
 quorum naturam induit tam stolam Iudæo-
 rum, quàm pallium Gentilium. Specialiter
 autem dicitur in vino, quia sanguis Christi
 fuit Ecclesiæ lauacrum, pretium & potus. In
 oculis lucidis sicut vinum ardens charitate
 fides in Apostolis eius significatur, & den- B
 tes lactei os eorum denotât à Christo reple-
 tum pane cœlesti Eucharistiæ sub speciebus
 panis frumentacei, quem etiam Rabbini te-
 nent futurum album sicut lac.


Quarta prophetia ad Zabulon, dirigitur
 his verbis: *Zabulon in littore maris habitabit,
 & in statione nauium pertingens vsque ad Sido-
 nem*. Quibus nihil aliud prædicit præter ha-
 bitationis terminos: quod scilicet habitatu-
 rus esset in littore maris. Ab ortu enim ha-
 buit mare Galilææ, ab occasu mare Mediter-
 raneum, quod portibus ad nauium stationem C
 abundaturus esset, & terminos suos vs-
 que ad Sidonem extensurus. Quod non im-
 mediâtè, sed mediante tribu Aser quæ inter-
 iacet intelligendû est. Vnde iuxta Hebræum
 habetur, *latus eius ad Sidonem*, supple, spectat
 ac prospicit: quasi dicat, ait Masius^a, Zabu-
 lon obuersus est, & contiguus Sidoni: Za-
 bulon in terra Chanaan erit vicinus Sidoniis,
 qui

a in Iosue
 cap. 19. v. 10.

A qui maritimi fuerunt mercatores, ac proinde per eos ex Sidone qualuis merces & rerum omnium copiam accipiet.

Quintæ prædictioni, quæ Issacharis huiusmodi est, *Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima. & supposuit humerum suum ad portandum. factusque est tributis seruiens*, talis breuiter dari solet expositio: Issachariani habituri sunt solum felix atque amœnum, ideo non facile se inde pelli passuri sunt: sed potius vectigales futuri sunt superioribus hostibus, eo modo quo clittellarij muli quantumuis onusti, si læta gramina quæ carpant per iter nacti sint, neque onere, neque facile fustibus propelluntur. At sanè longè excellentiora continet ista propheta: cuius ideo amplio rem explanationem ad caput 12. 13. & 14. remittimus.

Sexto loco dicit Iacob ad Dan: *Dan iudicabit populum suum & alia tribus Israël, fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens ungulas equi, ut cadat ascēsor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine.* De Samson omnes interpretantur, qui fuit de tribu Dan & vnus à Deo electus ex iudicibus, seu vindicibus Israël: *sicut & alia tribus*, quæ suum Israël dedit iudicem: non enim omnes tribus dederunt iudices. Ruben enim & Gad, Simeon & Aser nullum iudicem dederunt. Ipse autem Samson Danita erit quasi coluber & cerastes. Quemadmodum enim sicut serpentes in viis & semitis sub arena vel frondibus la-



titantes inopinatò hominem aggrediuntur ^A
 & mordent: ita Samson occultè per artes &
 dolos Philistæos aggressus vastauit & occi-
 dit, vt constat ex eius historia. Sic & Danitæ
 astu cœperunt urbem Laïs, quæ postea Dan
 ab illis dicta est ^a. Quoniam autem Anti-
 christus ex hac tribu creditur nasciturus, ex
 eius intuitu conturbatus Iacob à Christo
 Domino salutem contra ipsius hostem acerbis-
 simum implorat. Sic de Antichristo to-
 tam etiam prophetiam multi tam ex priscis,
 quàm ex neotericis exponunt.

^a Iudic. 18.
 27.

Septimum vaticinium ad Gad ita dirigi- ^B
 tur: *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse
 accingetur retrorsum*: cuius mentem sic exci-
 pit Hieronymus ^b. Tribus Gad expedita an-
 te Ruben & dimidiam tribum Manasse tran-
 siuit Iordanem ad debellandum Chananæos
 duce Iosue, sicut promiserant ipsi Mosis Nu-
 mer. 32. vbi alacritas Gaditarum præ cæteris
 innuitur, quod ibi Gaditæ sæpe Rubenitis
 anteferuntur. Post quatuordecim autem an-
 nos trans Iordanem ante socios reuersi sunt,
 multos hostes de vicinis repererunt genti-
 bus; aduersum quos præliari necesse fuit: ^C
 quos & fortiter dimicando deuicerunt. Hæc
 ferè Hieronymus.

^b in Trad.
 Hebr.

Octaua prædictio fertur in Aser hoc pa-
 cto: *Aser pinguis panis eius, & præbebit deli-
 cias regibus*. Sensus est: fruetur bonis terræ
 suæ optimis, & talibus, vt vel ipsis Regibus
 deliciarum loco futuræ sint.

Nona Nephthali conuenit: *Nephthali*

A *ceruus emissus & dans eloquia pulchritudinis*,
 Quam sic Andreas Masius explicat, quasi diceret: Sicut ceruus emissus & liber in herbosa ac fertili terra exultim ludit, ita & in sua fertili sorte ludet & exultabit Nephthali: *dabit autem eloquia pulchritudinis*, quia comis erit, blandus & humanus, suaque urbanitate omnes sibi conciliabit. Optimè: Sed non credo Iacobum soli tantopere Chanaan ubertatem in mente habuisse, vt ad hanc velut ad scopum omnia sua verba direxerit, quemadmodum magna pars expositorum videtur existimare: sed alia quoque spiritua-
 B liora, aut certè minus crassa minúsque terrena contemplabatur in suis filiis. Proinde consulte Cornelius à Lapide censet ista verba propriè ac directè respicere insignem illam victoriam Barac & Debboræ contra Sisaram^a. Fuit enim Barac dux exercitus Israël
 C acies ingenti impetu perrumpit. Sic enim Barac initio instar cerui timuit, nec nisi cum Debbora bellum aggredi ausus fuit. At ea comite animatus, quasi leo cum paucis in innumeras instructissimasque hostium copias irrupit easque prostravit, & id celerimè ad instar cerui, vel etiam fulminis, quod nomen eius Barac significat. *Dedit insuper eloquia pulchritudinis*, quando pulcher-
 Cc s rimum,

a Iudic. 4.

rimum, gratulatorium & Eucharisticum carmen Deo victoriæ auctori cum Debbora edidit ac cecinit. Nos præter istud speciale Baraci & Debboræ egregium facinus aliquid generalius in ista prophetia Iacob in spiritu vidisse putamus, quod in sequenti capite exponendum distulimus.

Sequitur decima prophetia, cui amplissima iungitur benedictio Iosephi: *filius accrescens Ioseph*. Allusio fit ad nomen Ephraim, cuius significatum *fructificans* etiam patri eius Iosepho multiplici titulo conuenire vult dicere: *decorus aspectu*, Hebr. *super oculum*: quasi pulchritudo eius in aspicientium oculis augescere videretur: ita vt *filie discurrerunt super murum*; nempe, mulieres Ægyptiæ super muros ciuitatum ambularent vt te tam formosum & præterea cultu Regio insignitum, quasi patriæ mundique saluatorem cernerent, & vt vicissim à te cernerentur. *Sed exasperauerunt eum* fratres eius pulchritudini isti & ingenuitati inuidentes: & *iurgati sunt*, dicentes, *Nunquid rex noster eris?* &, *ecce somniator venit, venite occidamus eum*². Addit, *habentes iacula*, vt pote, irrisionum & calumniarum, quibus eum transfixerunt. *Sedit in forti arcus eius*. Arcum innocentiae suæ commisit Ioseph Deo fortissimo sagittandi arte peritissimo, vt ab eius manu dirigeretur. Vnde factum est, vt quamuis per fratrum inuidiam venditus sit, & per procacis dominæ suæ impudentem calumniam in carcerem missus sit, tandem *dissoluta sunt vincula brachiorum*.

a Gen. 37. 8.
& 19.

A *chiorum & manuum illius per manus potentis* (nempe, Dei) *Jacob. Inde* (nempe, ex vinculis) *pāstor egressus est, factus est pastor totius* Ægypti, prouidens ne Ægyptij fame perirent: & insuper factus est *lapis Israël*, firmans, roborans & velut basis sustentans in Ægypto totum populum Israël. Quibus laudibus & encomiis addit Iacob insignem huiusmodi benedictionem: Deus patris tui benedicet tibi benedictionibus cœli: non solum vt det tibi de rore seu influxu cœli, quo agri possessionesque tuæ fœcundæ reddantur, sicut benedictus fui aliquando à patre meo Isaac: sed etiam vt Angeli, qui in cœlo coram Deo stant tibi faueant, tibi ministrent ac famulentur, bonisque cœlestibus impleât: *benedictionibus abyssi iacentis deorsum*, vt, videlicet, benedictionem istam confirment omnes patres degentes in lyngo Adam, Seth, Enos, Henoch, Noë, Abraham, Isaac pater meus, & alij omnes *Raphaim* qui ibi *gemunt sub aquis* ^a expectantes Saluatorem mundi: a *Iob. 16. 5.*

De terra quoque abundantiam & fœcunditatem accipias *benedictionibus vberū & vuluæ*, vt, scilicet habeas copiosum lac, fœturam ac prolem tam animalium quam hominum. *Benedictiones patris tui confortate sunt benedictionibus patrum eius.* Exponunt Lyranus, Abulensis, & Pererius: Ego Iacob præ patribus meis Abraham & Isaac fui tum à patre meo Isaac, tum à Deo benedictus, & ita vicissim tibi, ô Ioseph, benedico, ac consequenter tu & patribus meis, & meipso magis eris benedictus,

dictus, quia non tantum patrum vti ego, sed A
 & meam benedictionem nancisceris: *Donec*
veniret (id est, donec veniat) *desiderium col-*
lium eternorum, id est, Messias, qui fuit desi-
 derium Angelorum & sanctorum omnium
 ab orbe condito, qui tanquam colles præ
 cæteris mortalibus virtutibus eminent. Ad
 illud igitur vsque tempus vult Iacob Iosephi
 sui felicitatem perdurare. Deinde quicquid
 dixerat, confirmat, dicens: *Fiant in capite Io-*
seph & in vertice Nazaræi inter fratres suos.
 Vocat Ioseph Nazaræum, id est, separatam
 inter fratres suos, eo quod cum odissent eum, B
 cogebatur se ab eis separare cum esset iuue-
 nis, & ipsi illum à se multipliciter separare
 tentarunt, nunc illum volentes occidere,
 nunc in cisternam mittere, nunc illum ven-
 dere. Ait igitur Iacob, veniant super caput
 Ioseph, super caput, inquam, illius quem
 tantopere fratres eius oderant, quem velut
 extorrem & excommunicatum habebant
 omnes istæ meæ benedictiones.

Vndecima prædictio est Benjamin. *Benia-*
min lupus rapax: mane comedet prædam, & ves-
pere diuidet spolia. Placet quidem illorum ex- C
 positio, qui his verbis intelligi putant belli-
 cam virtutem Beniamini, & ferociam sub
 similitudine lupi prædam rapiantis: cum tri-
 bus illius bellicosa admodum fuerit, vt con-
 stat ex libro Iudicum: ^a vbi illa sola aduer-
 sus congregatas contra se decem tribus stetit
 in acie, congressa est, & magna eas semel &
 iterum affecit clade. Sed quia credibile est,
 Iacobum

A Iacobum dilectissimo filio suo Benjamin aliquid sublimius & etiam honorabilius quàm quod aduersus fratres suos esset pugnaturus, optasse ac præuidisse: placet magis cum Onchelo lupi similitudinem ad templum referre, quod aliquando in illa tribu futurum erat: in cuius altari multæ victimæ mactabantur & sacro igne deuorabantur: præter ea quæ cedebant in vsum populi & sacerdotium. Benjamin, ait Onchelus, *in terra eius quiescet presentia diuinitatis (arcam fœderis intelligit in qua Deus reddebat oracula) & in possessione eius edificabitur sanctuarium. Mane & vespere offerent sacerdotes oblationes, & in tempore vespertino diuident residuum portionum suarum de reliquis quæ sanctificata sunt.*

CAPVT XII.

Alia expositio benedictionis data Nephthali, Ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.

NUNC iterum lectoris compello memoriam circa illa quæ superius ^a de a lib. I. 12. Cinæis affatim diximus, quorum cœnobiaz, & 13. seu tabernacula Iosué & Iudicum temporibus, nec non posterioribus sæculis celeberrima fuisse in tribu Nephthali multa suadent,

- dent, ad quæ nunc Iacob respicere vix dubitauerim. Pro cuius intelligentia præsupponendum est, quod Hobab (de quo in libro Numerorum ^a, quemque iam ostendimus fuisse filium Iethronis, seu Raguelis soceri Moyſis & proinde fratrem Sephoræ) cum pater eius Iethro Moyſi roganti vt secum veniret in terram Chanaan, obtemperare reuens ex Sina rediuiſſet in terram Madian, venit in terram Chanaan, vbi fertilè agrum iuxta Hiericho pro habitatione cum elegiſſet, propter magnam Cinæorum multitudinem quorum in illis partibus caput erat, vel ob quamuis aliam cauſam, poſt aliquod tempus, nonnullos ex ſuis miſit in deſertum Iuda, qui eſt in Australi. Iudææ termino verſus Arad: quod quidem ſodalitium poſtea tempore Plinij ^b dicebatur Eſſenorum iuxta Asphaltitum habitantium. Et hoc eſt quod dicitur in libro Iudicum ^c, *filij Cinæi cognati Moyſi* (id eſt, Cinæi qui erant ſub modamine Hobab affinis Moyſi) *ascenderunt* (al. *ascenderant*) *de ciuitate palmarum* (id eſt, de Hiericho ^d) *cum filiis Iuda in deſertum ſortis eius quod eſt ad meridiem Arad. & habitauerunt cum eo.* Quem locum iam expoſuimus ^e. Et poſt 200. circiter annos ſpectabilis eiſdem congregationis vir nomine Haber nouam inde Cinæorum familiam duxit in tribum Nephthalim: & hoc eſt quod dicitur in eodem libro Iudicum ^f: *Haber autem Cinæus reſceſſerat quondam à cæteris Cinæis fratribus ſuis filiis* (id eſt, diſcipulis, ſeu ſubditis) *Hobab cognati*
- a cap. 10. 29.
- b lib. 5. c. 17.
- c cap. 1. 16.
- d Iudic. 3. 13
- e lib. 1. c. 13.
- f cap. 4. 10. & 11.

A *cognati Moysi, & tetenderat tabernacula usque ad vallem, qua vocatur Sennim: & erat iuxta Cedes.* In quibus verbis multa sunt notanda. Primò, quod quemadmodum Hobab non elegerat urbem Hiericho vt habitaret in ea, sed tantummodo agrum, iuxta urbem, vt ait Iosephus^a: & sicut alij Cinæi elegerant solitudinem vel desertum locum: ita & Haber non dicitur habitasse in Cedes, sed *iuxta Cedes*: quia Cinæi, qui postea dicti sunt Rechabitæ & Esseni, non nisi extra vrbes habitabant. Est autem Cedes ipsamet vrbs Nephthalim dicta aliquando in textu Græco *Cades Nephthalim*, ad aliarum nempe Cades distinctionem. Mafius^b legi vellet Græcè *κῆδεσ*. Ab Herodoto^c dicitur *καδύτης*, fuit autem vtriusque Tobix patria^d.

a Ant.lib.5.
cap.13.

Vrbs Nephthalim eadē ac Cedes.

b in Iosue cap.20.
c lib.2.&3.
d Tob.1.1.

Secundò, ex eo quod dicitur Haber *extendisse sua tabernacula usque ad vallem qua vocatur Sennim* (verti potest *ad vallem*, aut *super vallem*) aut multitudo discipulorum Haberis indicatur, quæ sua longius illum protrahere cogebat tabernacula, aut simpliciter locus habitationis eorum, qui erat *quercetum tsaghannim*, vel vt transfert Mafius^c *quercetum transmigrantium*, quod sic dictum putat ab istis Cinæis sæpè huc & illuc transmigrantibus. Ego verò, sicut video loca, in quibus Cinæi habitabant, vocari *המנוחות hammenuloth*, id est, *requietiones*^f, eadem de causa nunc censeo appellari Heb. *מנוחות tsaghannim*, hoc est, stratorum, vel sternentium se, volutorum, aut volutantium se. Eadem mens est

e in Iosue cap.19.32.

f 1. Paral.2.
53.54.

Septua

Septuaginta qui vertunt *Ἰσὺς ἀναπαυμένων*, A
quercum quiescentium. Certè radicale verbum
יִשָּׁפָן *tsaphan* eiusdem notationis est cum ver-
 bo *יִשָּׁגָב* *tsaghab* : per quod habemus apud

a cap. 48. 12. *Jeremiam* ^a : *Mittam ei ordinatores & strato-*
res laguncularum, & sternent eum, &c. Posset
 autem verti, *mittam ei stratores, qui sternere*

Vallis Sen-
nim unde sic
appellatur.

facient eum. Vallis ergo, seu etiam quercetum
Sennim, id est, stratorum, seu sternentium se,
 sic dictum videtur ob multitudinem pro-
 phetarum, qui in illis tabernaculis sternere
 se solebant super lectulos propheticos, vt in
 illis oracula Dei per somnia quæritarent, vt B
 iam sæpè dictum est, & mox amplius decla-
 rabitur. Et tandem, à voce quam interpres
 Latinus per syncopen reddidit *Sennim* cor-
 ruptè deriuatum existimo nomen *Seunior*
 pro loco sacro, multis in locis ab Elia eius-
 que discipulis ædificato, vt mox videbitur.
 Tertio, huius Haberis dignitas & auctoritas
 non obscure denotatur in hoc quod Rex
 Azor pro magno habuit cum eo pacem, id
 est, amicitiam habere. *Erat pax inter Iabin*
Regem Azor & domum (id est, familiam) *Ha-*
 ber *Cinai* ^b. Quarto, ex sacra illa regione (cur C
 sacram illam vocamus vide supra ^c) quam
 in Aquilonaribus terræ Chanaan finibus Ra-
 phaim, Emim, Zuzim, & Zomzomim, id
 est, sancti doctores & prophetæ incoluisse
 videntur ante Abrahami tempora ^d, tres præ-
 cipuæ fuerunt vrbes in tribu Nephtholim,
 quæ postea à Iosue Leuitis, id est, eiusdem
 professionis, datæ sunt hominibus ad habi-
 tandum,

^b Iudic. 4.

17.

^c lib. 2 c. 10.

^d Gen. 14. 5.

& sup. lib.

2. cap. 10.

A tandum, nempe Emath, seu Epiphania Chartan, seu Cariathaim, & Cedus Nephthalim. Et hæc est ratio cur tot, tamque illustres in ista tribu semper extiterint tam viri quàm fœminæ, quique præsertim sunt prophetæ nomen adepti. Nam præter vtrumque Tobiam, Raguelem, & Saram, totamque illam familiam (quam ex filiorum Dei, seu prophetarum sodalitate fuisse colligo ex purissima eorum vita, ex familiari Angelorum, cum illis conuersatione, & ex eo quod Tobias dicebat vxori *filij sanctorum sumus*^a) ex ista tribu creditur fuisse insignis

B illa prophetes & totius Israël's iudex ac moderatrix Debbora. Licet enim ad iudicandum populum *federet sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim*^b: non tamen satis bene inde

Debbora prophetes erat ex tribu Nephthali.

^b Iudic. 4. 5.

quidam videntur deducere fuisse ex tribu Ephraim, sed potius ex iis quæ egit cum Barac, colligitur ex eadem cum eo extitisse tribu Nephthalim. Item, Nahum prophetam ad hanc tribum pertinere indicat patria eius, dum se vocat Elcesæum; fuit autem Elcesæ vicus in Galilæa, quem huc refert Adrikomius^c. Sed præsertim habemus admirabilem illum inter prophetas Eliam Thisbitem, si Thisbe, à qua cognominatur, eadem sit cum vrbe Nephthalim, vt apud Septuaginta legimus. Licet etiã apud Issacharianos habitauerit in monte Carmeli. De qua habitatione postquam multa scripsit Ioannes 44. Patriarcha Ierosolymitanus^d, addit:

^c in tribu Nephthali n. 44.

^d lib. de instit. Monachorū c. 19.

Dd

Propter

Seunion *fā-*
cer locus pro
phetarū un-
de sic dici-
tur.

Propter quæ omnia Elias in monte isto non modo elegit habitare, verum etiam domum orationi consecratam appellatam Seunion in eo edificauit. Nempe ad instar earum, quæ in sua tribu Nephtholim erant prope urbem Cedes in querceto Sennim.

a lib. 4. c. 1.
1. 2. & 3.

Quintò constat ex libris Regum ^a multa ac frequentia filiorum Dei, qui postea filij prophetarum sunt appellati, in illa, aut circa illam tribum extitisse cœnobita: nempe, in Galgalis, in Bethel, & in Hiericho præter illud celebre Haberis in querceto quod dicebatur Sennim iuxta Cedes, atque in illis maximam fuisse multitudinem vtriusque sexus (vt colligere est ex strenua illa Iahel vxore Haber Cinæi, quæ peremit Sisaram ^b)

b Iudic. 4.
18. 19. & 20.

Ionadab quo
sensu dicitur
filius Rechab.

quorum archimandritam posterioribus sæculis fuisse Eliam, cui successit Elisæus ambigendi non datur locus. Eliæ autem & Elisæo successit in officio vir sapientia & sanctitate celeberrimus Ionadab, qui passim in scriptura dicitur *filius Rechab*; non, vt multi putant, quod à quodam huius nominis viro secundum carnem genitus sit, cum talis non reperiatur, & tam illustris familiæ parentem & caput non inueniri incongruum planè videatur, sed quia filius, id est, discipulus fuit eorum qui primi hoc nomine *Rechab* honoris causa vocati sunt. Isti autem fuerunt Elias & Elisæus. Ille quidem ab isto, quando sursum ferebatur per turbinem in cœlum ^c, vidente & clamante אָבִי אָבִי רֵכָב וְיִשְׂרָאֵל וּפְרָשִׁי, *Abi, abi, rechab israhel, upharascian:*
Pater

e 4. Reg. 2.
12.

A Pater mi, pater mi Recheb Israël & equites eius, vel, equitum eius: Iste vero, nempe Elisæus, iisdem prorsus terminis à Ioas Rege Israël, cum egrotaret infirmitate qua mortuus est, ad quem Rex descendit & stans coram eo, dicebat: Pater mi, pater mi currus (Recheb) Israël & auriga eius ^a. Ab illo ergo die nomen Recheb, ^{a 4. Reg. 13. 14.} seu Rechab honorabile factum est. Ita ut præcipuus filiorum prophetarum Archimandrita,

qui in hoc munere successit Elisæo filius Rechab, quasi utriusque Rechab, nempe, Eliæ & Elisæi discipulus appellatus sit, & omnes illius sodalitatis alumni, qui primò Enoščæi, ^{Rechabite ab Elia & Elisæo prophetis nomē habuerunt.}

B deinde Cinæi, postea Cenezæi, ad hæc Hebræi, Nazaræi & filij prophetarum nuncupati fuerant, deinceps Rechabitæ sunt appellati. Quod idem est ac si Elicitæ, vel Elisæitæ dicerentur. Quæcumque alia fabricari posset huius nominis etymologia multiplici absurditate scaterere videbitur. Istorum autem institutum latè à Jeremia ^b describitur: & eosdem esse cum Cinæis euidenter constat ex Paralipomenis ^c, ubi dicitur: *Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes* (nam & ^{c lib. 1. c. 2. 55.}

C ibi erant tabernacula Cinæorum sicut in tribu Nephthali, de quibus mentio fieri videtur in libro Iudicum ^d) canentes atque resonantes & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinei, qui venerunt de calore patris domus Rechab. Nomine autem caloris Hebraice *חמם* Hhammath feruorem, æstumque deuotionis ac zelum Eliæ possumus intelligere: qui dicitur non pater Rechab, sed pater domus;

a Eccli. 48.

1. 2. 3. & 13;

b lib. 1. c. 9.

*Hammath
seu Emath
qua & Epi-
phania pri-
ma prophe-
tarum habi-
tatio.*

id est, familiae & societatis Rechabitarum A
supremus œconomus ac magister. Quem fer-
uorem explicat Scriptura^a: *Et surrexit Elias
Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi
facula ardebat, &c.* Et postquam multa de
eius zelo disseruit, subiungit: *qui un-
ges Reges ad poenitentiam, & prophetas facis successo-
res post te.* Nempe incipiendo ab Elisæo, ideo
addit: *Elias quidem in turbine tectus est, & in
Elisæo completus est spiritus eius.* Verumtam-
en si nomen Hebr. *Hammath* in prædi-
cta sententia sumatur pro regione Emath,
vel pro ciuitate Hham, seu Hhammath-dor, B
in qua ante Abrahami tempora Zuzim, id
est, sanctos prophetas habitasse docuimus^b:
loci ex Paralipomenis sensus erit, Cognation-
es (proprie familias) scribarum, qui habi-
tabant in Iabes Galaad fuisse Cinæos, qui
primò venerunt ex vrbe Emath, qua primis
post diluuium temporibus pertinebat ad pa-
trem, seu archimandritam familiae Cinæo-
rum, qui postea (Esdrae nempe Bibliorum
compilatoris, & ita scribentis temporibus)
dicti sunt Rechabita. Hunc dictæ sententiæ
sensem vt germanum ac legitimum penitus C
agnosco. Per quem ferè omnia qua vsque
modo de familiis & sodalitatibus religiosorum
qui fuerunt à temporibus Enos & filij
eius Cainan, diximus, mirificè confirman-
tur, ac dilucidè declarantur.

His præmissis facile erit Iacobi enigma
soluere, cum benedicēs filio suo Nephtholim
(in cuius tribu primus in terra Chanaan Ci-
næorum

A næorum archimandrita sedem habuerat in ciuitate Emath, seu Epiphania) vocat illum *cervum emissum dantiem eloquia pulchritudinis*. Quoniam enim aptiori nomine posset donare filios Dei, siue Cinæos, quos non solum in Emath à primo illorum patre, sed etiam postea à seipso in Berhel primū habuisse nouerat fundamentum ^a, quàm *cervorum*? qui per contemplationem montes affectant, *Montes excelsi cervis* ^b, & per prædicationem agilitate præstant, *Vox Domini præparantis ceruos* ^c qui *perficit pedes eorum tanquam cervorum* ^d.

a Genes. 31.

1.2.3.

b Psal. 103.

18.

c Psal. 118.9.

d Psal. 17.34.

B Iste ceruus primis temporibus ex Emath in Iabes Galaad, posterioribus autem per obedientiam emissus fuerat ab Hobal cognato Moyfis ex Hierichuntinis tabernaculis sub Haberis moderamine in *quercetum Sennim Nephthalinæ* fortis: exinde multiplicatus quā pulchra, quā facunda, quā venusta, quā vera, quā consolatoria, quā vtilia omnibusque proficua protulit eloquia, maximè per Eliam, Elisæum & alios eorum discipulos? Eloquia pulchritudinis sunt Dei oracula per eorum ora reddita: sunt conciones ac prædicationes: sunt denique Psalmi, hymni & cantica spiritualia quibus decantandis iugiter die ac nocte vacabant. Hæc sit mea de benedictione Iacobi data Nephthalim sententia.

CAPVT XIII.

Alia expositio benedictionis datæ Issachar circa hæc verba, Asinus fortis accubans inter terminos iuxta Hebr. inter clathra duo.

VERBA quæ sapientissimus senex & Patriarcha Iacob protulit super filiū suum B Issachar, multis sunt referta mysteriis: quæ tanto magis enucleanda videntur, præsertim priora verba, *Asinus fortis accubans inter terminos*, quantò ipsissima iuxta Hebr. sententia semel & iterum posterioribus sæculis repetita legitur in sacro eloquio, & vbique non modicum præbet negotium expositioribus, qui vsque nunc nihil ex tot diuersis interpretationibus præter opacam in mentibus caliginem reliquisse videntur. Duorum aliorum locorum prior habetur in cantico Debora ^a hoc tenore: *Diuiso cōtra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? Diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.* Secundus locus iste est: *Si dormiat is inter medios cleros &c.* ^b Pro quorum intelligentia recurrendum est ad illa quæ prius dixi de prophetarum decubatione in locis sacris, vt oracula Dei per somnia mendicarent

^a Iudic. 5. 15.
16.

^b Psal. 67. 14

C

A dicarent. Pro quo faciunt ista Eliu (quem & Balaam, & verum Dei prophetam cum Hieronymo ^a facimus in nostris Commentariis ^a in Tra& in Job ^b) verba iuxta Hebr. *Equidem in vna* Heb. in Gē. loquetur Deum, & in duabus: non considerabit ^{c.22.} ^b Cap. 32. 2. eam. ^c Exprobrauerat Eliu Iobo suam erga ^c Job 33. 15. Deum audaciam, *Cur aduersus eum contendisti* ^d Ibid. vers. quod omnia verba sua non responderis? ^d Res- 31. pondet Eliu: ô deploranda mortalium stupiditas. Profectò à Deo non stat quin homines illius diuinæ voluntatis optimè fiant conscij: Semel enim & iterum, multisque vicibus loquitur: sed homines ad illius monita surdescent; imò nec illa quidem considerant, vel attendunt. Deinde addit quasi exempla proponens; *Per somnium¹ visionis noctis cum cadit sopor* (al. Exstâsis) *super Enoscim* (id est Prophetas vt vidimus ^e) *in decubationibus super Cubile*, &c. ^e lib. 10. cap. 11. Quis nescit omnes homines, præsertim nocturno tempore, quietis somnum capere super lectos, quid igitur necesse erat dicere noctu Deū loqui ad Enoscim cum ipsi decumbunt super lectulos, aut cubilia? Vel cur potius *cubile* in singulari dictum est, quàm in plurali, nisi quia peculiare quoddam lecti genus destinatum ad hoc erat? Sed antequam videamus quales sint isti lectuli, pauca dicenda sunt de decubationibus in tabernaculis, templis, locisque sacris, vt diuina quærantur oracula. Et quidem apud prophanos frequenter occurrunt, vt antea ^f f Cap. 7. vidimus: quibus addere possumus quod apud ^g in Curgul. Plautum ^b legitur per æquiualens *incubandi*

*Decubatio-
nes in tem-
plis ad cōsu-
lenda oracu-
la originem
habēt ex Sa-
cris scriptu-
ris.*

verbum, namque incubare, ait, te fuerat fatius A
Ioui qui tibi in iure iurando auxilio fuit. Id est
(exponit Lambinus) fatius fuerat te in Capi-
tolio, seu in templo Iouis Capitolini dormire
ad accipiendum responsum super eo quod
quæreres. Et ibidem paulò antè: *Quis hic
leno egrotus incubat in Æsculapij fano.* Nempe
quia ægri in templis Æsculapij incubabant,
vt saltem in somnis moniti aliquod morbi
laxamentum aut leuamentum ab eo conse-
querentur. Idem notat Seruius in illud Vir-
gilij ^a.

a Encid. 7.

Et cesarum onium sub nocte silenti

Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.

b ro. de di-
uinat.

Marcus Tullius ^b *Atque etiã, inquit, qui præ-
erant Lacedæmoniis (qui ab Abrahamo ducunt
originem ^c) non contenti vigilantibus curis, in
Pasiphæ fano quod est in agro prope urbem (in
quibus locis habitare solitos nuper & alias
vidimus Enoſcæos) somniãdi causa incubabant.*

c I. Mach.
12. 6. & 7.

d Suetonius
in Augusto.

Hinc factum est, vt apud Romanos *Augu-
rium* ^d capere dicebantur candidati cum nocte
que comitia præcedebat sub dio extra urbem
cubantes deins solida sella sedentes in loco C
ei rei destinato expectarent dum ipsis Deus
aliquis bonum signum mitteret: quod olim
quidem vere solitum fieri certum est, & mos
à Romulo ipso traditus diutissimè in Re-
pub. seruatus est: postea tantum umbra in
vsu remansit re neglecta. Ad hunc ritum re-
feruntur verba hæc Festi ^e *Cubans auspicatur,
qui in lecto querit augurium: Quas decubatio-
nes etiam à Moysè vsurpatas antea ex Stra-
bone*

e lib. 3.

A bone vidimus, cuius nūc ampliorem textum cap. 7. l. 16.

hic adducimus profus notandum. Αλλ' εἰς
 θεῖν πᾶσαν ξοανοποιῖαν ἔτεμνον ἀφορείσαντας
 καὶ σπικόν ἀξίολογον τιμᾶν εἰ δεκχωεῖς. ἐγκοι-
 μαδαί, ἧ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἐαυτοῦ τε, καὶ ὑπὲρ τῶν
 ἄλλων ἄλλες τὲς εὐνοεῖρες καὶ προσδοκᾶν θεῖν
 περὰ τῶν θεῶν καὶ δῶρον αἰετὶ καὶ σημεῖον τὲς σω-
 φρονως ζῶντας, καὶ μὴ δικαιοσύνης, τὲς δ' ἄλ-
 λες μὴ προσδοκᾶν, &c. Id est, Sed docebat ille

B colendum: & in eo templo vel pro se quemque,
 vel alios qui essent ad bene somniamdum apti
 natura, pro aliis incubare oportere, & iis qui
 temperanter & iuste viuunt à Deo donum ali-
 quod aut signum esse expectandum, aliis verò
 nihil tale expectandum, &c. Vnde constat,
 eundem Moysen, qui ex Dei præcepto scul-
 ptilia prohibebat & tabernaculum certa di-
 mensione ad veri Dei honorem constructum
 prædicabat, Deum quoque verum per decu-
 bationem in tabernaculo (nam in templo
 non nisi longè post Moysen, sed iuxta eius
 decretum, exemplumque factum est) consu-
 lere docuit, prout à maioribus per traditio-
 nem acceperat. Ista profecto sunt Cubilia in
 quibus Sancti (Hebr. חַסִּידִים *Hhasidim* quos
 antea ^a vidimus sanctiores fuisse inter Iu- a lib. 1. c. 11.
 dæos) decumbentes præconizabant Deum ^b: b Pl. 149. 5.
 quæ idcirco sacra erant, vt in dicto Psal-
 mistæ loco agnouit Apollinarius transferens
 λεχέας ἱερᾶς, lectos sacros, nempe super quos

non solum ad dormiendum decumbebant
 ut Deum consulerent: sed plerumque etiam
 vigilantes in faciem prostrati orabant *lacry-*

a Ps. 6.7.

b Job. 7. 13.

c Ps. 62.7.

*Cubilia seu
 lecti propheta-
 rarum ad
 consulendum
 Deum qua-
 les erant.*

*Sibadiū ab
 Hebræo Scie
 pharaiim
 videtur sū-
 ptum.*

d cap. 7.

e lib. 16.

mis eos rigantes^a, qui *ardere* videbantur in
meditatione eorum^b, super quos *memores Dei*
erant in matutinis meditantes in Deum^c. Sed

quales fuerint lecti, seu Cubilia ista apud
 Ethnicos videre volupe est, ut facilius inde
 eliciamus illorum formam & materiam non
 aliunde quam ex sacris hausisse. Et primò,
 generaliter loquendo notum omnibus est

nomen latinum *lectus* dici à lectis herbis,
 frondibus & stamentis, ex quibus olim con-
 fici solebat: & Græcum *κλῆθρον*, quod
 est Cubile ex herba siue frondibus ful-
 tum sic dictum à stibadibus herbis ad dis-
 cumbendum idoneis: ni fortasse alludat ad

vocem Hebræam *סִבְאִיִּים Sephathaim*, quæ
 significat clathra ex ramusculis facta, super
 quæ prisci decumbebant, ut statim videbi-
 tur. Latinè etiam à tortis herbis Torum ap-
 pellant, ut sciamus apud omnes gentes le-

ctos primò factos esse ex frondibus & ra-
 musculis arborum. sed nec sacra cubilia qua-
 les fuerunt cortinæ, seu Tripodes Apollinis
 ex alia primo fuerunt materia ut prius ex
 Amminiano Marcellino vidimus: quamquã
 paulatim in hoc facta sit mutatio. Et hoc

est quod vult Diodorus Siculus^e, cum ait:
*Delphicum oraculum primò conditum est è lau-
 ramis ex Thessalia aduectis in specus modum,
 deinde ex apibus, ex cera & aliis membranu-
 lis unde Pteram dictum: tertio æneum stru-*

ctum,

A Etum: quartò à Trophonio & Agamede ex quadro lapide: quintò ab Amphictyonibus instauratum. Sed ex prima institutione & tripus & oraculum ex ramis arborum erant. Quod proculdubio ex sacris mutuati sunt, & præsertim ex tribus locis in quibus habetur dicta vox *sciephathaim*, maximè cum semper ibi sermo sit de Prophetarum, aut aliorum decubatione super Clathra ad consulendum diuinum oraculum. Quorum locorum primus est ista Issachari benedictio: *Issachar asinus fortis accubans inter Clathra duo*. Notandum

B igitur est Issacharianos fuisse viros quietos, pacificos, spiritualibus deditos, & consilio potius quàm armis præstantes, vt patet ex Paralip. ^a vbi numerantur ij, qui ex singulis Tribubus Israël venerunt ad Dauid in Hebron vt regem illum agnoscerent & pro eo præliarentur, ex tribu autem ista pauci admodum numerantur, sed de iis ita differitur: *De filiis quoque Issachar viri eruditi qui nouerunt singula tempora, ex astrorum nempe dispositione circa res naturales ad percipiendū quod facere deberet Israël, vtrum, quies-*

C cere vel ad bellum procedere vt de Michæa legimus ^b, principes ducenti: *omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur*. Concordat benedictio data à Moysè Issachari ^c, *latare Issachar in tabernaculis tuis*. Quasi dicat, deliciae tuæ sunt in locis sacris, ibi cantare, orare, manere tibi volupe est: *populos vocabunt ad montem, id est, ad loca excelsa, in quibus potissimum Deus colitur, conuocant,*

a lib. i. c. 22.

13.

b 3. Reg. 22.

14. 19. 20. & seq.

c Deut. 33.

18.

Issachariani apud Hebraeos prophetia studium profitebantur.

bunt, vt ad sacra veniant, & ad sacrificia: A
 vnde subdit, *ibi immolabunt victimas iustis.*
 Ex quibus colligitur, Issacharianos fuisse au-
 gures, seu diuinatores, non quales erant Va-
 tes apud Gentiles, sed quales erant veri Dei
 Prophetæ ac consultores: erant etiam per
 sacerdotes frequenter victimas immolantes.
 Hæc pars benedictionis per Moysen respon-
 det prioribus Iacobi de Issachare verbis, *Issa-
 char asinus fortis accubans seu dormiens inter
 clathra duo.* Vbi Asini nomine ad laborem
 & ad onera ferenda idonei prælati deno-
 tatur, quæ est alia Issacharis seu Issacharia- B
 norum conditio, vt quia consilio valentes
 erant ac prudentia, populis regendis præfi-
 ciebantur. Futuri ergo sunt pij, deuoti, pa-
 tientes, fortesque Prælati, & insuper futu-
 rorum ac secretorum reuelatores per do-
 num prophetiæ, quo eminentes erunt, &
 ideo frequenter dormient inter duo clathra,
 seu inter cancellos, vt per somnia oraculum
 Dei per eos sciscitantibus dent responsa.

Videndum autem quid importet ista vox
 hebreæ סִיפְתָאִים *Sciephataim*, vel cognata eius
מִשְׁפְּתָאִים *Misphetaim*. Pro illa in hoc loco C
 Genesis & in cantico Debboræ legimus *ter-*
minos: pro ista verò apud Psalmistam habe-
 mus *Cleros*, venit autem à verbo סִיפְתָאִים *Scia-*
phath, quod significat aliquid cum industria
 & solertia aptare, disponere, ordinare, con-
 cinnare: Vt cum Elizeus dixit seruo vel mi-
 nistro suo, *Pone ollam grandem & coque pul-*
mentum filiis prophetarum ^a, non simpliciter
 impor

- A importat ollæ cum aqua & herbis positionem ad ignem, sed diligentem, & accuratam herbarum electionem, putationem, purgationem, &c. vt patet ex sequentibus. Quemadmodum idem verbum accipitur in alio prorsus affini loco apud Ezechielem ^a. Vn- a cap. 24. 3.
 de quidam fortasse collegerunt in prælaudata Psalmistæ sententia transferendum esse, *si dormiatis inter medios cacabos*, vel potius propter vocem *Tripodis*, quem verè significat vox *Misphetaim*; sed vt sumitur cum de Apollinis oraculo sermo est. Quantum autem ad dictum verbum *Sciaphath*, debuissent attendere non pro aptandis tantum cacabis vsurpari: sed pro aliis etiam magis spiritualibus actionibus, in quibus solertia & prudentia maxima requiritur, vt in conciliandis inimicis, & concinnanda inter eos ac stabilienda pace vt apud Esaiam ^b cum dicitur, a cap. 26. 12.
Domine dabis (al. ordinabis ac dispones) pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es nobis: debuissent etiam attendere aliam quoque hoc verbum habere notionem, quæ est reticulare, cancellare, seu cancellos facere.
- C Quemadmodum accipitur in illo Psalmistæ ^c, c Pf. 21. 16.
Et in puluerem mortis deduxisti me, quod ritè, ficto vocabulo, sic vertetur, *Et in puluerem mortis reticulaſti me*, id est, ad tantam maciem corporis me reduxisti, vt cum purum in me supersit sceletum, illud in neruis, venis, & ossibus retis vel cancelli ferat similitudinem. Et hoc est quod prius dixerat, *aruit tanquam testa virtus mea*. Quia igitur cancelli

celli vt plurimum ferrei ad aliquid claudendum deseruiunt, & per translationem dicitur *cancellos alicui circumdare*, pro eo quod est limites quosdam angustos cuiusdam præscribere, extra quos non liceat euagari, vnde Cicero^a, *Si extra hos cancellos quos mihi ipse circumdedit declinauero*. Hinc factum est, vt hæc vox nunc *Cleros*, id est, sortes, nunc *terminos*, id est, terrarum limites, quibus agrorum possessiones terminantur, verteretur: quæ reuera in his locis cancellos, seu clathra significat.

De hac multiplex admodum fertur apud B Enarratores sententia quam ad tres præcipuas classes Mercerus^b conatur reducere, existimans generaliter significare quasdam metas & limites, inter quos aliquid collocatur: siue ad focum, in quo bina cremathra, vel sustentacula in templo disposita fuerunt, vt ollæ ac lebetes illis imponerentur. In qua significatione censet intelligendum ante citatum locum Psalmistæ: siue ad stabula in quibus binis clathris & perticis oblongioribus spatia distinguuntur: quo pacto intelligit Iacobi Patriarchæ ad filium Issachar^c sententiam, quam exponimus, nec non verba Debboræ Prophetissæ: *Quare habitas inter duos terminos*, &c. sed quæ optimè reddi possunt, vt quid *accubuisisti inter duo clathra*^c: siue denique ad lanienas, in quibus etiam certæ sunt metæ, seu pali atque clauis suis ordinibus distincti, & bini ad expandendas atque excoriandas bestias. In quo sensu accipi

putat

a Orat. pro
Quintio.
Cæcellorum
nomen pro
terminis &
limitibus a-
grorum.

b in The-
sauro Pag-
mini.

c Iudic. 5.
16.

A putat vocē *Sciophathaim* in illo Ezechielis^a, a cap. 40.
 & labia eorum palui unius reflexa intrinsecus 43^a
 per circulum. ita Mercerus; sed profectò lon-

gissimè à scopo, vt ex præcedentibus, mox-
 que dicendis apertè constabit. Vox igitur
Sciophathaim in verbis Iacobi, & Deboræ,
 & apud Psalmistam *mispethaim* significat
 cancellos, & propriè clathra ex ramis, seu
 virgulis arborum texta: sicut apud Ezechie-
 lem cancellos ferreos, seu craticulas, super
 quas carnes excoiatæ ac frustatim incisæ
 ad tempus reponebantur. Ratio autem cur

B hoc nomen sit dualis numeri, hæc est, quia
 virgæ lignæ, aut ferreæ, & ramusculi ex
 quibus fiunt clathra seu cancelli reduplicati
 sunt & decussatim, transuersèque dispositi
 vel in quincuncem superpositi foramina re-
 linquentes, per quæ aspectus admittitur, sed
 prohibetur accessus, sed præsertim quia du-
 plex erat clathrum propheticum, vt dictum
 est: ad cuius etiam similitudinem facta po-
 stea videtur arca testamenti cum Cherubinis
 illam operientibus.

*Ad instar lo-
 ci propheticæ
 facta postea
 videtur ar-
 ca fœderis.*

CAPVT XIV.

*Præcedentis capituli confirmatio per hæc
Deborahæ verba ad Issachar, vt quid
accubuisti inter clathra duo,
quæ diligenter explicantur.*

EX prædictis facilius fiet nobis expositio
verborum Deborahæ Prophetissæ, quæ
iam dictæ benedictionis Issachar non im-
memor nec inscia, postquam ob nuper par-
tam victoriam aduocauit sapientissimos, &
deuotissimos Prophetas Issacharianos, vt cū
illis canticum laudis psalleret, vt innunt
verba illa, *Duces Issachar fuere cum Deborah,
& sicut Issachar iua & Barac*, ad illam allu-
dens talia ad eos inter cantandum verba di-
rigit, *in diuisionibus Ruben magni decretarij
cordis. Vt quid accubuisti inter clathra duo, ad
audiendum sibilum gregum? In diuisionibus Ru-
ben magna scrutationes cordis.* Et hoc iuxta
Hebræum. Vbi primo declarat quanti olim
facerent habere decretarios seu scrutatores
cordium, id est, prophetas, qui diuino lumi-
mine illustrati etiam secreta cordis agnos-
cerent, nec non futura²: quemadmodum de
Elia, Elisæo & Daniele legimus. Et hoc Eth-
nici vocarent *Augures*. Commendant deinde
tribum Ruben, id est, regionem tribus Ru-
benorum, quam vocat *diuisiones Ruben*, quod
in

*Augures ha-
bere magni
olim fiebat
apud Israëlitas.*

*a vide Esaiã
cap. 3. 1. 2. 3.
præsertim
iuxta He-
bræum.*

A in illa multi & insignes essent huiusmodi prophetæ: vt colligitur ex eo quod posterioribus temporibus fuit magnus ille propheta Elisæus magni Eliæ discipulus ex Abelmuth de terra Ruben^a. Item propheta Ioel ex agro Bethor in eadem tribu, vt ait idem Epiphanius ibidem. Item Osee propheta, vt vult S. Hieronymus^b. Quamuis Epiphanius dicat eum fuisse de tribu Issachar, de qua nunc agimus, & ad quam Debora talem facit apostrophem, *Vt quid accubisti inter clathra duo?* Quibus verbis indicat formam lectorum propheticorum, nempe, quod propheta ita super clathrum, seu cancellum decumberet, tanquam super culcitram aut stoream, vt aliud haberet super se pro hyperstromate, quod Gallicè dicimus *un daiz*, vel etiam *ciel du liêt*, cœlum lecti: quam partem expressit sponsa, iuxta nostrum interpretem, in illo ferculo Salomonis: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constrauit*^c. Itaque duo clathra formam carucæ conficerent, quæ passim in Scriptura vocatur *currus duplex*^d, ad differentiam aliorum curruum, qui tale non habent operimentum. Hoc clathrum duplex ideo æquivalenti nomine dicitur *מישנה* *Misneh*, id est, *duplum*: quod inter sacra templi utensilia numeratur ab Esdra^e: vel appellatur *שנין* *Scinnen*^f, quod idē significat, vt videbimus g. Porro, honorificum valde erat ex illis esse

Ec prophetis

a Epiphanius de vita prophetarum.

b in Tradit. in Paralip.

In tribu Ruben magni fuerunt propheta & scriptatores cordium.

c Cant. 3.9.

d Gen. 41.

43.

2. Paral. 35.

24.

Dormire inter duo clathra valde honorificum olim fuit.

e Esdræ 2.

10.

f Pl. 67. 18.

g cap. 14. in expositione

Pl. 67. v. 18.

prophetis qui in eiusmodi 'duplo dormie-
bant ad consulendum diuinum oraculum:
quemadmodum de illa illustri prophetissa
Holda legimus, quæ tempore Regis Iosifæ
tantæ erat auctoritatis & eminentiæ, vt non
nisi celebriores ex sacerdotibus elegerit Rex
quos ad illam mitteret ad consulendum Do-
minum de aliquo negotio.

*Holda pro-
phetissa quæ
se auctori-
tatis fuit.*

*Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Sa-
phar, & Asaia ad Holdem prophetidem uxorem
Sellum filij Tecua, filij Araah custodis ves-
tium, quæ habitabat (proprie quiescebat, hoc
est, quiescere ac decumbere solebat) in Ieru-
salem (quod tanto honorabilius erat inter*

*a 4. Reg. 22.
14.*

*tot viros prophetas, qui ibi erant) in Secunda^a.
Hebr. פַּנְיָוּתָם *Bammisueh, in duplo. Vertit
Pagninus post alios in domo doctrine. Et in
editione Latina legitur cum maiuscula Se-
cunda quod aliquid insigne denotat.**

Præterea, celebris habetur locus apud
Ezechielem ^b in quo, si bene intelligatur,
omnia quæ de clathris istis duplicibus pro-
phetarum diximus, de eorum forma, nec non
de prophetissis super illa decumbentibus, il-
la etiam textentibus, & tandem de modo quo
prophetæ super illa se aptabant dormituri,
declarantur. *Et tu fili hominis pone faciẽ tuam
(id est, attende diligẽter) super filias populi tui
(familie nempe prophetice) quæ prophetant
de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hac
dicit Dominus Deus: Va quæ consuunt puluillos
sub omni cubito manus & faciunt cervicalia sub
capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas, &c.*

Et

- A Et paulo post, *Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes* (ironia est, id est, muscas, ciniphes, & alia volatilia) & dirumpam eos de brachiis vestris, & dimittam animas quas vos capitis animas ad volandum (nempe plebeias & idiotas deceptu faciles) & dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum de manu vestra. Quibus verbis intendit potissimum Deus reprehendere falsas prophetides, que prophetabant de corde suo, non ex spiritu Dei. Quo pacto sæpe alibi ^a de falsis prophetis conqueritur: satis apertè indicans tunc fuisse etiam prophetissas, quæ in spiritu Dei prophetabant, vt de Holda nuper vidimus, qualis fuerat Maria soror Moyfis, Debhora, & aliæ; insuper notandum pro puluillis ritè à Pagnino & Aria redditum fuisse puluinaria: quæ in hoc loco sumi non debent pro eo quo dormientium capita fulciuntur, sed pro lectis ipsis, non in sensu Isidori ^b, qui ait *puluinar esse lectum diuinitum*, vnde & puluillus: sed pro lectis, qui in templis sterni solebant. In qua significatione hoc nomen accipitur à Cicerone ^c cum ait: *Ea aram & ediculam & puluinar sub sacro saxo dicauit*. Et ab Ouidio ^d,
- & puluinaribus altis
- Dignior est.*
- Scribit etiam Liuius ^e, *coruum in eadem lunonis aduolasse, atque in ipso puluinario*, id est, lecto, *consedisse*. Imò, aliquando puluinaria pro ipsis templis abusiue dicuntur: vt cum

^a Jer. 5. 31.

II. 21. 14.

23. 16.

^b l. 20. orig.

cap. 11. &

lib. 19. c. 26.

^c Orat pro domo sua.

^d Metamorphos. 14.

^e lib. 1.

Puluilli sub omni cubito positi erant lecti prophetarum.

a in Cati-
lin.

apud Liniū ad omnia puluinaria sacrifican- A
dum esse dicitur. Item Cicerō^a, Quoniam, in-
quit, ad omnia puluinaria supplicatio decreta
est, celebratote illos dies cum coniugibus & libe-
ris. Igitur puluinaria nec non ceruicalia pro-
priis manibus texebant illæ mulieres, & quæ-
dam ex eis super illa decumbentes falsa pro-
phetabant. Tertio, in hac Ezechielis senten-
tia vis verbi consuere, Hebr. *תפחר* taphar no-
tanda est: propriè enim Intertexere signifi-
cat, vt patet ex eo quod per illud primi paren-
tes dicuntur *consuisse*, id est, intertexuisse
folia ficus (non enim consui possunt) & fecisse B

b Gen. 3. 7.

c lib. de vita
contempla-
tiua.

sibi perizomata^b. Itaque mulierum illarum
opus non telæ vel stragulorum futura erat,
sed ramusculorum concinnatio, qualia Phi-
lo^c scribit fuisse Therapeutarum (qui pro-
phetarum genus fuisse, & eorum mulieres
Theraupetides Prophetides extitisse viden-
tur) lectisternia, nempe *tegetes rudes è vili
contextas materia, è papyro indigena, sic humi
aggestas, vt eminendo fulcirent cubitos.* Deni-
que fuit quædam storeæ textura. De talium
mulierum eiusmodi opere intelligendum iu-
dico dictum locum Ezechielis, atque eun- C
dem abusum reprehendi, quem prius ex tem-
plo fugauerat Rex Iosias, quando destruxit
adioculas effeminatorum, que erant in domo Do-
mini: pro quibus mulieres texebant quasi do-
munculas luci^d. Iuxta Hebr. Diruit domuncu-
las scortorum masculorum, qui erant in domo
Domini (pro) quibus mulieres texebant ibi cor-
tinas luo. nimirum, ex ramusculis arborum
luci,

d 4 Reg. 23.
7.

A luci, qui tunc erat in templo, texebant pulvinaria, seu cortinas (quid sit cortina vidimus^a) quibus addebant fornicem ex eadem materia: ita ut essent ad instar domuncularum undique operatarum, sub quibus scorantes abscondebantur: quæque non solum antiquam & simplicem pulvinariorum formam excedebant (& hoc vult interpres per particulam *quasi*) & sine discrimine ætatis sub omni cubito, vel etiam cinædorum scorantium exponerentur: sed etiam cum ad Deum consulendum primo institutæ essent, nefandæ scortationis visibus deseruiebant.

B Quartò, cum dicit *sub omni cubito poni illos puluillos*, duo potissimum indigitat. Vnum est, non simpliciter reprehendere positionem pulvinarium sub cubitis, vel axillis: sed quod sine discrimine hoc fiat apud populum suum, ut important ista iuxta Hebr. verba *sub omnibus axillis manuum mearum*: satis aperte inueniens se factum approbare & antea approbasse, dummodo ad hoc personarum, quibus competit selectio fiat. At sibi admodum displicere, quod eo usque talis discriminis pervenit contemptus, ut impudicissimo cuique puero super sacra pulvinaria liceat decumbere. Alterum est, debuisse qui sic decumbant non pronos, aut supinos, sed super latus sese aptare: & hoc tam propter honestatem, quam ut *verbum à Deo furtivè dictum venasque susurri eius melius aure susciperent*, ut loquitur Eliphaz de sua visione^b: quod Iuvenalis^c vocat *arcanam mendicare in aurem*. Sic

Propheta
quo pacto sese
componere
deberent super
lectos propheticos.

a Iob 4. 13.
c Satyra. 6.

a cap. 4. 4.

præceptum à Deo datur Ezechieli ^a, *ut dormiat* (vtique more prophetarum) primò *super latus suum sinistrum*, ponendo iniquitatem domus Israël (id est, pœnam pro iniquitate paulò ante in tegula sub figura duræ obsidionis descriptam) *sub eo*, id est, sub axilla sua, numero dierum quibus dormiturus est *super illud latus*: statimque promittitur futurum, vt inde *assumat* (per reuelationem vel responsum à Deo) *iniquitatem eorum*, id est, pœnâ quam pro sua iniquitate passuri sunt. Rursum præcipitur ei, *ut dormiat super latus suum dextrum secundo*, vt inde *assumat iniquitatem domus Iuda*. B

Accumbere inter duo clathra quid sis.

Ex dictis constat quid sit decumbere, vel accumbere, vel dormire inter clathra duo? & quid velit tum Iacob cum ait Issacharum *accubare inter clathra duo*, tum Debbora cum eidem tribui dicit, *Vt quid accubuisti inter clathra duo?* Nimirum, quamuis ô Issachar in tribu Ruben magni sint decretarij cordis magnique prophetæ, qui à Deo illuminati abstrusiora etiam cordium norunt detegere: non minores tamen apud te sunt neque pauciores: quam enim ob causam, quæso, iuxta C insignem tibi à patre Iacob datam benedictionem toties *dorminuisti inter duo clathra?* Nunquid hoc fecisti *ad audiendum sibilos gregum*, & non potius *ad audiendum verbum Dei ad aurem tibi furtiuè dictum*, & ad instar sibili *venas susurri eius aureque tenuis vocem?* ^b Sed quid sibi volunt ista verba *ad audiendum sibilos gregum?* Cum hæc diceret Debbora

^b Iob 4. 13.

A bora virefcebat in dies idololatria præfertim *Idololatria*
 in Græcia, vbi Cecropis Regis Ægypti tem- *quo tempore*
 pestate, circa eius 33. annum, Moyſis 67. mun- *cæpit in*
 di verò 2530. id est, à 211. annis initium ac- *Græcia.*
 ceperat: & adhuc recentius erat diabolicum
 illud inuentum de Delphico oraculo. Quod-
 quidem si à Saturno sumpſit exordium: tan-
 tò magis illud nunc ridet vera Dei prophetes
 Debbora, quanto recentissimum erat anno
 mundi 2741. quo relata verba protulit san-
 cta mulier: Nā Saturnus ex Diis Græcorum
 antiquioribus 170. circiter annis ante bellum
 B Troianum in Italia regnavit ^a; anno nempe *a Eusebius*
 mundi 2704. hoc est 37. duntaxat antequam *in Chron.*
 ista dicerentur à Debbora: & iam fortasse
 Saturnus suum in Græcia instituerat oracu-
 lum. De quo ita Lycophron, οἱ ἃ ἀμφὶ βωμὸν
 Ἰ̄ προμάντι & Κρόνε, *illi ante aram vatis Sa-*
 turni. Vbi Tzetzes, καὶ φασι ὅτι τὸ ἐν Δέλφοις
 μαντεῖον πρότερον Ἰ̄ Κρόνε ἠν̄, ἔνθα ἔλαβον ἢ
 χρησμὸν οἱ Ἕλληες: *aiunt oraculum Delphicum*
 prius fuisse Saturni, vbi Græci responsa accepe-
 runt. Spiritus ergo mendax mendacique pa-
 ter Diabolus voluit in illo Delphico oracu-
 C lo tenuem ad aures prophetarum super cla-
 thra decumbentium Dei loquentis sibilum,
 ac susurri venam imitari. Sed quo modo,
 audiamus à Diodoro Siculo ^b: *Dicuntur, in-* *b lib. 16.*
 quit, olim capra reperisse Delphicum oraculum,
 quare & Delphi capris maximè oraculum con-
 sultunt. Cum hiatus in eo loco esset, vbi nunc est
 adytum templi, & capra ibi essent, si qua ad
 hiatus accederet, aut in eum despiceret, exiliebat

mirum in modum & insuetam vocem edebat. A
 Quod cum animaduertisset caprarius, & eò ve-
 nisset, idem passus est, & futura predixit. Didit-
 ta rei fama indigena putarunt & γῆς ἱερῆς
 εἰοῦ terra esse oraculum: cùmque aliqui lapsi in
 specum perissent, mulier capta est, que ut
 impunè vaticinaretur μὴ δὲ κατὰ κράτος δῶρα
 ἔσῃς ἰλασθῆναι βάσει, machinam tripodem factam
 cui mulier insisteret, &c. Ad hæc Tertullia-
 nus^a, Si magi, inquit, phantasmata edunt, si
 pueros in eloquium oraculi eliciunt, &c. Si de-
 mones eis assistunt, per quos & capra & mensa
 (nempe tripodes) diuinare consueuerunt, pro-
 ducatur aliquis ex iis qui Deo pati existiman-
 tur, qui aëris maleficum numen de nidore concipi-
 unt, qui ructando loquuntur, qui anhelando
 (dulci susurro) profantur. Ex his satis per se
 lector poterit iudicare quid nunc Debbora
 vera Dei propheta quasi noua illa per ca-
 pras oracula ridens dicere velit. Ideo non
 immoror. Sed adhuc pauca de illo oraculo
 Delphico. Templum Apollinis, ait Iustinus^b,
 Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe
 vndique impendente, ibi ciuitatem frequentia ho-
 minum facta, media saxi rupes in formam thea-
 tri recessit. In hoc rupis anfractu media ferme
 montis altitudine planicies exigua est, atque in
 ea profundum terra foramen, quod in oracula
 patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam velut
 vento in sublime expulsus, mentes vatum in re-
 cordiam vertit, impletosque Deo responsa con-
 sulentibus dare cogit. Vis iam videre deplo-
 randum nimis Israëlitarum scelus quo Del-
 phicum

^a in Apolo-
get.

Debbora re-
cens Delphici
oraculi in-
uentum de-
ridere inten-
dit.

^b lib. 34.

A phicum oraculum in Iudæam attraxerunt. *Humiliaberis*, inquit Esaias ^a, *de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Nota *humiliaberis*, id est, humi sedebis, quod non faciunt veri prophetæ, qui à terra eleuantur decumbentes super clathra. Dicto etiam errore decepti sunt sapientiores ex Gentilibus. Credo etiam, ait Cicero ^b, *anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus afflate mentes oracula funderent.* Et Plinius ^c, *Alibi fatidici specus, quorum*
 B *exalatione temulenti futura præcinnunt, ut Delphis nobilissimo oraculo.* Item Strabo ^d, *Oraculum ipsum aiunt esse specum altissimè depressum, aditu non admodum lato. Ex eo spiritum efferi furoris diuini efficacem: supra spiraculum tripodem situm sublimem, quo conscenso Pithiam ubi spiritum exceperit, versa, solutâque oratione sortes pronunciare esse quosdam fani ministros, qui oracula prosa oratione edita versu efferant.* Et hæc de istorum oraculorum ineptiis sufficiant, ut ad tertium veniamus locum, nempe Dauidis duo præcedentia mirificè confirmantis, & apertè ostendentis decubationem inter duo clathra ad consulendum Dei oraculum tempore Moy-
 C *sis in vsu fuisse, & deinceps.*

a cap. 29. 4.
 5. & 6.

Israëlitæ
 Delphicum
 oraculū imi-
 tati sunt.

b lib. de di-
 uinat.

c lib. 2.

d lib. 9.

CAPVT XV.

Duorum precedentium capitulorū confirmatio ex Psalmistæ, tam Iacobi Patriarchæ ad Issachar, quam Debboræ prophetissæ ad eandem tribum verbis persimili sententia, Si dormissetis inter duo clathra.

B

QUEMADMODVM in præcedenti capite sancta illa Prophetes Debbora firmiter admodum stabiliuerat & exposuerat mentem Patriarchæ Iacob, quando filio suo Issachar futurum dixit, vt ad consulendū Deum dormiret inter duo clathra : ita profecto Psalter post 250. circiter annos illius verba solidè confirmat, ac sapientissimè declarat in 67. Psalmo, qui eiusdem prorsus est argumenti, ac canticum Debboræ, quod est insignes Dei Altissimi victorias canere, & stupenda exaltare magnalia, nec non ingentia populo Israël, tam cum esset in deserto, quàm post suum in Chanaan ingressum collata beneficia minutatim & per partes referre. Quod vt meliùs exequatur, idem quod ab ipsa Debbora cum Barac iudice & cum prophetis Issacharenis decantatum fuerat, ita sibi sumit in exemplum, vt plures integros ex illo vsurpet versiculos, quales sunt isti.

In

A In Cantico Debboræ

In Psalmo 67.

Verf. 4. *Domine cum exires de Seir & transires per regiones Edom terra mota est, cœlique ac nubes distillauerunt aquis.*

5 *Montes fluxerunt à facie Domini & Sinaï à facie Domini Dei Israël.*

15 *Duces Issachar fuerunt cum Debbora, ad cantandum potissimum.*

Item, habetur encomiū principum duodecim tribus Israël vt de Zabulon & Nephthali-

18 *lim, Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas, &c.*

31 *Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te sicut sol in ortu splendet ita rutilent.*

Verf. 8. *Deus cū egredieris in conspectu populi tui, cū pertransires in deserto:*

9 *Terra mota est etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinaï, à facie Dei Israël.*

Sic in Psalmo narratur post transitū

26 *maris rubri, Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenularum tympanistriarum.*

28 *Principes Iudæ duces eorum Principes Zabulon, Principes Nephthalim.*

2 *Sicut fluit cera à facie ignis sic pereant peccatores à facie Dei*

3 *Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei & delectentur in letitia.*

Sed inter alia, quemadmodum Debbora in suo

444 ECCLESIA ANTE LEGEM
 suo cantico locuta fuerat de Issacharenis dormientibus inter duo clathra : ita & Psaltes de eadem re loquitur , cum ait : *Si dormiatis inter medios clericos* , sed iuxta Hebræum , *Si dormiuissetis inter clathra duo*. Quod ut euidentiùs constet , statuimus breuem secùdum sensum litteralem totius Psalmi expositionem hïc apponere , præsertim iuxta nostram ex archetypo translationem.

BREVIS ELUCIDATIO
 Psalmi 67. iuxta Hebræos 68. B

Editio vulgata

Iuxta Hebræum.

*In finem Psalmus
 cantici ipsi David.*

1 | *Victori ipsi David
 Cantus cantici.*

CUM iste Psalmus vocatur *Cantus cantici* satis apertè innuitur quod sit excellens inter alios psalmos , quemadmodum cantici Salomonici præ cæteris excellentia denotatur in hoc quod vocatur *Canticum canticorum* , ut exigit phrasis Hebræa. Vnde Rab. Abraham Abenezra vocat istum psalmum nobilem & gloriosum , nec non grauem : addere potuit & difficilem , sicut verè talis est.

*Exurgat Deus , &
 dissipetur inimici eius :
 & fugiant qui oderunt
 eum a facie eius.*

2 | *Exurgat Deus , &
 dispergantur inimici
 eius : & fugiat odio habentes eum a facieb. eius.*
 Ille

- A Hæc versiculus cum titulo iunctus ferè indicat totius Psalmi argumentum esse de Dei victoriis egregiisque facinoribus, deque mirabilibus quæ fecit tam in educatione populi Israël de Ægypto, quàm cum peregrinabatur in deserto vt veniret in terram Patribus promissam, & cum postea multis deuictis Regibus deduxit & introduxit illum in terram illam, in qua possedit montem Sion, in quo præ cæteris placet illi habitare & ad quem omnes gentes venturæ erant ad eum adorandum ritèque colendum. Incipit autem ab
- B iis verbis, quibus primus vsus est Moyles, quando per viam deserti eleuabatur arca ad progrediendum, vt habetur in libro Numerorum ^a. Quæ postea sæpe vsurpata sunt quando aliquid de Deo gloriosum erat decantandum, vel in angustiis auxilium eius implorandû: vt patet ex locis hîc assignatis ^b.

a cap. 10. 35.

b Ps. 3. 7. 7.
7. 9. 12. 81.
18. 131. 8. &
alibi.

*Sicut deficit fumus
deficiant: sicut fluit
cera à facie ignis sic
pereant peccatores à
facie Dei.*

3 *Vt propelli fumum
propelles, vt liquefieri
ceram à faciebus ignis
peribunt impij à fa-
ciebus Dei.*

*Et iusti epulentur
& exultent in con-
spectu Dei, & dele-
tentur in letitia.*

4 *Et iusti letabun-
tur exultabunt ad fa-
cies Dei, & gaudebunt
in letitia.*

Iustum æquumque est, vt quicumque Deo rebelles sunt & populo suo aduersantur, vt Pharaos, Seon Rex Amorrhæorum, Og Rex Basan,

Basan, & alij eius hostes, insignesque peccatores confundantur penitusque pereant: fideles autem & iusti qui voluntatem eius æmulantur interiori & exteriori pace fruuntur, hilariter ei seruiant, ac laudes eius decantent.

Cantate Deo, psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasū, Dominus nomen illi exultate in conspectu eius.

Cantate Deo, canite nomini eius, exultate equitatem in supernis in Iah nomine eius: & exultate ad facies eius.

Hortatur cantores nec non fideles & iustos, ut Psalmis, hymnis & canticis Deo gloriam dicant, considerantes eum ut totius mundi Dominum in cuius dominationis signum, in supremis illis orbibus, id est, in cælis tanquam in suo throno sedet, vel tanquam super velocissimum & nobilissimum equum defertur. In qua decantatione usurpare potissimum debent nomen eius Iah, quod ineffabilem & incomprehensibilem eius importat essentiam: atque in voce & sono alacritatem mentis excitat. Cantent igitur Allelujah frequenter & ubique: præsertim tamen in templo ante Sancta sanctorum, ubi est arca, & peculiari quodam modo facies eius adesse dignoscitur & comperitur.

Turbabūtur à facie eius patris orphanorū

6 | Pater pupillorum, iudex viduarum Deus

A & iudicis viduarum | in habitaculo sancti-
Deus in loco sancto suo. | tatis sue.

Priora verba quandam inuocationis formam continent quam vidimus^a constare ex illustribus quibusdam nominibus attributisque diuinis, vt Deus facilius nos exaudiat. Posterior versiculi pars explicat quid significet exultare in conspectu Dei, id est, coram arca in qua tanquam in habitaculo suo dicitur habitare.

a lib. i. c. 10.
Stare in conspectu Dei est stare coram arca testamenti.

B Deus qui inhabitare | 7 | Deus faciens ha-
facit vnus mcris in | bitare vnico in do-
domo. Qui educit vin- | mo, educens vin-
ctos in fortitudine si- | ctos in compedibus:
militer eos qui exaspe- | verumtamen rebel-
rant, qui habitant in | les habitauerunt sic-
sepulchris. | cum.

Ista verba adhuc inuocationem respiciunt. Deique glorificationem iuxta rerum de quibus Psaltes locuturus est, exigentiam. Nempe, quia de futura Israelitarum in terra promissionis præsertim sub Dauide & Salomone post tot peregrinationes & circuitiones postque tot bellorum perturbationes tranquillitate, nec non de perfecta post Christi & Martyrum persecutiones Ecclesiæ pace dicturus est^b ideo vocat Deum: *Qui habitare facit vnico in domo.* Quia verò locuturus est de victis à se tyrannis qui populum suum affligebant captiuumque detinebant

De inuocatione exemplum.

b vers. 30.
31. 32.

bant, nominat etiam *Qui educit vinctos in A compedibus, & facit vt rebelles habitent siccum,* forſitan alludens ad Pharaonem, qui in mari & aquis corpore ſubmerſus, anima deſcendit in iuſernum quod eſt ſub omnibus aquis, ideoque ſiccum, vel ſiccitas. phraſi Hebræa ſolet appellari, vt oſtendimus in expoſitione horum verborum, *Gigantes gemunt ſub*

a Iob 26.5. *aquis &c.* ^a

Deus cū egrederis in conſpectu populi tui. cū pertranſires in deſerto.

8 | *Deus in ingrediendo te ad facies populi tui, in incedere te in ſolitudine Selah.* B

Post diuinæ magnitudinis nomina incipit Deum alloqui, deque beneficiis Iſraëli collatis narrationem inchoat, auſpicando ab eo tempore, quo populus ex Ægypto iam egreſſus mareque rubrum tranſgreſſus intrauit in deſertum. Deus autem in illa arenosa, ſicciffima ac ſteriliſſima Arabiæ ſolitudine ſpatio quadraginta annorum per multos variosque viarum anfractus ac circuitus populo ſuo dilectiſſimo ſe itineris ducem præbuit, illumque præcendens in colūna nubis protegentis per diem, in columna vero ignis illuminantis per noctem ineffabili benignitate deduxit. C

Terra mota eſt etenim coeli diſtilla- uerunt, à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël.

9 | *Terra tremuit, etiã coeli diſtillauerunt, à faciebus Dei illius Sinai, à faciebus Dei Iſraël.*

A ful

- A A fulgente, nimiùmque coruscante Dei facie, qui in illius arentissimæ solitudinis altissimo, sed vtrique sanctissimo ac celeberrimo monte Sinai peculiari modo habitabat tectus nube; à facie, inquam, eius qui se miris modis populi Israëlitici supremum moderatorem ac Deum esse demonstrabat, fiebant terræ motus & hiatus horribiles, qui ad aliorum terrorem superbos, impios, ambitiosos, murmuratores, Deoque in suo seruo Moyse rebelles viuos cum familiis ac tentoriis absorbebāt ^a. ad bonorum autem con- ^a Num. 16;
- B solationem, & in suæ erga populum suum ³⁰. benignitatis testimonium cæli per aëra saluberrimos suauissimosque stillabant influxus, contra illius deserti, in quo tot venenosissimorum serpentium & draconum genera habitabant infensissimum aërem.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

10 | *Pluuiã voluntariam eleuare fecisti Deus (in) hereditatẽ tuam agrẽ aliquid referentẽ, tu confirmasti eam.*

C Quemadmodum arbores syluestres, quæ nullo humano artificio plantantur aut coluntur, esse Dei in Scriptura dicuntur, vt multi agnoscunt expositores in hæc Psalmitæ ^b verba, *Saturabuntur ligna campi, &* ^b Ps. 103. 6. *cedri Libani quas plantauit, & nos ostendimus in Commentariis nostris in Iob ^c, vbi ^c cap. 37. 13. terra deserta seu solitudo terra Dei vocatur: & 38. 26.*

F f ita

*Desertū A-
rabia voca-
tur hæredi-
tas Dei.*

ita nunc desertum Arabiæ, quod etiamsi co- A
leretur, vix aliquid referre posset, vocatur
hæreditas seu possessio Dei: de qua solus ipse
curam habere videtur, quamque eadem cura
& sollicitudine colit, qua solet homo hære-
ditatem quam à patre habuit, colere. Et quia
illud desertum ob soli nimiam ariditatem
vapores ex quibus pluuia generantur pro-
ducere non valebat, cùm ibi esset populus
Israël, suscitare faciebat Deus nubes aquosas
in Ægypto vel alia proxima regione humi-
da, vel ex mari, quas illuc ventus deducebat,
ex quibus distillabant pluuia quoties ad po- B
puli refrigerium in illa æstuanti solitudine
necessarium erat, vel etiam ad populi votum
ac libitum. Ita vt tunc arenosa illa terra in-
stabilis & fragosa pro illo tempore firma,
solida, & fertilis redderetur, vt fieret quod
sequitur:

<i>Animalia tua ha-</i>	11	<i>Congregatio tua ha-</i>
<i>bitabunt in ea: parasti</i>		<i>bitauerunt in ea: pa-</i>
<i>in dulcedine tua pau-</i>		<i>rasti in bonitate tua</i>
<i>peri Deus.</i>		<i>pauperi Deus.</i>

Animalium quæ ad sacrificandum tibi ne-
cessaria erant, ac destinata, greges & armenta
(hoc enim vult ista phrasis *congregatio habi-
tauerunt*, id est, cuiuslibet generis animalium
Deo dicatorum pecus habitabat) optimè ibi
poterant habitare & pascua inuenire: homi-
ni vero seu populo tuo, alioquin in illo de-
serto pauperrimo & egentissimo dignum tua
ineffabili

A ineffabili bonitate parasti cibum, edulium, conuiuium, nempe Manna.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

12 | *Dominus dabat sermonem: annuntiatricum militia multam.*

Postquam de iis quæ ad corpus spectant, differuit, ea nunc quæ spiritualia sunt animarumque salutem respiciunt recolit beneficia. Quorum primum est, quod Deus passim suis oraculis quæ faciendæ, quæve fugiendæ erant tunc populo suo declarabat, idque per seipsum: Hoc enim præ se fert ista locutio *Dominum dare sermonem*, vt videre est in nostris Commentariis ^a. Hoc autem peculiari modo fiebat: primò per Moysen, ad quem tanquam ad amicum loqui solebat, præsertim quando ascendebat in montem. Secundo, quando loquebatur ad Moysen, Aaron & Mariam eorum sororem in columna nubis ad ostium tabernaculi coram populo ^b. Tertio, per Vrim & Tumim seu rationale iudicij, quod tunc primò instituit Deus præter antea vsitatum loquendi modum dandique sermonem prophetis per somnia, vt innuunt illa verba: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum* (verti posset *apparebam, loquebar*) *at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei & palam, & non per enigmata & figuras Dominum videt, &c.* ^c Alterum benefi-

^a in Iob. cap. 15. 11. & 22. 18.

^b Num. 12. 2. 4.

^c ibidem vers. 8.

cium quod tunc pro maximo habebatur erat A
habere multas mulieres prophetissas, canta-
trices psallendique peritas, quarum caput &
princeps erat Maria soror Moysis & Aaron

a lib. 1. e. 5. vt antea vidimus ^a, quæ pro diuersis euenti-
& lib. 2. c. 4. bus, vel nouis Dei beneficiis diuinas laudes
canerent, nomenque Dei suis canticis exal-

*Cantatrici
multitudo
magni fiebat
olim apud
Israëlitas.*

tarent ac præconizarent. Et hoc quia mulie-
res aptiores sunt viris ad cantandum. Erant
autem per turmas, ordines, classesque distin-
ctæ quæ dicebantur militiae. Ex quibus erant
illæ mulieres quæ *excubabant* (aliàs milita-
bant, id est, per militias erant) *in ostio taber-* B

b Exod. 38. *naculi* ^b. De quibus etiam alibi ^c.

8.

c 1. Reg. 2.

22.

*Rex virtutum di-
lecti, dilecti, & speciei
domus diuidere spo-
lia.*

13 | *Reges militiarum
ibant, ibant: & pul-
chritudo familia di-
uidebat spoliū.*

Duo hîc alia notantur quæ in illo deser-
to Deo fauente fiebant; nempe, omnes illi
qui tabernaculi ministris per ordines mili-
tiasque distinctis præerant & Reges sacro-
rum dicebantur, huc & illuc euntes per ca- C
stra diligenter visitabant militias suas: ne in
tanta multitudine aliqua confusio scanda-
lum, aut quid inordinatum contingeret.
Deinde proponitur maxima populi deuotio
in his quæ ad cultum Dei pertinebant: &
præsertim quando Deus præcepit Moyse vt
tabernaculum deponeret. Tunc enim non
solum tenues & mediocres in populo singu-
lari

- A lari pro sua facultate spontè & gratanter offeriebant *hyacinthum & purpuram coccumque bis tinctum*, & alia huiusmodi ad faciendum tabernaculum & tectum eius, atque operimentum^a. sed etiam vniuscuiusque familiae pulchritudo, hoc est, illi qui nobiliores, illustriores, ditiores erant & suarum familiarum principes offeriebant lapides onychinos & gemmas ad superhumerales & rationales, &c. ^b Quæ vocantur spolia, tum quia erant spolia Ægyptiorum^c, tum quia libenter sese illis spoliabant, vt ornaretur tabernaculum & summus Pontifex. Præsertim cum passim tabernaculum & cortinæ eius non solum variegatæ dicuntur hyacintho purpura, coccoque bis tincto: sed etiam id factum esse opere plumario^d: nempe ad instar columbæ, cui tabernaculum comparatur in sequenti versiculo.

<p>C Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ de argentea, & posteriora dorsi eius in pallore auri.</p>	14	<p>Si (tunc) dormiissetis inter clathra duo; penna colubæ tectæ in argento, & alæ eius in flavo auro.</p>
--	----	---

Tanta ex istis donariis facta est pulchritudo ac decor tabernaculi & operimenti eius: vt si quis tunc ex vobis (psalmistas, id est, prophetas secum psallentes videtur alloqui, inter quos nonnullos fuisse qui sic ex officio Deum consulebant, colligitur ex antea^e dictis) in vestibulo tabernaculi^f, seu tentorio

Ff 3 quod

^a Exod. 35. 6. 11. & 12.

^b ibidem vers. 27.

^c Exod. 3. 22. & 12. 56.

^d Tabernaculum Mosaiicum colubæ assimilatur.

^e Exod. 27. 1. 36. 38. 38. 18. 23.

^e cap. 7. ^f Exod. 29. 32. 35. 17.

a Exod. 29. quod erat ad ostium tabernaculi^a inter duo clathra de more consulentium Deum, dormiuisset: ipse simul cum opertorio tabernaculi tam pulchrè variegato & opere plumario multiplici rutilante colore perpulchræ columbæ, cuius colla dorsumque nunc argenteo, nunc aureo, nunc aliis variè resplendet coloribus similitudinem retulisset. Ex quo sensu facile causa deducitur cur sæpe Ecclesia quæ à Rege David comparatur Reginæ sedenti à dextris sponsi circumdatæ varietate, à filio Salomone sic assimilatur colubæ: vt quoties in canticis canticorum^b hoc nomen inuenitur, toties Chaldæus vertat Ecclesiam: quæ videlicet tam in variegato tabernaculo, quàm in discolori conlomba suæ pulchritudinis typū habebat. Huc refertur quod est in apocrypho licet Esdræ libro^c, sic Deum sibi ex omnibus volatilibus nominasse columbam vnā, vt ex arboribus vitem, ex floribus lilium, ex pecoribus ouem, ex populis Hebræum, ex ciuitatibus Sion &c. Facit quod cū velum Templi scissum est in Christi passione, columba Templum egredi visa est, vt scribit Ephrem^d. Sed aliquis meritò quærere possit: Si talis est horum verborum sensus, cur David non dixit in tertia persona, ita vt qui tunc dormiebant inter duo clathra in tabernaculo, viderentur referre columbæ similitudinē &c.? Respondeo ita David esse locutum, quia tūc tot alij erant modi consulendi Deum, tāque familiariter loquebatur cum Moyse Aaron & Maria, vt ad clathra recurrere fuisset superuacua

b cap. 1. 2. 4
5. & 6.

c lib. 4. c. 5.
26.
Ecclesia sæpe vocatur columba.

d Serm. de
passione.

Templum egredi visa est, vt scribit Ephrem^d. Sed aliquis meritò quærere possit: Si talis est horum verborum sensus, cur David non dixit in tertia persona, ita vt qui tunc dormiebant inter duo clathra in tabernaculo, viderentur referre columbæ similitudinē &c.? Respondeo ita David esse locutum, quia tūc tot alij erant modi consulendi Deum, tāque familiariter loquebatur cum Moyse Aaron & Maria, vt ad clathra recurrere fuisset superuacua

A uacaneum. Posterioribus verò temporibus, etiam Dauidis solebant cōsultores super clathra dormire vt vel etiam præ se fert iste modus loquendi, *Si dormiuissetis* &c. quasi dicat sicut nunc aliquando dormitis. Sed plane notanda est versio Septuaginta ἀνα μέσον τῶν κληπέων, quam noster interpretes sequutus transtulit *inter medios clericos*. Ratio iam obuia est, quia cū nomen κληπέων sortem significet, qua plerumque agri & possessiones adueniunt hæredibus, & pro tribu, id est, pro illa terræ parte quæ vni tribui sorte contigit, aliquando sumatur: hac voce voluerunt exprimere

B quod bono sensu iuxta Hebræum transferri potuisset. *Si dormiatis inter duos limites* vel terminos vt legitur in duobus aliis locis ^a. Putarunt enim sermonem esse de terminis & limitibus tribuum. Quid si etiam hoc nomine ipsamet oracula voluerint intelligere, vt esset sensus, si dormiatis inter media oracula? Pro his enim *sortem* accipi notum est. *Dura sortes cogunt Agamemnona mactare natam*, ait Ouidius ^b. Et idē alibi ^c. *Reddita Saturno fors erat*. Vnde celebris vrbs Ioniæ dicta κληπέων facile

C nomen attraxerit: in illa enim illustre fuit oraculum, quod dicebatur *Clarium oraculum*. Qui verò in hoc loco verterunt *inter cacabos*, aut *lebetes*, non ex Græco ansam arripuerunt erroris: sed ex eo quod vidissent vocem originalem *Misphetaim* à nonnullis translata *tripodes*, qui cum etiam essent mensæ super quas oraculi consultores decumbebant, vt sæpe dictum est, putarunt hoc nomine vasa

^a Genes. 49.

14.

& Iudic. 5.

16.

Sortium nomine oracula denotantur.

^b 13. Metamorph.

^c 4 Factorū.

*Tripodes mē-
sura sunt o-
raculares.*

culinaria denotari, vel etiam hoc contigit, A
quia legerant apud Suidam Τριπόδες Απόλλωνος ὄλμοι καλοῦνται, *Tripodes Apollinis dicuntur olmi: ὄλμος autem culinarum est instrumentū, pila culinaria, mortarium & tripes Apollinis.* Unde proverbium ἐν ὄλμῳ ἐκοιμήθη μαρτυκὸς ἐξήμετα *Dormiuit in olmo, vates effectus est.* Non quod tripes formam, sed nomen tantum istorum habeat vasorum. Idem ergo cum sit nomen Hebræum, eademque phrasis qua præcedenti capite vsa est Debbora prophetes, & nuper David locutus sit de sermone quem dabat Deus multis modis in deserto: B narrationis ordo requirit, vt de tripode, id est, de duobus nunc loquatur clathris, inter quæ qui Deum volebant consulere, dormiebant. Quod in sequentibus etiam confirmabitur.

Dum discernit cœ-	15	In extendēdo Om-
lestis Reges super eam		nipotentis Reges in ea
nive dealbabantur in		albescere faciebat vt
Helmon.		nix in tenebris.

Hic nomine Regum illos debemus intel- C
ligere qui paulo ante ^a vocabantur *Reges mi-*
^a *verf. 13.* *litarum*, præsertim sacerdotes, qui Ephod
lineo inducībātur cum Domino ministrarent
in tabernaculo. Cū autem nubes (quæ *ma-*
^b *Exod. 40.* *iestas Domini* solet appellari ^b, eo quod diuinæ
^{35.} *Num. 14. 21.* *protectionis ac singularis præsentix signum*
Deut. 5. 24. *erat) super dictam columbam, id est, taber-*
2. Par. 7. 1. *naculum extendebatur, vt sæpe fiebat: quanto*
interiora

A interiora tabernaculi (in quo præter lampadum nullum aliud erat lumen) tali velut Omnipotentis extensione & adumbratione obscuriora reddebantur: tantò magis Reges militiarum, seu sacrorum, utpote sacerdotes, lineis Ephodibus induti in tali obscuritate ad modum niuis clarescebant & candidi apparebant, atque intuentium oculos rutilanti candore mirificè perfringebant.

Sacerdotes primarij in tabernaculo dicebantur Reges militiarum.

<p><i>Mons Dei mons pinguis mons coagulatus mons pinguis.</i></p>	16	<p><i>Mons Dei mons Basan, mons gibborum mons Basan.</i></p>
<p><i>Vt quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est Deo habitare, in eo etenim Dominus habitabit in finem.</i></p>	17	<p><i>Vt quid despicitis montes gibbosi montem (quem) desideravit Deus inhabitare eum? etiam Dominus inhabitabit in æternum.</i></p>

Incipit comparare ea quæ à Deo facta sũt in deserto circa montem Sinai cum iis quæ postea aliorum & suo, ac Messie præsertim tempore facta sunt in monte Sion & in Ierusalem, in hoc sensu: Basan verè mons Dei est propter eius proceritatem & altitudinem, est enim altissimus: mons inquam, est plurimis circumdatus collibus, nec non caseatus, hoc est, abundans butyro, caseo & lacticiiniis. Sed, ut quid ò Basan, vosque omnes sicut Basan caseati montes propter fertilitatem, abundantiam & pinguedinem vestram eximiam

*Mentis Sion
cum monte
Basan com-
paratio.*

videmini contemnere illum montem, qui li-
cet non ita fertilis sit, neque lacte & melle
ita abundet, vnum tamen habet, quo solo
vos & cæteros omnes mundi montes digni-
tate longe superat, quod Deus elegit cum in
habitationem sibi. Et repulit tabernaculum Silo,
tabernaculum suum ubi habitauit in homini-
bus: & repulit tabernaculum Ioseph, & tribum
Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda, mon-
tem Sion quem dilexit, & edificauit sicut uni-
cornium sanctificium suum in terra quam fun-
dauit in secula^a.

^a Pf. 77. 60.
67. 68. 69.

Currus Dei decem | 18 |
millibus multiplex,
millia latantium: Do-
minus in eis in Sina
in sancto.

Currus Dei dua-
rum myriadum mil-
lium duplorum, Do-
minus in eis: Sina in
sanctitate.

Tria hîc in Hebræo notanda nomina. Pri-
mum est רכב *Recheb* quod significat *currum*,
seu vehiculum à verbo רכב *Rachab*, quod est
equitare, seu deferri, quia olim, sicut nunc
vehebantur curribus. Et quia duplex cla-
thrum, de quo toties diximus, erat ad instar
currus duplicis, quem carrucam vocamus,
vt visum est^b: vnde Elias qui toties & tādîu
in duplici clathro dormierat, & tot ibi diui-
næ sapientiæ arcana didicerat, vt propriam
& debitam remunerationem acciperet, in si-
mili vehiculo nēpe *Recheb* igneo raptus est,
& postea in tanti honoris memoriã eius dis-
cipuli Rechabitæ sunt appellati, vt etiam vi-
dimus

^b cap. 12. &
13.

*Currus Dei
quid histori-
co sensu sig-
nificet.*

A dim
pro
rus
su
ribu
ria
dur
id
ר
app
qua
qu
qu
B
men
fida
Enc
cio
cū
ctio
vt v
ber
qua
nem
nun
dixi
C
quid
my
ac fi
curr
plis
pher
Don
bita
fa. I

A dimus ^a hoc nomine huiusmodi vehicula ^a cap. 11.

prophetalia significantur: & cum dicitur *currus Dei* &c. nomen est singulare pro plurali supponens pro omnibus huiusmodi Dei curribus, ac si ficto nomine diceremus *carrucaria Dei*, Gallicè *la carrossiere de Dieu*. Secundum nomen est plurale nominis *שנין Scinnen*, id est, *duplum*, nempe, idem significans ac *משנה Misneh*, quo nomine iam ostendimus ^b cap. 12.

appellari duplex clathrum consultorum, à qua voce *Scinnen* vel à verbo *שנין Sciana*, quod est *secundare* quidam deriuarunt nomen Essenorum, quasi secundi essent ab Hæsidæis: sed perperam, nam Esseni debent ab Enos Enoscæi nuncupari: quamuis ex officio essent Esseni, id est, in duplo dormientes, cum essent prophetæ, illi maximè, qui strictiorem Enoscæorum regulam obseruabant, ut vidimus ^c. Tertium nomen quod hîc ha-

bemus est *קודש kodesc* Latine *sanctitas*, & aliquando sumitur pro loco in quo erat arca, nempe, pro *sancto sanctorum* ^d: quo pacto ^d Pl. 19. 3. & nunc accipi putauerim. Quibus & aliis quæ ^e 2. 3.

C quid sibi velint ista verba *currus Dei duarum myriadum millium duplorum*: tantum enim est ac si diceretur, *carrucaria Dei* non constat ex curribus quos equi solent trahere, sed ex duplis, seu duplicibus clathris in quibus prophetæ solent decumbere ad consulendum Dominum, *Dominus in eis*, supple, est, vel habitat, vel sedet, quia in illis sua dat responsa. Illa autem in maximo sunt numero, sunt enim

a Cap. 7. 10. enim bis mille millia : nisi dicamus numerum pro incerto poni , vt apud Danielem a de Angelis qui astant coram Deo. Quod autem additur , *Sina in sanctitate* , talem breuiter continet sensum. Cùm populus Israël esset in deserto circa montem Sina vnicum habebat tabernaculum , in quo prophetæ decumbere poterant inter duo clathra , quæ paucissima ibi esse poterant : proinde currus Dei modicus admodum erat : nunc autem tot sunt per totam terram Chanaan , quot sunt tabernacula Cinæorum , aliâque loca sacra , in quibus Deus colitur , eique sacrificia offeruntur , B quæ sunt in maximo numero. Et pro vno sanctissimo monte Sina habemus alium omni reuerentia dignissimum , nempe Sion , in quo est quiescitque sancta sanctorum. Itaque noster mons Sina in quo Deus tot fecit mirabilia , & in quo toties Deus Moyfi locutus est , est Sancta sanctorum & arca , quæ nunc sunt in monte Sion , in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.

Arca testamenti dicitur sanctitas

<p><i>Ascendisti in altum , cœpisti captiuitatem ; accepisti dona in hominibus. Etenim nõ credentes inhabitare Dominum Deum.</i></p>	19	<p><i>Ascendisti in altitudinem , duxisti captiuitatē , accepisti dona in hominibus , & etiã rebelles ad inhabitandum Iah.</i></p>
--	----	--

Iterum Deum alloquitur gratias agens , quod postquam per tot annos populus eius dilectus captiuus fuit in Ægypto , & post tam longas

A long
gati
alce
ibi
peru
acce
aut p
lapi
lut i
& or
thian
hom
B long
ter ,
diu r
non
ador
& fan
mus
re. C

Be
nus d
perun
C bis I
nostra

Be
diebu
rirate
tanto
cumb
mi fe

A longas per campeſtria deſerta Arabiæ diuagations, tandem cum eodem populo ſuo aſcendit in altum montem Sion, vt illum ibi plena pace ac libertate donaret. Vbi cum peruenit, ampliffima & honorifica dona accepit non linum, aut lanam, aut hyacinthū, aut purpuram, coccumue bis tinctum, non lapides onychinos, aut gemmas pretioſas velut in deſerto acceperat ad conſtructionem & ornamentum tabernaculi, ſuperhumeralis, thiaræ aut veſtimenti ſummi Pontificis, ſed homines, qui valore & pretio prædictas res longe ſuperant & hoc tam affatim ac largiter, vt etiam gentes & idololatræ, qui tam diu rebellarant, illuc vndique confluxerint: non ſolum vt Deum Iſrael agnoſcerent & adorarent: ſed etiam vt per iuſtitiam, fidem & ſanctitatem fierent Dei habitaculum, domus ac templum in quo ſibi placeat habitare. Quod præfertim contigit poſt Chriſtum.

<p>C Benedictus Domi- nus die quotidie: prof- perum iter faciat no- bis Deus ſalutarium noſtrorum,</p>	20	<p>Benedictus Domi- nus die die, imponet in onus nobis Deus ſalu- tem noſtram. Selah.</p>
--	----	---

Benedicamus tantum Dominum ſingulis diebus & ſemper, qui bonis & omni proſperitate nos tam abundanter cumulat: vt ſub tantorum donorum pondere cogamur ſuccumbere. Hic habetur Selah, quæ huius Pſalmi ſecunda pauſa eſt.

Deus

*Deus noster Deus
saluos faciendi: & Do-
mini Domini exitus
mortis.*

*21 | Deus nobis Deus A
ad salutes: & Do-
mino Adonai mori
exitus.*

Postquã narrauit mirabilia quæ fecit Deus in deserto vt mente & corpore populũ suũ cibaret & conseruaret, describit in sequentibus insignes victorias, quas de regibus Gentium reportauit, qui iter eius & aduentum in terram promissionis præpedire conati sunt. Narrat etiam pompam & ordinem, quo dictus populus ingressus est in terram Chanaan. Sed antequam ista deducat, iuxta inuocationis regulas præmittit honoris titulos rebus dicendis conuenientes. Nimirum, quod si talis ingressus tam feliciter successit Israëlitis: hoc totum diuinæ potentæ ac bonitati referendum est. Ille enim est, qui suos de maximis saluat, præseruatque periculis, quique nouit qua parte, quoue modo quis exeat impunis à morte, quæ proxima & ineuitabilis plerumque apparebat Israëlitis.

*Verumtamen con-
fringet capita inimi-
corum suorum: verti-
cem capilli perambu-
lantium in delictis
suis.*

*22 | Tantũ Deus trās- C
figet caput inimico-
rum suorum, ver-
ticem crinosum am-
bulantis in delictis
suis.*

Per verticem crinosum, capillosum, cirratum, cincinnatum, & hirsutum vel enormi-

A ter voluptuosum hominem debemus intelligere, vel tyrannum ac impium, quales solent esse latrones crine horribiles. Augetur autem talium impietas, cum velut fastuosè ambulantes in delictis suis aut dicunt, *Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo* ^{a: a Apoc. 18.} aut velut Nabuchodonosor, qui in aula Babylonis ambulans dicebat: *Nonne hæc est Babylon quam ego ædificavi in domum Regni, in robore fortitudinis mee, & in gloria decoris mei? Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de caelo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum tuum transibit à te, &c.* ^{b Nimirum, huius-} ^{b Daniel. 4.} modi Reges impij sunt capita, id est, partes ^{27.} corporis durissimæ & ossæ vix penetrabiles propter eorum potentiam temporalem: ita ut solus ipse Deus sit, qui talium impiorum capita non solum lædere ac vulnerare, sed etiam transfigere, ac confringere potest.

Dixit Dominus: ex Basan cõuertam, con- uertam in profundum maris.	23	Dixit Dominus: ex Basan redire faciam; redire faciam de pro- fundis maris.
--	----	---

C Dixerat quod Domini exitus mortis est; nempe, solius Dei est vel mortuos suscitare, vel ex tam imminente ac euidenti mortis periculo, ut mors dici possit, hominem eripere, ac facere ut inde exeat immunis. In duabus autem huiusmodi mortibus fuit aliquando populus Israël. Vna fuit in Basan, sub qua Og Rex ipsius, & Seon Rex Amorrhæorum
compre

464 ECCLESIA ANTE LEGEM
 comprehendantur. Ibi tantum fuit mortis A
 periculum, vt Scriptura nihil sæpius repetat,
 quàm ab illo liberationem, eo quod *vrbes il-
 lius Regni erant munitæ muris altissimis, portif-
 que ac vectibus absque oppidis innumeris, &c.* a
 a Deut. 2. Dicit ergo Dominus, & non mentietur: ex
 26. & seq. 3. Basan redire feci, ex tanto mortis periculo
 1. 29. 7. & 8. Basan redire feci, ex tanto mortis periculo
 Iudic. 11. 19. populum meum liberaui. Sed adhuc ex mul-
 & seq. to maiori & euidentiori morte illum eripui,
 Iosue 2. 10. nempe, de profundo maris rubri, quo obru-
 & 11. tum iri videbatur quando exiuit de Ægypto
 persequente eum Pharaone.

B

<i>Vt intingatur pes tuus in sanguine: lin- gua canum tuorum ex inimicis ab ipso.</i>	24	<i>Vt figas pedem tuum in sanguine: lingua ca- num tuorum & ini- micis ex ipso.</i>
--	----	--

Non solum eripuit eos Deus ex duplici
 illa & insigni morte: sed tantam etiam de
 illis Regibus aliisque multis retulit victo-
 riam, tantamque ex illis fecit stragem, vt po-
 puli sui pedes tingi potuissent in cælorum
 hostium sanguine, nec non infepultorum
 sanguis lingi à canibus eius. C

<i>Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei Regis mei qui est in sancto.</i>	25	<i>Viderunt itinera tua Deus, itinera Dei mei Regis mei in san- ctitate.</i>
--	----	---

Quemadmodum duo fuerunt exitus mor-
 tis, vnus ex Basan, & alter ex profundo maris
 rubri:

A rubri: sic vterque fuit celeberrimus, magnificus, pompaticus, atque tanto Deo dignus plurali nunc *itinerum* nomine comprehensus, Deique vocatus, quia per pulchriores vias ab illis mortibus reduci non potuit populus Israël. Primum iter verè Dei fuit, eiusque potentiae opus insigne in Israëlitarum exitu de Ægypto per diuisionem maris in tot itinera, amplasque vias per quas populus iste transiret vt citius id fieret, quot erant tribus: quemadmodum multi Patres colligunt ex istis Psalmistæ^a verbis, *Qui diuisit* ^{a Psal. 135.}
 B *mare rubrum in diuisiones.* Et ista itinera solo Dei nutu facta, visa sunt etiam ab insensibilibus creaturis; quidni Angeli omnes, totque Israëlitarum millia non solum ea viderint, & extra se rapti præ stupore contemplati sint? Ideo David de isto primo exitu loquens venustate poetica tribuit ipsi mari sensum, perinde ac si conspecta Dei maiestate, vel viso iubentis signo præ reuerentia timorèque sese mox subduxerit, excesserit, diffugerit^b: *In exitu Israël de Ægypto, domus Iacob* ^{b Exod. 14.}
de populo barbaro; mare vidit & fugit^c. ^{21.}
 C *cundi exitus iter Dei quoque fuit, sed tanquam Regis per solemnem ingressum Regni sui possessionem assumptis cum ex Balan post tot partas victorias venit sedens in arca, velut in curru triumphali sacerdotum humeris honorificè deportatus, tot & tam illustribus comitatus principibus sexcentorum millium hominum bellatorum stipatus exercitu. Et hoc iter indigitant ista verba, *itineræ*
 G g *Regis**

*Arca testa-
mēti dicitur
sanctitas.
a lib. I. ff. de
adquir. vel
omitt. pos-
sef.*

a Iosue 3.
12. 13.

e Ps. 76. 17.

*Regis mei in sanctitate, id est, in arca. Quo no- A
uo, ac stupendo prorsus modo per positionem
pedis, vt aiunt iurisperiti^a terræ promissæ
pro populo suo possessionem assumit con-
uenientibus ad hoc possidentium Principi-
bus: Parate duodecim viros de tribubus Israël,
singulos per singulas tribus. Et cum posuerint
vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant
arcam Domini Dei vniuersa terra in aquis Ior-
danis, aqua, que inferiores sunt decurrent atque
deficient: qua autem desuper veniunt, in vna B
mole consistent^b. Quam sapienter igitur Rex
Israëlitarum Dauid quasi totius populi sui
nomine Deum in hoc loco vocat Regem
suum in sanctitate! & idem pius Rex qui de
primo exitu dixerat, Mare vidit & fugit, de
vtroque ait, Viderunt te aqua Deus, viderunt
te aqua, & turbata sunt abyssi^c. Et nunc ait:
Viderunt itinera tua Deus, non exprimens
quinam sint illi spectatores, quia omnes fue-
runt creaturæ.*

*Præuenerunt Prin-
cipes cōiuncti psallen-
tibus in medio iuuēcu-
larū tympanistiarū.*

*Præuenerunt can-
tores post psallentes in C
medio puellarum tym-
panizantium.*

d Exod. 15.
1. 20.

Allusio est ad sororem Moysis, cum du-
plici canentium choro in priori de mari ru-
bro exitu. Tunc enim cecinit Moyses & filij
Israël carmen hoc Domino, & dixerunt: cante-
mus Domino gloriose &c. d Idem & eodem or-
dine factum in secundo è Basan exitu post-
quam

A quam Israël Iordanem transgressus est, credendum est, quamuis solum de isto legamus, quod cum transissent omnes, transiit & arca Domini, sacerdotesque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse, armati precedebant filios Israël ^{a.} a Ios. 4. 11. Talis enim apud eos mos erat Deo gratias agendi per hymnos & cantica, quæ cantores & cantatrices psallebant, ut constat ex locis hîc assignatis ^{b.}

b Iudic. 5. 1.
1. Reg. 18. 6.
1. Esdræ 2.
62. & alibi
sæpe.

B *In Ecclesiis bene-* | 27 | *In Ecclesiis bene-*
dicite Deo Domino, de | *dicite Deo: Domino ex*
fontibus Israël. | *vena Israël.*

Vel sunt verba cantici tympanistiarum, & aliorum psallentium quo alios ad collaudandum Deum inuitant, vel prophetæ qui peculiariter inuitat iuenculas cantatrices, omnesque illos qui venam, id est, originem trahunt ab Israël. Nisi potius per venâ Israël intelligamus mentem, industriam, & ingenium ad componenda carmina, versusque & hymnos concinnandos, quo præ cæteris nationibus pollebant Israëlita: ut patet ex illa Babyloniorum ab illis petitione, *Hymnum cantate nobis de canticis Sion* ^{c.} Aut per venam ^{c.} Ps. 136. 3. Israël spiritum deuotionis intellige, qui apud Israëlitas duntaxat reperiebatur, quique solus Deo gratus est & requiritur in illis qui diuinis vacant laudibus decantandis.

Ibi Benjamin ado- | 28 | *Ibi Biniamin pu-*
G g 2 *-fillus*

*lescentulus in mentis
excessu.*

*Principes Iuda du-
ces eorum, principes
Zabulon & principes
Nephtali.*

*fillus dominans eis, A
principes Iuda lapis
eorū: principes Zabu-
lun. principes Napht-
nali.*

Eugubinus putat sermonem esse de ordi-
ne qui seruatus sit in panegyri laudantium
Deum, & incedentium pompa. Ita vt prior
esset in tribu Benjamin: vel in quodam ex-
cessu iuxta septuaginta; vel secessu mentis
extra sensus suauius cantando & admiratio- B
ne maiore: tum deinceps aliæ sequerentur
tribus, vt Iuda. Placet satis ista expositio non
quantum ad prioritatem loci & ordinis in
procedendo, verisimile enim non est mini-
mam tribum ordine primam processisse: sed
iuxta quandam in cantando vocis priorita-
tem, nempe, talem in choro cantantium sta-
bilitum esse ordinem, vt ex quatuor musi-
cæ partibus *Bassus, Tenor, Contratenor, & Su-
perius*, illi qui Superius tenerent, semper es-
sent ex tribu Benjamin: eo quod, cum, vt
plurimum, qui hanc partem agunt iuuenes C
sint & adolescentes, tenuiorem quidem &
subtiliorem, sed altiorem cæterisque supe-
riorem, ac earum quasi dominam habentes
vocem, etiam in hoc cantorum ordine suæ
inter alias tribus minoritatis locum teneret,
sed prorsus honorabilem, ad cuius cantum
tres aliæ partes suam temperarent modula-
tionem. Et sic optimè quadraret Benjaminio
cantori

*Musica par-
tes quatuor
sese vocum
discrimina
apud He-
braeos qua
fuerint.*

- A cantori tam nostra & Pagnini versio per *pu-
sillum*, quàm vulgata, & Septuaginta per *ado-
lescentulum*. Quadrat etiam nostrum *dominans*
& nomen *ecstasis* apud Septuaginta: dum-
modo non pro mentis, sed pro vocis excessu
sumatur. Quadrat & translatio Hieronymi
continens eas: quia ista tenuis altiorque *pusilli*
vel adolescentis vox alias in officio conti-
net, & suo modo dominatur eis. Quadrat & *Cantadi ora-*
quod de Iuda transtulimus, *Principes Iuda* *do olim ser-*
lapis eorum, in hoc sensu: vt quemadmodum *uatus ab Ise-*
tribus Iuda quantum ad Regiam dignitatem, *raëlis.*
- B quæ illi promissa est, lapis est fundamentalis
ac basis totius Reipub. Iudæorum: ita inter
cantores, qui partem Bassus tenere debebant,
ex illa tribu eligerentur, vt etiam modulan-
do & psallendo grauem & ad instar lapidis
solidam sua submissiori sed vtique fortiori
voce verum ac fundamentale super totum
chorum dominium demonstraret. Alij duo
præcipui cantores Tenor & Contratenor
erant ex tribu Zabulon & Nephthali. De
diuersis autem apud Hebræos harmoniæ ge-
neribus, seu vocum discriminibus in nostris
- C libri Iob commentariis tractauimus ^a. a in cap. 21.
12.


<i>Manda Deus vir-</i>	29	<i>Præcepit Deus tuus</i>
<i>tuti tue: confirma hoc</i>		<i>fortitudini tue, fortifi-</i>
<i>Deus quod operatus</i>		<i>ca Deus hoc quod ope-</i>
<i>es in nobis.</i>		<i>ratus es nobis.</i>

Hic duplicem à Psalmista editam ex ma-
ximo deuotionis feruore perspicio apostro-
phen: quarum prior ad Ecclesiam, seu fide-
lium

Gg

3

lium



lium congregationem, altera ad Deum diri- A
gitur. Illius tam bene dispositæ donis cœle-
stibus auctæ & speciali protectione firmatæ
inconcussam stabilitatem & constantiam ad-
mirans in hæc verba prorupit: *Præcepit Deus
tuus fortitudini tue.* Hoc est; Ex iis quæ vs-
que modo dixi de ingentibus malis ex qui-
bus liberata, saluataque es, ex beneficiis in-
gentibus quæ suscepisti, ex mirabilibus quæ
operatus est, vt te huc adduceret, adductam
conseruaret, conseruatam stabiliret ac perficeret,
dum attentius cogito vnde hæc omnia
deriuari possint, & quænam causa sit tot erga B
te mirabilium; vnicam, eamque verissimam
comperio causam, quæ nec in te nec in vlllo
alio quàm in ipso Opt. Max. Deo reperitur.
Illa autem est, quod *præcepit ipse Deus tuus
fortitudini tue.* Solum ipsius beneplacitum,
quo sibi placet in populo suo & exaltat man-
fuetos in salutem^a: Solus eius erga te amor
& bonitas, qua præcepit vt sic stabiliaris,
vt *edificeris supra firmam petram Christum
& portæ inferi non præualeant aduersus te*^b.
Altera apostrophe ad ipsum Deum tendit,
ad quem mox conuersus ita loquitur: *Confir-* C
ma hoc Deus quod operatus es nobis. id est, in
bonum & salutem nostram, & etiam in no-
bis, quibus tot dona contulisti, quosque ad
tanta bona eligere & vocare dignatus es.

^a Ps. 149. 4.

^b Matth. 16.
18.

<i>A templo tuo in Ierusalem tibi offeret Reges munera.</i>	30 <i>Ex templo tuo su- per Ierusalaim tibi of- ferent Reges munus.</i>
	Dixerat

A Dixerat priùs^a quod licet mons Basan & a vers. 16. &c.
alij circa eum montes essent ita pingues ca- 17.
seo ac butyro abundantes, vt nomen Sion ex
se illis lacticiniis, & proinde armentis ac pe-
coribus non ita fœcundam despiciere atque
contēnere viderentur: & nihilominus mon-
tem Sion illos omnes longe maiori digni-
tate præcellere hoc solo nomine, quod bene-
placitum est Deo habitare in eo, ibique habitabit
in æternum: nunc ad hoc alludens prædicit
fore, vt ex ipso monte ex se sterili, in quo
templum ædificabitur supra ciuitatem Ieru-

B salem, nascantur oues & boues aliâque ani-
malia quæ in munus & sacrificium offeran-
tur. Si quæras, quomodo possunt hæc fieri?
Iam ad hoc responderat^b: *Ascendisti in al-* b vers. 19.
tum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in ho-
minibus. Præteritum pro futuro: hoc est, non
amplius boues, oues & alia animalia quibus
montes Basan abundant, Deo offerentur: sed
homines qui in sterili Sionis monte spiri-
tualiter nascentur, & per verbum Dei miri-
ficè multiplicabuntur.

<p>C <i>Increpa feras arū-</i> 31 <i>dinis, congregatio tau-</i> <i>rorum in vaccis po-</i> <i>pulorum: vt exclu-</i> <i>dant eos qui probati</i> <i>sunt argento.</i> <i>Dissipa gentes qua</i> <i>bella volunt.</i></p>	<p><i>Disperde gregem</i> <i>arundinis, armentum</i> <i>robustorum in vitu-</i> <i>lis, populos glorian-</i> <i>tem se in fragmentis</i> <i>argenti: disperdit po-</i> <i>pulos, qui conflictus</i> <i>volent.</i></p>
---	--

Nomine ferarum intelligit ouium, capra-

rum, & aliarum minorum animalium *gregem* A quem importat vox originalis priùs à nostro interprete translata per nomen *animalia* ^a.

a vers. 11.

Fera arundinis sunt pecora quae in arundinetis aliisque locis palustribus pinguescunt.

b Job. 40. 16.

c Esa. 19. 6.

35. 7.

Vocat autem *gregem arundinis* illum, qui nascitur & pascitur in solo humido ac cœnoso, praesertim in paludibus, aquosisque locis, in quibus ut plurimum sunt cannæ, arundines, calami, iunci & carices, quibus greges delectantur libenterque pascuntur & valde pinguescunt ^b. Solet enim Scriptura pingue solum vocare *terram iunci & calami* ^c. Similiter *armentum robustorum in vitulis*. vocat armenta boïum ac vitulorum pinguium. Præ- B dicit ergo futurum ut huiusmodi greges ouium & armenta boïum pinguium qui in sacrificium offerri solebant in templo, contemnantur, disperdantur & reiciantur à Deo, qui multo magis delectabitur in hominibus qui in munera offerentur ei super montem Sion, iuxta illud: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua* ^d. Præterea orat, ut Deus disperdat duo hominum genera: primò eos qui in pecuniæ thesauris gloriantur & insolescunt, quorum C vanitatem vellicat, per derisum vocans pecuniam *fragmenta argenti*: quo pacto Bernardus argentum terram albam, aurum verò terram flauam: secundò eos qui bellis, rixis, & contentionibus delectantur. Tacitè indicans, quod licet Ierusalem non sit terra ita pinguis, ut armenta gregesque pingues habeat, neque ita diues, ut auro & argento abundet,

d Pl. 49. 13.

& 14.

Pecunia per contemptum dicitur fragmenta argenti.

A abundet, illo præsertim tempore, quando homines Deo in munus offerendi sunt, nempe tempore Messia: in illa tamen Deus delectabitur habitare, & multas alias pinguiſſimas, fertilissimas & opulentissimas reprobat regiões & regna reprobaturus, quæ se contempto nihil quam diuitias & rerum temporalium amabunt abundantiam.

<p>Veniēt legatī ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius B Deo.</p>	32	<p>Veniēt magni Prin- cipes ex Ægypto: Æthiopia currere fa- ciet manus suas Deo.</p>
--	----	--

Ægyptus videtur esse vna ex illis regiõ-
nibus arundinis in ^a quibus armenta, græ- a lib. 13.
gelque pasci delectantur: de qua Plinius cap. 11.
Papyrus (de arundinibus eadem est ratio)
est planta nascens in palustribus Ægypti,
aut quiescentibus Nili aquis, &c. Vnde Ovi-
dius ^b.

b 15. Meta-
mor.
c cap. 18.1.

Perque papyriferi septemflua flumina Nili.
Idem dicendum de Æthiopia, de qua Esaias ^c:
Va terra cymbalo alarum que est trans flumi-
na Æthiopiæ, que mittit in mare legatos, & in
C vasis papyri super aquas. In istis ergo aquosis
regionibus magna erat copia boiũ & ouium
pinguium: ditissimæ quoque sunt auro &
argento opulentissimæ. Ita vt facile mon-
tem Sion aridum & urbem Ierusalem non
ita pecuniis abundantem. facilè contemne-
rent. Futurum tamen est, vt vtraque regio &
regnum satrapas suos & optimates mittat in

Ierusalem cum magnis muneribus, quibus A
Deum verum venerentur & adorent, eique
in æternum seruiant. Quod tempore Christi
impletum est. Ab Ægypto quidem, cum sub
S. Marco celebris admodum ibi fuit Eccle-
sia & schola Christiana, de qua videtur lo-
qui Philo ^a. Ab Æthiopia verò in Eunucho
Candacis Æthiopum Reginae, de quo in
b cap. 8. 27. Actis Apostolorum b.

a lib. de sup-
plicib.
b cap. 8. 27.

Regna terra can-
tate Deo: psallite Do-
mino: psallite Deo.

Qui ascendit super
cælum cæli ad Orien-
tem: ecce dabit voci
sue vocem virtutis.

33 | Regna terra can-
tate Deo, cantate Do-
mino. Selah. B

34 | Equitanti in cælis
cælorum quondam, en-
dabit in voce sua vo-
cem fortitudinis. B

Optima conclusio post tot & tanta de Dei
beneficiis, ac mirabilibus dicta, vt omnia
orbis terræ regna & eorum incolæ hunc tam
munificum Deum tamque potentem, relictis
aliis Diis, colant, venerentur & toto corde
benedicant. Ad hoc enim prophetae sacri-
que scriptores, imò omnes creaturæ sempi-
ternam eius virtutem, diuinitatemque com-
mendant, vt ab omnibus ratione valentibus
honorificetur. Et hîc aptissimè ponitur Se-
lah, id est pausa. C

Qui præteritis sæculis in cælis potissi-
mum equitare ac velut in curru triumphali
per totum mundum deferri videbatur, eo
quod per eos enarrabatur gloria eius, & opera
manuum

A *manuum eius annuntiabat firmamentum* ^a, ipse ^a Pf. 18. 1. 2.
 tandem dabit vocem fortissimam & efficacissimam factus homo: & qui per prophetas loquebatur, ipse aderit. Mittet insuper vocem fortitudinis, quando cōgregata in Apostolis & discipulis eius Ecclesia fiet repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis qui repleat totam domum Ecclesiæ, cuius alumni loquebantur *magnalia Dei* ^b. ^b Act. 2. 2.

B *Date gloriam Deo* | 35 | *Date fortitudinem*
super Israël: magni- | *Deo super Israël, &*
 B *ficientia eius & vir-* | *celfitudo eius: & forti-*
tus eius in nubibus. | *tudo eius in aetheribus.*

Annuntiate inter Gentes virtutes Dei: sed præsertim potentiam & fortitudinem incomparabilem: cuius celsitudo relucet admodum in his quæ operatus est super Israël: & præterea declaratur variis tonitruis, fulgoribus, imbre, grandine, columna nubis, & ignis ad illum regendum, deducendum ac dirigendum.

C *Mirabilis Deus in* | 36 | *Terribilis Deus à*
sanctis suis Deus Is- | *sanctuariis tuis: Deus*
raël: ipse dabit virtu- | *Israël ipse dans forti-*
tem & fortitudinem | *tudinem & robo-*
plebi sue. Benedictus | *ra populo. Benedictus*
Deus. | *Deus.*

Clauditur egregio Psalmus epiphonemate, vt verè Deus admirabilis prædicetur in sanctuariis

sanctuariis atque in hominibus quos ille A
 sanctificauit. Simul certa concipitur fiducia,
 futurum, vt Deus suppeditet plebi suæ vires:
 tandem rursus benedicitur, & vt eum bene-
 dicant omnes, maximis votis expetitur. Ita-
 que nos etiam iisdem eum verbis laudemus,
 atque nimis vsque modo (vt censeo) negle-
 ctam de Ecclesia ante legem eiusque ritibus
 perquisitionem, necnon huius occasione per-
 difficultis Psalmi lucubrationem historicam
 concludamus cum Augustino : *Quoniam ita-
 que prolixum & ad intelligendum difficilem
 Psalmum tandem aliquando ipso adiuuante si- B
 niuimus*, BENEDICTVS DEVS.

A M E N.

INDEX



A
B

I N D E X
C O P I O S V S
R E R V M P R Æ C I
P V A R V M Q V Æ I N
H O C L I B R O
continentur.

A

- A** BIMELECH Rex Gerara sanctus vir & propheta fuit. pag. 338. a
Eius cum Abrahamo fœdus quale. 343. a
Abraham natus est anno patris Thare centesimo trigesimo. 296. b
An aliquando falsos Deos coluerit. 265. b
Quo tempore ex Haran migravit in terram Chanaan. 297. b
Eius duplex exitus ex Haran in Chanaanidem ostenditur. 298. a
Secundum exitum cur Deus tantopere urgeat. 299. b
In vero Dei cultu viros, ut Sara mulieres instituebat. 300. b
Ile sunt anime, quas in Harã fecisse dicuntur. ibid.
Exort

I N D E X

- Erant ex sodalitate Hebræorum.* 301.b
- Missus est à Deo Abraham in terram Chanaan,
ut viam idololatriæ præcluderet.* 301.c
- Quo sensu transiens per Damascum, ibi regnasse
dicitur.* 303.a
- Abraham alter dicitur habitare in terra Chanaan
quàm Chananeus.* 310.b
- Replet Chanaanitidem altaribus ac tabernaculis
seu cœnobiis Hebræorum.* 305.b
- Domum tamen nullam adhuc adificat, nec pas-
sum pedis possidet in ea.* ibid.c
- Ægrè migrat ex conualle Mambre in Bethel.*
308.a
- Ex Chanaan adit Ægyptum, ubi doctor fit
Ægyptiorum.* 107.a
- Regressus inde firmam in Chananea constituit
mansionem.* 309.b
- Primò in Bethel, deinde in Conualle Mambre
iuxta Hebron, ubi prima hac vice mansit
21. annos.* 391.a
- Paulo postquam ibi appulit, init fœdus cum tri-
bus principibus, Mambre, Escol, & Aner.*
312.b
- Quale istud fuit fœdus.* 313.b
- Soluit decimas Melchisedeço quibus de rebus.*
316.c
- Præficitur à Deo præsertim in semine suo omni-
bus religiosus qui erant in terra Chanaan.*
328.a
- Fœdus init cum Deo, adhibitis multis ceremoniis
& circumstantiis quæ expanduntur.* 329.a
- Apparitio ei facta sub qua forma fuit.* 333.c
- Proficiscitur ex conualle Mambre ad meridiem
iuxta*

RERVM PRÆCIPVARVM.

- iuxta Geraram.* 338.b
 Duplex fœdus inicit cum Rege Abimelech: quale sit, & quomodo sit. 344. & seq.
 Vocatur Ezrahita, id est Laurentius, seu Laureofus, eo quod ut consuleret Dominum dormiebat super lauri ramusculos. 367.c
 Moritur in Hebron. 349.a
 Achimam, Sisai, & Tholmai, quos viderunt exploratores, erant ex Torquatis fidelibus. 322.b
 Cur Deus eos ab Israëlitis occidi permisit. *ibid.* c
 ADAM vidit in ecstasi unionem Christi cum Ecclesia. 2.b
 Inuentor fuit multarum artium, necnon literarum Hebraicarum. 2.c
 Post peccatum sanctam & à mundo semotam vitam egit. 49.b
 Duo sacrificiorum genera obtulit. 3.b
 Primum eius sacrificium fuit ex frugibus terre, præsertim ex tritico. 4.a
 Duo festa instituit: nempe, Diei Sabbathi, & Natalitiorum. 6.a
 Item adorationis modum per prostrationem totius corporis in terram. 16.a
 Sepultus est in monte Caluarie. 324.a
 Quod à quibusdam dicitur sepultus in Hebron, quo sensu verum esse possit. 326.a
 Adorationis exterioris diuersi ritus. 14.a
 Egyptus dici potest regio arundinis, & cur. 473.a
 Ambulare coram Deo prisca phrasis: cuius vis scitu valde necessaria est. 123.b
 Quid importet. 334.b
 Quid sit. 124.c
 Amorrhæorum nomine omnes totius terra Chanaan populi

I N D E X

- populi denotantur. 251.a
- Nomen Hebr. Enascim quid importet & eius
etymon. 103.a
- Angeli dicuntur filij Dei. 43.a
- Quæ ab Angelis vel demonibus cum filiabus ho-
minum facta leguntur, cur merito fabulosa
habeantur. 112.c
- Arbe, à quo Cariath-arbe nomen est viri, qui pri-
mus instituit filios Enacim, id est, Torquatos.
319.b
- Arca testamenti dicitur Sanctitas. 460.b. 465.c
- Facta fuisse videtur ad instar lectuli, in quo
prisci prophete antea decumbebant Diuinum
oraculum consulturi. 431.b
- Feræ arundinis sunt pecora, que in arundineticis
aliisque locis palustribus pinguescunt. 472.a
- Astaroth vrbs cur sic appellata. 393.c
- Astaroth credita mater Melchisedech, quo sensu id
intelligatur. 176.a
- Astaroth nomen est circuli Zodiaci, deinde à Pa-
ganis sub Iunonis nomine pro Dea habiti.
270.c
- Augustini de Patriarcha Enos encomium. 92.c
- Anzolei de Melchisedech adhuc viuente refutatur
opinio. 170.a

B

- B**ENEDICTIONIS à Noë data filij intelligen-
tia quantum importet ad totius S. Scriptura
intelligentiam. 238.b
- Benedictionis date ab Isaac Iacobo forma qua.
377.b

Benedictio

RERVM PRÆCIPVARVM.

- Benedictio ab Isaac data Iacobo importat conse-
 crationem. 241.b
 locus Bersabee dictus non est locus putei viuentis
 & videntis. 350.b

C

- Via **C**AIN apud S. Iudam quenam sit. 58.b
 Cainite cur vocentur sydera errantia &
 arbores bis mortue. 153.c
 primus Cainā nomen habuisse videtur propter Cain,
 quem depasturus erat, id est, destructurus.
 109.b
 Pater fuit, id est, primus institutor religionum
 Cineorum. 107.b
 secundus Cainan non solum extitit in rerum na-
 tura: sed etiam vir fuit illustris inter Ci-
 neos. 218.c
 Cur prioris qui erat ante diluuium nomen ha-
 buit. 110.b
 Cur à Moyse cum aliis patriarchis non est annu-
 meratus. 353.c
 tres fuerunt viri nomine Caleb. 208.a
 Cancellorum nomen pro terminis & limitibus agro-
 rum. 430.a
 Cantandi ordo olim seruatus ab Israëlitis. 469.a
 Cantaticum prophetissarum mulierum per classes
 distinctarum multitudinem magni faciebant
 olim Israëlita. 452.a
 Cariath-arbe ab Abram nomen habuit. 323.b
 Tres fuerunt viri dicti Cenez. 208.b
 Cenezai de quibus Genes. 15. non possunt esse gens,
 aut populus aliquis: sed sunt religiosi ab
 H h Ascenez.

I N D E X

- Ascenez filio Gomeris sic appellati.* 210.a
- Chananaeorum nomen cur specialiter datur Sidoniis.* 251.a
- Cinai à primo Cainan ita dicti fuerunt Angeli, id est, nuntij Dei, & quando id contigit.* 111.c
- In ruinam & exiuium Cainitarum a Deo missi sunt.* 54.a
- Cinai quo sensu dicuntur fecisse misericordiam Israëlitis venientibus ex Aegypto.* 117.c
- Cinosura asterismus influit ad coagulationem seminum in utero.* 270.b
- Circuncisio signum fœderis nouum & antea inauditum.* 335.c
- Claros vrbs Ionis unde dicta.* 229.a
- Clarium oraculum unde nomen habet.* 455.a
- accumbere inter Clathra duo quid sit.* 438.b
- Clathra, seu lecti prophetarum à mulieribus prophetissis texebantur.* 435.a
- dormire inter duo Clathra ad consulendum Deum honorificum valde fuit.* 433.c
- Κλῆρ & quid significet.* 455.a
- Collegia Raphaim, seu prophetarum multa olim fuerunt.* 80.c
- Quorum duo præcipua, vnum Melchisedecis, alterum Heberis.* 261.a
- Columbe assimilatur Ecclesia.* 454.b
- Consulere Deum quid sit.* 353.b
- Consultores vocantur Propheta, & cur.* 34.a
- modus oracula Consulendi apud Gentiles ex sacris ortum habuit.* 362.c
- Cortinare pro cogitare, cortinio, cortinionis apud Latinos pro cogitatione, sic apud Hebræos ramusculi pro cogitationibus.* 365.b
- Cubilia*

RERVM PRÆCIPVARVM.

- Cubilia quedam affectata prophetis, super que decumbebant ad consulendum Deum.* 423.c
Currus Dei in Psal. 67. quid historico sensu significet. 458.c

D

- D**AVIDIS in Psal. 67. eadem mens & idem argumentum ac Debbora Iudicum 5. in suo cantico. 442.b
Debbora propheta ex tribu Nephthalim oriunda. 417.b
Decubationes in templis ad consulenda oracula originem habent ex sacris Scripturis. 424.a
Delphicum oraculum quando cœpit. 439.a
Verum Dei oraculum in eo Satan imitari voluit. ibid.b
Illud suis verbis deridere intendit Debbora prophetissa. 440.b
Illud postea Israëlita pessimè imitantur. 441.a
Deus in forma hominis membra habentis creavit Adam. 24.a
Deos habere in medio sui quid significet. 264.b
Diaconisse de quibus in nouo Testamento, unde trahunt originem. 182.a
Diei nomen pro anno plerumque sumitur. 7.c
Dies quo sensu alicuius esse dicantur. 186.b
Dormitio prophetarum super ramusculos arborum unde sumit originem. 330.a

E

- E**LIAS Cineorum, seu Rechabitarum qui erant in tribu Nephthalim antistes erat & archiman

I N D E X

- chimandrita.* 418.b
- Eliezer Rex Damasci relicta terra, regno, & cognatione sua secutus Abraham cum iret in Chanaan factus est ab eo totius sue familie procurator.* 303.c
- Vocatur Filius vrticæ domus Abrahæ, & cur.* 329.c
- Ab Abrahamo pronubus Isaaci filij eligitur, & cur.* 352.a
- Emim prophetarum, sanctorumque virorum cognomen est, non nomen Gigantum.* 18.b
- Enac non significat quendam hominem, sed torquem.* 319.a
- Enacim, id est Torquati, quinam sint, & unde ducant originem.* 318.a
- Enacim honorabile Torquatorum nomen est, non gigantea molis hominum.* 18.b
- Horum Torquatorum ordinis origo.* 319.c
- Quando & qua occasione ab Abraham institutus est.* 321.a
- Corpus mysticum & institutum conficiebat.* 322.a
- Enoch quo sensu Dei legatione functus dicitur.* 130.a
- Prius profitetur statim religionis, quam legatione fungatur.* *ibid.*
- Missus est ad Angelos, id est, ad filios Dei depravatos qui ex instituto nuntij Dei erant.* 121.b
- Quando & quomodo raptus est.* 125.c
- Ostenditur quod liber eius nullam falsam doctrinam continebat, vel errorem.* 131.a
- Enos filius Seth quo mundi anno cœpit inuocare nomine*

RERVM PRÆCIPVARVM.

- nomen Domini. 83.b
- Quid prioribus publicis ceremoniis addiderit. 86.c
- Vocatus est Deus. 46.a
- Pater fuit Enoſceorum, qui poſtea corrupto nomine dicti ſunt Eſſai, vel Eſſeni. 84.b
- Enoſceorum duplex fuit ordo. 103.c
- Qualis eorum viuendi modus. 102.a
- Enoſcai vitam contemplatiuam, Cinei mixtam profitebantur. 108.b
- Epiphanius defenditur. 258.c
- Eſau fratre Iacob longè maior fuit in temporalibus. 244.c
- Totam poſſidet Idumaam, & paulo poſt moritur. 392.a
- Quo tempore id contigit. ibid.c
- in Eſſenorum nomine facta alteratio, quomodo & quando. 95.b
- Eſſenorum in duas partes, ſeu claſſes diuiſio vnde habet originem. 111.a
- Eorum vitam duxerunt Chriſtus & Ioannes. 94.a
- Eua quo ſenſu de primo filio ſuo dixit, Poſſedi hominem per Deum. 25.b
- mulieres Euangelizatrices que dicantur. 35.a
- Excelfa, de quibus ſepe Scriptura, quid ſint. 346.a
- Exploratorum terra Chanaan verba ad Moſen expanduntur. 20.a
- varia Expoſitiones horum verborum, Dilatet Deus Iapheth, &c. 202.c

F

FIDELES tempore Adami vocabantur Nephilim, id est, Prostermentes sc. 16.c
 Filij Dei erant Propheta. 33.a.b.c. & 83.a

G

GIBBOR & Gibborim Hebr. quid proprie significant. 65.a
 Gigantum nomen in Scriptura honoris est, non infamie. 73.a
 Giganteæ molis primos homines fuisse falsum est. 70.b
 Tales extitisse primos parentes & Patriarchas male ex Scriptura deducitur. 69.c

H

HAMMATH, que postea dicta est Antiochia prima post diluuium in terra Chanaan fuit habitatio prophetarum. 175.b. & 420.b
 Hebræorum nomen primò speciale fuit discipulorum Heberis: sed post linguarum diuisionem commune factum est omnibus fidelibus. 159.c
 speciale Hebræorum institutum à Cinea is ortum habet vel potius idem est. 305.a
 Hebron ciuitas ab Heber dicta nomen retinuit, quando, & qua de causa id factum sit. 260.a
 Heretici in Rom. Pontificem debacchantes arguntur. 173.b
 Hobab filius fuit Iethronis, seu Raguclis, frater Sephora,

RERVM PRÆCIPVARVM.

Sephora, Cineorum moderator & antistes;
414.a

Ex Madian venit in terram Chanaan cum Is-
raelitis, & habitavit prope urbem Hiericho,
vnde quosdam ex suis Cineis misit in deser-
tum Iuda: alij longè postea inde ducti sunt
ab Haber in tribum Nephthalim. ibid.

Holda prophetissa quanta fuit auctoritatis. 434.a

I

IACOBI Patriarchæ in adolescentia studia. 170.a
Quo sensu vocatur simplex, cum fuerit pruden-
tissimus. 371.b

Simplex, id est, religiosus. 372.b

Discipulus fuit Heberis. 261.c

Fugit in Mesopotamiam, quando, & cur. 379.b

Videt scalam ingentem & mysticam, & ibi titu-
lum erigit monumentum visionis suæ. 380.b

Illum ungens oleo iam sacerdotij munus exercet.
381.b

Migrat è Mesopotamia cum vxoribus & fa-
milia. ibid.c

Angeli occurrunt ei in Manaim. 387.c

Luctatur cum Angelo & mutatur ei nomen
388.b

Moratur in Socoth vbi dicitur edificasse do-
mum, quod de nullo alio Patriarcha dictum
est. 389.b

Ex Socoth migrat in Salem, vbi octo annis man-
sit. ibid.

Erigit altare iuxta Sichem, eique titulum inscri-
bit DEO DEORVM ISRAEL. 390.b

I N D E X

- Ex Salem, seu Sichem venit in Bethel.* 392.a
Ex Bethel in Bethleem: & ex Bethleem ad Tur-
rim gregis. 392.b.c
Cui loco tale nomen imponit, & cur. 393.c
Inde saepe visitat patrem Isaac in Hebron. 394.c
Inde filios Lia mittit in agrum Sichimorum: &
Iosephum ad fratres. 395.c. & 396.a
Iacob & Esau lugent patrem Isaac defunctum.
 396.b
Iacob euocatur in Aegyptum à Iosepho filio. 397.c
In itinere sacrificat Deo qui ei apparet. 397.b
Ingressus in Aegyptum ibi suos Israëlitas dili-
gentissimè in vera religione & pietate con-
seruat: tabernacula, loca sacra & altaria
de more adificat. 399.c. & 400.a
Moribundus praedicit filiis, quae illis vètura sunt,
illosque benedicit. 401.b
Eius verba ad filios praedictiones potius sunt
quam benedictiones. ibid.b
Benedictionum quae dedit Nephthalim & Issa-
char nouae ab auctore dantur expositiones.
 413.c. & 422.a
Iaxus, qui & Noë cur biceps depingitur. 221.c
Iapheth dictus Saturnus. 222.b
Idololatria duae species. 262.c
Idololatria subtilior circa astra primo viguit in
Chaldea. 268.b
Quando id contigerit. 273.a
Idola primo facta Solis, seu Solaria. 266.b
Idololatria quando coeperit in Chanaanitide. 275.b
Quo tempore in Gracia. 439.a
Ierusalem à quo & quando edificata. 175.b
Ierusalem quando à Iebusais vsurpari coepit, &
quando

Ignis q
Inferm

Inuoca
Inuoca
de Inu
Iob n

Ver

Sun
lonada

qua de

Ioseph

Mi

Doc

Isaac f

Fui

Sac

No

No

Issacar

Iustus

RERVM PRÆCIPVARVM.

quando restitui.	251.c
Ignis quo tempore pro Deo coli cœpit.	269.b
Infernus siccitas vel siccum appellatur phrasi Hebraea.	448.a
Innuocare nomen Domini quid sit.	84.c
Inuocationis forma que.	86.b
de Inuocatione exempla.	447.b
Iob nascitur in Bosra Idumæe Metropoli anno mundi 2321.	396.c
Veri Dei sacerdos sacro oleo perfundebatur in capite.	374.c. & 375.a
Summus Pontifex fuisse videtur.	249.b
Ionadab filius Rechab, non sic dictus est ob carnalem filiationem: sed quia filius, id est, discipulus fuit Elia, & Elisei qui honoris causa vocabantur Recheb Israël.	418.b
que de Ionitho celeberrimo viro scripta reperiuntur non sunt improbabilia.	218.a
Ioseph venditus à fratribus.	396.a
Mittitur in carcerem.	ibid.b
Docet in Aegypto verum Dei cultum.	399.b
Isaac figura fuit Christi in multis.	351.c
Fuit unius uxoris vir.	379.a
Sacerdotio Melchisedechiano ab Hebere summo Pontifice initiatur.	378.b
Non tam ut morti proximus, quam quia cæcutiens erat primogenitum vult benedicere.	376.a
Non nisi post panis edulium & haustum vini benedicit ei quem credebat primogenitum.	377.a
Issacariani prophetia studium profitebantur.	427.c
Iustus perfecti duorum tantum virorum elogium fuit, Noë, & Iobi.	170.a

L

- L**AMPAS ardens in locis sacris, que lucerna
 Dei dicebatur, quia erat symbolum diuini-
 tatis unde habuit initium. 331.c
- Lapidis angularis cōsecratio vetustissima est. 380.c
- Lauri in ramusculis cur propheta decumbebant.
 366.a
- Laurentij seu Laureosi idcirco quidam propheta
 sunt cognominati. 368.c
- Lectuli prophetarum ad consulendum Deum quales
 erant. 426.a
- Quo modo super illos sese componebant ut dor-
 mirent. 437.c
- Literarum variatio in nominibus propriis apud
 Hebreos frequens est. 323.c
- Loca quedam sacra cultui diuino destinata fuerunt
 Ade temporibus. 10.b
- Eorum forma qua. 11.b
- Talia fuerunt primis temporibus, in quibus con-
 suleretur Deus. 356.a

M

- M**AGOG ciuitas que est unde sic dicta. 233.a
- Magorum nomen unde deductum. 232.b
- Magorum institutum quale. 230.b
- Magorum & Magia nomen nunc in bonam nunc
 in malam partem sumitur. 271.b
- Maledicendi verbum apud Hebreos non tanta exe-
 crationis est ac apud Latinos. 239.b
- Masoretarum apices non leuiter contemnendi. 97.c
- Nominis

RERVM PRÆCIPVARVM.

nominis Melchisedech mysterium notandum. 169.

a.b.c

Melchisedech est Sem, qui summus Ecclesia Pontifex fuit. 162.b

Melchisedech & Abraham idololatriam auertunt à terra Chanaan. 174.a

Melchisedechis sacerdotij eternitas in quo stet. 190. b

In quo assimilatus dicitur filio Dei. 191.c

Quo sensu dicitur esse sine patre sine matre sine genealogia. 178.a

cur nomen Melchisedech mutatum est in nomen Adonisedech. 172.a

Mentiri pro promissa non seruare. 342.c. & 343.a

Micha cum esset ex familia Deorum, id est, Sanctorum fecit sibi Theraphim, nempe Deos familie sue, siue Penates. 386.c. & 387.a

Montis Sion cum monte Basan comparatio. 458.a

Moyse concisè admodum loquitur in libro Genesis, & cur. 153.a

Musica partes quatuor seu vocum discrimina apud Hebraeos qua fuerunt. 468.b

Mysteriorum sacrorum veritatem cur & quomodo Satan studuit sub fabulis abscondere. 361.a

N

NATALITIORVM festa instituta ab Adam. 7.a

Natalis diei celebrationem Gentiles ab Adam per traditionem acceperunt. 9.c

Nembroth bono sensu gigas appellatur, fuit enim sanctus & propheta. 67.b

Primus

I N D E X

- Primus omnium Regum in magna regnavit modestia.* 273.b
- Sub nomine Orionis tanquam Deus fuit adoratus.* 269.a
- Nephilim primorum fidelium nomen fuit non gigantee molis hominum.* 18.c
- Nephtalim vrbs in illa tribu eadem est ac Cedus.* 415.a
- in tribu Nephtalim multa fuerunt Cineorum cœnobia.* 413.c
- Ideoque multi sancti viri & prophetae.* 417.a
- Nephtali data à Patriarcha Iacob benedictionis noua Auctoris expositio.* 422.a
- Noë Patriarcha natiuitas quando contigit.* 151.a
- Quo sensu dicatur perfectus in generationibus suis.* 155.b
- Celebs vixit spatio 500. annorum.* 157.a
- Dictus est Ianus & cur.* 221.c
- Cum esset senissimus in insulam Cyprum transfretauit, ibique mansit vsque ad mortem.* ibid. b

O

- O***RACVLI nomen vnde dictum.* 369.a
- modus consulendi Oraculum Apollinis ex Patriarchis habet originem.* 228.c
- Orationes operibus temporalibus intermiscenda.* 9. a
- Orionis sydus influit ad formationem seu delineationem foetus in utero.* 270.b

P

- P**ANIFICAM artem Deus Adamum docuit. 4.c
 Panem obtulit Adam in sacrificium. 5.b
 Paradisus terrestris ubi sit due probabiliores sententia. 136.a
 Ad Mesopotamiam pertinere melior sententia. 137.a
 Est regio Damascena. 141.a
 Est P. Pacifici prædicatoris Capuccini, qui nuper per illas regiones peregrinatus est, sententia. 140.c
 Patriarchæ semper extra vrbes habitabant, & cur. 389.c
 Pellicea quibus Reges, proceres, canonici, Doctores, & alij decorantur ab Adam trahunt originem. 5.b
 Pecunia per contemptum dicitur fragmenta argenti. 472.c
 dij Penates cur sic appellantur, & quo nomine in Scriptura, & quis primus eorū auctor. 264.c
 Plinij de Essenis notanda sententia. 94.b
 Popyfma apud Gentiles est sibilus aure tenuis in Scriptura. 363.b
 Primogenitorum octo erant priuilegia. 373.a
 Quo modo in lege nature erant Sacerdotes. ibid. b
 Vestimenta eorum sacerdotalia non nisi benedictione sacra fiebant. 374.b.c
 Prophetæ nomen quid importet. 33.b
 Sumitur multis modis. 34.a
 Prophetæ primò dicebantur filij Dei. 32.c. & 33.a
 Quando

I N D E X

- Quando & à quibus sic vocati sunt.* 83.a
Dicebantur gigantes & quo sensu. 68.a
Cum psallerent in formam circuli seu chorea se componebant. 87.a
Cum Dei oraculum consulebant multas ceremonias seruabant prius ab Abraham seruatas. 329.a
Prostratio in terram præstat cæteris aliis adorandi modis. 21.a
Ab Adam primò instituta, cur & quando. ibid. b
Quo modo fieret. 22.a
Puluilli sub omni cubito positi erant lecti prophetarum. 435.e

R

- R**ACHEL furando Theraphim patris sui non fuit idololatra. 387.b
 Raphaim honorificum nomen est, non gigantea molis hominum. 18.c
Rebecca quo in loco consuluit Dominum. 354.a
Quo pacto id fecit. 358.b
Rebecca dormiens super lauri ramusculos ad consulendum Deum nihil egit superstitiosum. 360.a
Rechabita nomen habuerunt ab Elia & Elifao qui dicebantur Recheb Israël. 419.a
Rechabita uidem sunt ac Cinei. ibid. b
Regio in qua ante Abrahami tempora habitabant Raphaim, Emim, & Zuzim sacra dicitur, & cur. 416.c
à Restaurando primi post diluuium mundi reparatores dicti sunt Raphaim, id est, restauratores. 73.c

in tribu Ruben multi & magni fuerunt Propheta.
433.b.

S

- S**ACERDOTES *primarij in tabernaculo ministrantes dicebantur Reges militiatū.* 457.a
Sacrificium Melchisedechum in pane & vino unde habuit initium. 5.c
Sacrificia Abel & Cain quæ fuerint, & quo signo probari à Deo & improbari visa sunt. 11.c.
 & 12.a
Salem, cuius Melchisedech dicitur Rex est ipsa Ierusalem. 173.a
Sara uxoris Abraham modestia & solitudo mirabilis. 173.b
Quo tempore concepit Isaac. 337.c
Sauc collegium fuit prophetarum qui dicebantur Raphaim. 76.c
Scrutatores cordis, à paganis dictos Augures, habere magni olim fiebat apud Israëlitas. 432.c
Semi filij Noë suprema in Ecclesia auctoritas probatur ex Scriptura. 163.b
Semai, Semni, & Samanxi philosophi à Sem nomen & originem ducunt. 232.b
Semi filiis terram Chanaan fuisse restitutam à Chanaanais, quomodo intelligatur. 259.b
vallis, seu quercetum Sennim fuit locus habitacionis Prophetarum Cineorum. 415.b
Cur ista vallis sic vocata est. 416 a
Sephataim Heb. ספתיים quid propriè significat.
 428.c
Seth de incarnationis mysterio notitiam habuit. 28.c
 Insonis

I N D E X

- Insignis fuit eius virtus & sapientia.* ibid a
Vulgo dicebatur Deus. 26.b
Fily eius vocabantur filij Dei & cur. 45.c
Fuit summus Pontifex. 33.a.b
*Nepotes eius duas columnas erexerunt, in quibus
 multa insculpta mysteria posteritati relique-
 runt.* 28.a
*Seunion sacer locus prophetarum corruptè sic ap-
 pellatus est pro Sennim.* 418.a
Simeonita magna ex parte legis doctores fuerunt.
403.c
Solini de Essenis notanda sententia. 96.c
Sortes significant oracula. 455.b
Stare coram Deo est stare coram arca foederis.
447.a
Statuaram magnarum cultus vnde ortum habuit.
269.c
*Stemmata olim lapidibus angularibus & termina-
 libus insculpebantur.* 381.a
*Στιβάδιον quod est cubile ex frondibus fultum sum-
 ptum videtur ab Hebræo Sephataim, quod
 importat lectum ex lauri aliarumque arbo-
 rum ramis textum, qualis fuit Tripus Apol-
 linis.* 426.b
venæ Sufurri Dei. Vide poppysma.

T

- Nomen* **T** *ABERNACVLI saepe pro templo &
 locō sacro accipitur.* 370.b
Tabernaculum Mosaicū columba assimilatur. 453.b
Tanis quæ vrbs, quando & à quibus edificata.
320.a

Tauri

RERVM PRÆCIPVARVM.

Tauri signum cœleste in Api Ægyptio adoratum.

271.a

Templa ex lapidibus constructa fuerunt Adæ temporibus.

12.c

Terra deserta & inculta ut desertum Arabiæ, & quæ in illo sponte nascuntur dicuntur hereditas seu possessio Dei.

450.a

Terrigenæ nomen quid importat.

60.a

Rex Thadal quo sensu dicitur rex Gentium Genes. decim. quar.

276.a

Theraphim dici videtur quasi Tau Raphaim, id est, signum Raphaim pro imaginibus Raphainorum, nempe sanctorum virorum qui Diis vocabantur.

384.a.b

Therapeutæ inde dici videntur, quasi Therapheitæ.

ibid.

Theraphim, id est, sanctorum imaginibus olim veteres bene utebantur, ex quorum abusu idolatria initium habuit.

ibid.

Nonnulli à fidelibus habebantur honore.

384.c

Erant illi qui dicti sunt Lares, & Penates.

387.a

Theraphim interrogari, vel loqui quid significat.

386.c

inter Theraphim & Ephod ad consulendum Deum quodnam esset discrimen.

383.a.b

Titulus positus à Iacob super altare.

390.c

Titulus ab eodem positus super sepulchrum Rachelis.

392.c

Tituli Ecclesiarum unde sumant originem.

381.a

Tripodis nomen pro cacabis male à quibusdam sumitur in psalmo.

455.c

Tripodes mensæ sunt oraculares ex ramusculis textæ.

456.a

V

VERNACULI quos Abraham duxit ab bel-
lum non fuerunt serui sed Hebræorum soda-
litatis nouitij. 315.^a

Z

ZODIACI circulus Hebr. vocatur Astaroth,
postea sub nomine tum Astarthe, tum Iuno-
nis adoratus. 270.^c

Zoroastres primus post diluuium Astrologia, nec-
non idololatria inuentor. 269.^a & 272.^b

Zoroastres viua stella dictus sydius Orionis inuo-
cant stauarum magnarum pessimo cultui an-
sam dedit. 269.^c

Zuzim honorificum nomen est, non gigantea molis
hominum. 18.^c

FINIS.



BENEDICTVS sis tu Deus Altissime,
Potentissime, Sapientissime qui *mi-*
rabilis in sanctis tuis cœlicolis non minora
in terrigenis peccatoribus tuę præbes quo-
tidie prodigia bonitatis: qua velut mulierẽ
Euangelicam *farinæ sata tria dep̄sentem* me Matth. 13.
vilissimum terræ vermiculum, pulicem & 33.
ὄζειν μα fuscitare dignatus es, qui tres
prios Ecclesię sponsę tuę texeret æta-
tes, & prisca, quibus tunc illam decorabas,
ex arcanis tuis educeret, ostentaretque
monilia. Digneris, quæso Domine, qui de-
disti mihi hanc massulam subigere, sic il-
lam tua fermentare benedictione, vt nihil
aliud qui legerint, quàm te sapientes, Psal. 33. 9.
gustent quàm tu suavis sis, quàmque dulcia fan- & 118. 113.
cibus eloquia tua: vnde tibi soli *Patri lumi-* Iacob. 1. 17.
num à quo descendit omne datum optimum
& omne donum perfectum immensas me-
cum toto corde referant actiones. Daniel. 3. *Benedi-*
ctus sis Domine Deus patrum nostrorum, qui 52.
pro tua sapientia ac dispositione mirabili
veræ fidei doctrinam ab incunabulis Ec-
clesiæ per Sanctissimum Seth eiusque fi-
lios seminatum in Syria, ibidemque multis
post diluuium sæculis per mystas tuos ac
prophetas diligentissime cultum, ibi quo-

que per Vnigenitum filium tuum Euan-
gelica luce perfecisti : & tandem per eius
in terris Vicarium Petrum primum An-
tiochiæ Syriæ metropolis Antistitem inde
Romam deduxisti : vbi in eius successori-
bus ad hæc tempora seruatur intemerata.
Proinde , si noua quibusdam videantur
quæ compegimus ; en filius tuus ille dile-
ctus , per quem licuit mihi *proferre de the-
sauris tuis noua & vetera* , ædes sacra , tem-
plumque nostrum est , cuius portæ sunt
Petri successores Romani Pontifices : ad
quorum pedes ista , tanquam illius appen-
sa foribus anathemata , & omnia mea hu-
millimè subiicio quamlibet ab eis censu-
ram subire paratus. Siquidem *in istis por-
tis nostris omnia poma mea noua & vetera* ,
dilecte mi , seruaui tibi : cui soli honor &
gloria in sæcula sæculorum AMEN.

Matth. 13.
52.

Cant. 7. vlt.

*Paucula quæ serius ad nos ab Auctore perue-
nerunt, suis locis inferenda.*

Pag. 284. post illa verba : *tabernaculo reseruan-
dum, adde*, Illam existimo fuisse arcam, quæ
iam erat in Ægypto, quando mortuus est Io-
seph, & in qua reposita fuerunt ossa eius, quæ,
iuxta ipsius mandatum ^a, utque postea fa- ^a Gen. 50.
ctum est ^b, asportanda erant in terram Cha- ^{25.}
naan. *Asportate*, inquit, *ossa mea vobiscum de* ^b Exod. 13.
loco isto. Et statim sequitur, *mortuus est exple-* ^{14.}
ris centum decem vite sue annis. Et conditus aro-
matibus repositus est in loculo in Ægypto. Vbi
pro loculo idem nomen habetur ¹⁷⁸ *Arca*,
id est, *arca*, quo passim nominatur arca testi-
monij: vnde Pagninus vertit, & *positus est* (uti-
que non ab aliis quàm ab iis quibus hoc à Io-
sepho demandatū fuerat, nempe Israëlitis) *in*
arca in Ægypto: id est, quæ tunc erat in Ægy-
pto. Aliàs superuacaneum erat addere in Æ-
gypto, cum ibi tunc essent & steterunt adhuc
plusquam 140. annorum spatio. Ista est arca
cui successit illa magnifica ex Dei mandato
facta per Moysen in deserto, in qua eadem
ossa reposita fuerunt: supra quam Deus tan-
quam positus ac sedens in propitiatorio sua
reddebat oracula inter duos Cherubim nem-
pe, Iacobi & Iosephi ut mox videbimus. Et in
hoc sensu legimus iuxta Græcū Ecclesiastici ^c *cap. 49.*
καὶ τὰ ὀστέα αὐτῆ ἐπιπέθη ἐπὶ κλισίᾳ, & ossa eius ^{18.}
supertecta fuerunt à Domino: sedente in propi-
tatorio,

tatorio, quo tegebatur arca: Et sic intelligitur quod ibidem Interpres Latinus addit, & post mortem prophetauerunt. Ossa enim Iosephi prophetare quodammodo videbantur, quando Deus desuper illam arcam reddebat oracula.

Cum priori autem arca quæ erat in Ægypto, & in qua primò reposita sunt ossa Iosephi populus Israël transiit mare rubrum: & illam tribus Iuda videtur detulisse viamque populo fecisse, &c.

Pag. 288. post hæc: & *Manasse filiorum Iosephi adde*, Multa alia ad hæc confirmanda adduci possent, quæ pro breuitate relinquimus. Vnũ tantum dicimus: quod Patriarcha Iacob hunc specialem fauorem & gratiam Iudæ & Iosepho futuram, quod aliquando vterque suo ordine in suo Cherub sedem Dei, id est, tabulam auream propitiatorij manibus sustentaret, in eorum expressit benedictione. Iudæ quidem sub similitudine leonis minoris positi è regione alterius maioris leonis, his iuxta Hebr. verbis: *Iuda tu; laudabunt te fratres tui. Manus tua in ceruice inimicorum tuorum: incuruabunt se tibi filij patris tui* (nempe indirectè, quando adorabunt Deum sedentem inter Cherubim) *catulus leonis Iuda. A preda filii mi ascendisti* (ex deprædante Ægyptiaca tyrannide) *incuruauit se, cubauit sicut leo* (inclinans se in suo Cherubo) & *sicut leo maior* (nempe pater eius Iacob è regione positus) *quis suscitabit eum?* Apopsopesis est & reticentia ex admiratione procedens: nouit enim Iacob quis Iudam ex propi

Pag
f
in
n
f
g
a
fi
se
ri
fo
ib

propitiatorio suscitaturus sit, & in eius loco ponendus, nempe Ioseph in suo Cherubo: de cuius excellentia & dignitate mirabili tunc sanctus pater tacendum iudicauit. Iam ad ipsius Iosephi benedictionem veniamus, quæ manifestior est: *Habitauit in fortitudine* (nomen *מְאֵת* *Ethan*, id est, *fortitudo* pro arca facile sumitur, sicut passim nomen Sancti vel Sanctitatis) *arcus eius* (nempe brachiorum vt alibi hoc nomen sumitur) & *roborauerunt se* ^{a Ps 17.35.} (robur à Deo acceperunt) *brachia manuum eius è manibus potentis Iacob* (è regione positi & secum propitiatorium sustentantis) *inde pastor lapis Israël* (quasi dicat; hinc Ioseph qui est pastor Israël, inde verò Iacob qui est petra, ex qua excisus est populus Israël, & de utroque dicitur, *Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph, qui sedes super cherubim.*) Ista sufficiat indicasse.

Ex quibus duo facile colligemus, &c.

Pag. 289. post hæc: *in Ægypto auctor fuit*) in forma vituli, *adde*, Vnde Moyse excanduit ira, eo quod à fratre suo Aarone auro ac monilibus spoliatus fuisset populus, atque ex eis factum fuisset vile idolum Ægyptiorum; Ægyptiorum, inquam, qui hostes eorum erant acerrimi & crudelissimi. Et hoc non dubito significari his iuxta Hebr. verbis: *Et vidit Moyses populum quod nudatus esset* (quia discooperuerat eum Aaron) *ad tenuitatem* (sicut vocat sculptile vituli, quod adorabatur in Ægypto, ibique erat) *inter hostes eorum.*



